Eusebii
Hieronymi
Opera

Universidad de Deusto
Biblioteca

73,2

†
IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 21
Plúteo 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

# D. EVSEBII Pamphili Cæsa-REAE PALESTINAE Episcopi Ecclesiasticæ historiæ LIBRI IX.

EIVSDEM De vita Constantini Imperatoris Libri. V. recèns è Græcis Latini facti, Ioan. Portesio interprete.

RVFFINI presbyteri Aquileiensis Ecclesiasticæ historiæ Libri II.

CVM INDICE




ANTVERPIÆ, IN ÆDIBVS Ioannis Steelsii Anno M. D. XLVIII.

Cum Gratia & Priuilegio.

Bibliothecæ Carmel. Excalc. S. Mariæ Magdalenæ Iaurentiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

# AD LECTOREM.

QVÆ ex Nicephoro adiecimus, eiusdem sunt farinæ cum Tripartita, vt qui his delectatur, illa fastidire non possit. Cæterum Africanam Victoris historiam vel in hoc perlegisse proderit, ꝙ vix aliud exemplum ad deterrendum à religionis sectis sit efficacius: quod ibi sub oculos ponatur, quàm dira atq; infanda Christiani in Christianos perpetrauerint, dum Barbari suo in Romanos odio morem gerentes, religionis prętextu in illos sæuiunt. Theodoriti verò historiam nuper Latinam factam cur adiunge remus, satis causæ visum est, ꝙ in superiore æditione græce eam additam fuisse nemo non probauit.

BIBLIOTHECA COLLEGII SOCIETATIS IESV

# RVFFINVS CHRONICON.

## MATIO 5.

RErum dicunt esse medicorum, ubi imminere urbibus uel regionibus generaleis uiderint morbos, prouidere aliquod medicamenti uel poculi genus, quo prænuniti homines ab imminenti defendantur exitio. Quod tu quoque uenerande pater Chromati medicinæ exequens genus, tempore quo direptis Italiæ clausiris ab Alarico duce Gothorum, se pestifer morbus infudit, & agros, armenta, uiros, longe lateq; uastauit, populis tibi à Deo commissis feralis exitii aliquod remedium quærens, per quod ægre mentes ab ingruentis mali contagione subtractæ, melioribus occupatæ studiis tenerẽtur, iniungis mihi, ut Ecclesiasticam historiã, quam uir eruditissimus Eusebius Cæsariensis Græco sermone cõscripsit, in Latinũ uertã, cuius lectione animus audientiũ uinctus, dum notitiam rerum gestarum auidius petit, obliuionem quodammodo malorũ quæ gererentur acciperet. A quo ego opere cùm excusare me uellem, utpote inferior & impar, & qui in tam multis annis usum Latini sermonis amiserim, consyderaui quòd non absque aliquo Apostolicæ institutionis ordine nobis ista præciperes. Nam & quum Dominus aliquando esurientibus in deserto auditorum turbis, dixisset ad Apostolos, Date eis uos manducare, Philippus unus ex Apostolis intelligens eo magis splendescere diuinæ uirtutis insignia, si minimorum quorumque ministeriis explerentur, non protulit

Alaricus

Mat. 14. Mar. 6. Luc. 9.

tulit panes Apostolicæ reconditos peræ, sed puerulum adesse dicit, habentē quinq; panes & duos pisces. Quē uereciūde excusans, adiecit, Sed hæc quid sunt inter tantos? quo magis in angustiis opibus & desperatis clara fieret diuina potentia. Sciens ergo ex illis te quoq; descendere disciplinis, recordatus quod Philippi fortassis exemplo, ubi pascendi turbas tempus uidisti, puerulum subrogaueris: qui panes quidē quinq; sicut acceperat, duplicatos adhiberet: ad explendum tamen euangelicū sacramentum, proprio labore captos adderet etiā pisciculos duos: aggressus sum exequi ut potui, quod præceperas, certus quod excusabit imperitiæ nostræ culpas præcipientis autoritas. Sciendum tamen est, quòd decimus liber huius operis in Græco, quoniā perparum habebat in rebus gestis, per reliqua omnia in episcoporū Panegyricis tractatibus nihil ad scientiā rerum conferentibus occupatus, omissis quæ uidebantur superflua, historiæ si quid habuit, nono cōiunximus libro: et in ipso Eusebii narrationis dedimus finē. Decimū uerò & undecimum librum nos conscripsimus, partim ex maiorū traditionibus, partim ex his quæ nostra iam memoria cōprehenderat, & eos, uelut duos pisciculos suprascriptis panibus addidimus. Quos si tu probaueris uel benedixeris, pro certo confidā quòd sufficient turbis. Continet autem idem omne opus res in ecclesia gestas à Saluatoris ascensione, & deinceps. Nostri uerò duo libelli

Decimꝰ Eusebii in Græco.

à temporibus Constantini post persecutionem, usque ad obitum Theodosii Augusti.



# INDEX HISTORIARVM ac materiarum exactius tersius; à Ioanne Benedicto theologo quàm antea concinnatus.


Abacuc & Micheæ corpora reperta 469
Abdas episc. Persarum πυρεῖον destruxit 485.682
Abedecalla mar. 309
Abgarus rex Edessenus 16
Abilius alex. episc. 42
Abrahā Trinitatē agnouit 2
Abrahā Hebræorū princ. 264
Abstinētia apud Ægyptios 26
Abstinentia diuersa ieiunantium 465
Acaciani Antiochiæ conueniunt 364.400
Acaciani hæretici 400
Acacius Beroeæ episc. 440
Acacius Cæsarien. 358.360. 368. 826.
Acacii impietas 520
Acacius martyr 487
Acepsemas episcop. Persarum martyr 310
Acepsemas eremita sexaginta annis nec visus nec loquutus 433
Acesius Nouatianorū episcopus vocatur à Constantino ad concilium 300
Achilas alex. episc. 136. Petro succedit 277
Achilles arii discipul. 280. 283
Acta apostolorum 35. 47.
Acta Pauli 47
Acta Christi apud Pilatum conficta 148. 149
Acta virorū sanctorum 425
Acta conciliorum 265
Acta concilii Seleuciæ 360
Actorum liber aduersus Christum confictus 13
Actus Petri, Euangelium Petri, prædicatio Petri 34
Adam & Eua è paradiso eiiciuntur 3
Adam Christum, Eua ecclesiam notat 379
Adauctus martyr 140
Adelphius hæreticus 406
Adolescens sacerdotis filius conuertitur 633
Adrianus Imp. in Iudæos 55 moritur 58
Adrianus Cæsar 70. Deus decimustertius appella. 398 amasium suū deificat 398
Adulterarū Ro. pœna 453
Aduentus filii Dei à Prophetis prædictus 4
Æas philo. tribus genitis pueris continuit 469
Ædesius puer captiuus 164
Ægypti martyres 112.138
Ælia di. Hierosolyma 313.601
Ælius adrianꝰ 54. moritur. 58
Æmilius frontinus proconsul asiæ 87
Æmilianus præses 119
Æmilianus martyr 379
Aëtiani postea dicti Eunomiani 244
Aëtius hæresiarches 244.692
Aetius atheos dictus 363
Aetius interdicitur vti officio diaconi 355 ab illo officio deponitur 365
Aetius in exilium deportatur. 364. superba vox eius. 365

Actii hæresis 622.623
Actius prætor Imperatoris 513
Agabus propheta futuram fa mem prædicit 20.22
agapius Laodicenus 132
agapius Cæsaræ palestinæ episcopus 319
agapitus epis Synnaden. 488
agelius Nouatianorũ episcopus 411. 449
agelii mors 451
agrippa nomẽ Herodis 23. 29
agrippę Castoris lib. aduersus Basilidem 56
agrippinus Alexandriæ episcopus 67
Aithales martyr 311
Alamundarus Saracenorum princeps baptizatur 527
alaphion à dæmonio vexatus liberatur per Hilarionẽ 384
alaricus rex Gothorũ 483.689
alaricus rex Gothorum Romam venit 490
albinus Iudææ procurator 32
alcibiadis austeritas 80
alemanni à Iuliano profligati 371
aleuas poëta circa Simonidem 262
alexa Salome sororis Herodis maritus 13
alexander Rom. succedit Euaristo 54 moritur 55
alexander Rom. pontif. inexorabilis ab Arianis 288
alexander phrix martyr 77
alexander factionis Montanicæ 87
alexander Hierosolym. episc. Narcisso suffectus 99.100.108
alexander martyr 113
alexander Imperator 206 moritur 109
alexander episcopus Alexandrinus 138.167.226.277.573 moritur 312
alexander Constantinopolitanus episcopus 167
alexander Constantinopolitan. epi. terref ab Arianis 316
alexander Constantinopolis episcop. 278
alexander magnus 263
alexander philosopho silentium imperat 294
alexander Constãtinopo. melior quàm doctior moritur 393 320
alexander deum precatur 316
alexãder Antiochenus discordem populum sedat 485
alexandro Constantinopolitano mortuo diuiditur episcopatus 320
alexandriæ excellentia 277
alexãdria à ciuibus vastata 122
alexandria populosa 122
alexandrini seditiosi 122. martyres 140
alexandrini episc. 698
alexandrina pestis 122
alleluia quomodo Romæ canetur 464
alleluia auditũ in templo Serapidis 454
Amatius iudex tyrãnus Christianorum 377
Ambrosius ab Origene commotus 104
ambrosius Mediolan. episc. 188
ambrosius præses tumultus cõpescit 404
ambrosius nondũ baptizatus eligitur in episc. Mediol. 404 baptizatur 404.641.658
ambrosius propugnator hæreticorum 435
ambrosius exulat 451
ambrosius Theodosium excõmunicat 456
ambrosius ad Theodosiũ 457
ambrosius ad Rufinum 456
ambrosii libertas in Theodosium 670
ammia prophetissa noui testamenti 86
ammonaria virgo & mar. 113
ammonius philosophus 105 eius liber de cõsonãtia Moysi & Iesu 105
ammonius epis. 427.430
ammonius à populo occiditur 142.492
amor in Christum 6
amos Ægyptius coniugem illibatam seruat 275
amphilochius Lycaonen. episcopus Euchetarum repressit hæresim 406
amphilochius suadet Theodosio vt Arrianorum prohibeat concilia 453
amphilochius Iconii episc. 669
Anacletus Rom. pon. 81
ananias martyr 309
ananias pontif. propugnator Sadducæorum, quẽ Iosephus vocat Ananum 32
anastasiæ basilica 442
anastasiæ corpus translatum à Sirmio 517
anastasius hære. & in Mariam blasphemus 500
anastasius Imp. 521. quomodo imperare cœperit ibid.
Dorotheum monachum exulare facit 524
anastasius dux palestinæ 526
anastasii ingratitudo 521
impietas 523
anastasii Imperat somniũ 529
mors 529
anastasius pontif. Rom. 482
anastasius presbyter 500
anatolii præclarum apud Alexandriam facinus 130
anatolius Laodicię epi. 130. 138
andiot presbyter sanguinarius 538
andragatius se in aquam præcipitat 452
andreas prædicat Scythis 34
angelus Petrum à vinculis absoluit 22
angelus percutit Herodem cõcionantem 23
animæ mortis etiam Neoterii corum error 118
annianus Alexãd. Marco succedit 32
anicetus Rom. pontif. 59 moritur 67
antherus Ro pont. 109
anthimus Nicomediẽ. epi. 136 capite cæsus 142
antiocheni Iulianum irriserunt 398
antiocheni episc. 698
antiochenorum publica festa uitas super morte Iuliani 638
antiochiæ publicum gaudiũ de morte Iuliani 395
antipater Herodi filio regnũ à Romanis obtinet 11
antipater Herodis pater 9
antiphonarum origo 475
antoninus pius Cæsar 58

antoninus filius Seueri Cæsar 99
antoninus cæsar 106
Antonius Germensis in Macedonianos 500
antonius magnus eremita 164. 274. 433. 657
antonius ad Didymum 181
antonii vita ab Eusebio Græce conscripta, ab Euagrio latine donata 164
antonii eremitæ discipuli 181
antonii discipuli virtutes fecerunt 181
antonii Cæsa. epis. ad Asiaticos pro Christianis 59
antonii monachi somniũ 402
Appelles hæreticus 84
appelles ægyptius monachus faber ferrarius 428
Appion Nicomediensis episcopus 306
apis rex ægypti 188
apocalypsis Ioannis apostoli 46.53.67.82.108.124
apollinaris Hierapolitan⁹. 69
apollinaris apostolicæ fidei doctor 67
apollinaris libri ad antoniũ verum 71.
apollinaris Syri scripta 390
apollinaris laodicenus assumit pontificatum 439
apollinaris priuatur episcopatu 440
apollinaris pater & eius filius hæretici, ambo excommunicati 439
apollinaris hæreticus abdicatur 440
apollinaris rhetor hæreticus damnatur 186,694
apollinaristæ hæretici. 186.368
apollinaristæ vniti orthodoxis 485
apollo daphnæus idolum 631
Pythius 304
Delphicus Ibidem
apollinis idolum coram Gregorio obmutuit 126
apollinis sacerdos ad Christum per Gregorium cõuertitur 126
apollonia virgo & mart. 112
apollonius aduersus Montanum 87. accusatur Christianismi 89
apollonius martyr 89
apostolus, hoc est, missus 14
apostoli. xij. à Christo electi 14. alii à duodecim 15
apostoli & discipuli Domini conueniunt 41
apostoli non affectarũt elegãtiam sermonis 45. non discesserunt ab Hierosolymis ante duodecim annos 88
apostoli pauca scripserunt 45 quædam viua voce tradiderunt suis discipulis 101
apostolorũ dispersio 34
apostolorum & discipulorum Christi conuentus 41
apostolorum doctrina 47
apostolorũ traditiones 51
apostolorum propositum de festis 462
apostolici viri ex Hebræorũ gente 26
apostolici libri 294
aphraates monachus 432. 656
aphricanus historiographus 10. 265
aphricanus ad aristidẽ de euãgeliorum dissonantia 109
aphricani epistola ad Origenem 109
aphricani cronica. 109. 265
Aqua in oleum versa 99
aquila & prisclla adhærent Paulo 29
aquila ponticus interpres 82
aquila præfect⁹ Ægypti 96 98
aquila martyr 119
aquilinus causidicus 304
Arabianus ecclesiasticus scriptor 92
arbogastes dux Valentiniani 191
arbogastes tyrannus 467
arbogastes seipsũ iugulat 468
Arcadius Aug. in oriente 191 filius Theodosi Imp. 449. 677 moritur
arcadius pater Theodosii iunioris 487
arcadius & Honorius placidę animæ 192
archelaus Herodis successor 9. 13
archelaus comes orientis sub Constantio 169
archelaus comes præsidebat in concilio Tyrio 170
ardaburus dux Roma. in Persas, 493. 494. 510. septem Persarum duces occidit 494
aretha rex Arabum pater Herodiadis 14
arethusii Marco episcopo suo infensi
ariminen. synodus 377
aristion 615
aristidis apologeticus ꝓ christianis 53
aristobolus 55
aristobolus vnus è septuagin ta interpretum 131
ariston Pellæus historiographus 56
aristoteles cur sophistice scripsit 344
aristotelis pallium 398
arianæ maledicentiæ redargutio ab Eusebio Cæsari. 589
arianum dogma disputari iubetur 292
ariani ex metu subscribunt 295
ariani conueniunt Antiochiæ 306
ariani cum orthodoxis cõueniebant 316
ariani apud Alexandriam suffocati 323
ariani in exilium ex Mediolano concilio acti 345
ariani Arimini damnati fugiunt ad Imperat. 349
ariani triumphant 369
ariani in orthodoxos 379
ariani orthodoxos in naui concremauerunt 431
ariani relinquunt ecclesias quas quadraginta annis tenuerant 443
ariani domum Nectarii incendunt 452
ariani præcipui 663
ariani episcopi 691
ariani concitant Constantiũ aduersus athanasium 338
arianorum conuentus apud Mareoten 312
arianorum insidiæ aduersus athanasium 318
arianorum conuentus Antiochiæ 345

Universidad de Deusto
Biblioteca



Arius schisma in tres partes diuisit 172
arius presby. Alexãdrinus 159
arius ad exilio reuocatur per Constantinum 167
arius contra ecclesiam exortus 277
arius damnatur 294
arius cum suis sequacibus dãnatus 299
arius reuocatur ab exilio 313
arius in communionem recipitur 316
arius subscribit decretis Nicænis 316
arius venit Constantinopolim noui consilii causa 315
arius & hæresis eius 692
arius ignominiosa morte interiit 316
arii confessio mittitur synodo Hierosolymitanæ examinanda 313
arii doctrina 278
arii probrosus interitus 168. 590
armenii tempore Constantini conuertuntur 307
armogastes martyr 535
armogastes, aliâs Arbogastes seipsum occidit 688
arsatius Constantinopolitan. episc. 481 680
arsenius lector Athanasii 169
arsinus martyr 113
arsii præsulis mores 425
artemius martyr 389
artemonis secta 92
artemonitę prophetas negant 93
artemonitæ literas corruperunt 93
Asclepiades Antiochiæ episcopus 101
asterius sophista Arii discipulus 315
asterius concilii Alexand. decreto Oriẽtis præficitur 174
Athalaricus rex Gothorũ 436
attalus martyr 74.76.77
athanasius Alexandrini episc. à consiliis 161
athanasius rursum exulat 171
athanasius Alexandrinus episcopus 695
athanasius calumniatur 170
athanasii labores 170
athanasius in Nicæno concilio disputator 292
athanasius ad Aphros 295
athanasius in concilio Tyrio damnatus fugit 170
athanasius ad Constãtem Imperatorem fugit 603
athanasius moritur 178
athanasius Constantinum adit 314.315
athanasius apud Treuirim Galliarum 315
athanasius redire iubetur Alexandriam 317.332.333.378
athanasius fauore Constantini minoris Alexandriam reuertitur 318
athanasius fugit in Italiã 319
athanasius opera Eusebii iterũ Alexandria pellitur 319
athanasius quæritur de Arianis 319
athanasius accusatur ab Arianis 320
athanasius cautè elapsus 321
athanasius concilium conuocat Alexandriam, 337
athanasius semper infestus Arianis 345
athanasius de fuga sua 338.381
athanasius aduersus cõcilium Ariminen. 349
athanasius vocatur ad Constãtium 352
athanasius in ecclesia Theone latens furorem Constantii declinauit 352
athanasius accusat magiæ 352
athanasius iterum sub Iuliano exulat 383
athanasius exulat 601
athanasius adit Iouianum Augustum 401
athanasius Romam venit 603
athanasii exilium 175
athanasii preces apud Constãtinum 314
athanasii relatio de nece Pauli Constantinop. episc. 325
athanasii vaticinium 352
athanasii mors 420.650
athanasii secundum exiliũ 605
athanasii reditus secũdus 610
athanasii tertium exilium & fuga 610.631
athanasii tertia reuersio 639
athanasio struũtur insidiæ 598
athanasium cõdemnari iubet Imperat. apud Tyrum 169
athanasium rursus calumniãtur 324
atticus Constantino. succedit Arsatio 482
atticus Constantinopolitan. episc. & eius vita 498
attici Constantinopol. episc. mors 498
Audæus hæreticus 405.693
audæanorum hæresis 644
augustinus obsessa Hippone moritur 689
augustini sancti obitus 531
aurelianus Cæsar 127.130
auxentius Mediolani hæreticorum episcopus 183
auxentius episco. Mediolanus moritur 402
Azanes eunuchus Saporis martyr 310

B

Babylas Antioch. episcop. martyr 697
babylæ martyris sepulchrum 176
babylæ mart. corpus 387
babylæ mart. reliquiæ transferuntur 631
bacchilus Corinthio. epi. 90
bacurius rex Iberorũ 166. 192
baptizati etiam ioco nõ rebaptizentur 168
barbari Constantinopo. suburbia diripiunt 438
barabanes rex Persarum 493
barbari à Romanis victi 505
barbas Arianorum episc. 489
mors eius 500
barchochabas in Christianos 57 dux Iudæorum 55
bardesanes aduersus Marcionem 72
barnabas apostolus 15
barnabæ epistola 47
barptolomæus prædicat Indis 34.83
barses Edessenus exulat 410
basilides carnifex 98
basilides hæreticus 56
basiliscus Imperator Marcum filium Cæsarem facit 518
basiliscus abdicat Imperiũ 519

basilius Ancyranus mart. 378
basilius Ancyranus in Eudoxium 621
basilius ad tribunal sistit 182
basilius magnus 182 & sequent. 419. 649. 658
basilii magni memorāda sententia 427
Bellum Parthicum aduersus Iulianum 393
bellum inter Valētem & Propium 408
bellum Theodosii cum Eugenio 467
bellū inter Rom. & Persas 493
beneuolus præfectus 185
beneuolus quæstor Augustæ repugnat 451
beniamin apud Persas diaco. marty. 486
berœensis magistratus libertas 636
berylli hæresis 110
bestiæ non attingunt christianos 137
bethera oppidum 55
Bibliotheca Hierosolym. ab Alexandro extructa 106
bibliotheca Cæsariensis 100
Blandina gladio iugulat 78
blandinæ mira in tormentis constantia 74
Britannion tyrannus 337
britānion priuatur Impe. 339
britannionis Scythici episco. libertas 659
Bulgarorum incursiones 523
burgundi ab hunis inuasi ad Christum confugiunt 489
busyris mar. sub Iuliano 377
Byzantium dicitur nunc Cōstantinopolis 302

C

CAbades Persa christianos persequitur 527
Christianis fauet 529
Cæsarum catalogus 684
cæsaræa Philippi Paneas dicta 120
caiphas dictus Iosephus 14
caius caligula Cæsar 20. 29
caius scriptor antiquus 33
calendio antioch. epis. 519
callistion discipu. Tatiani 84
callixtus Rom pontif. 106
candacis reginæ præfectus 19
canon veteris testamenti 107
canon noui testamenti 107
canones Nicæni concilii 300
canopi superstitiosa flagitia 189
caput Ioannis baptistæ 465
capita inuenta in regia antiochena 638
carceres replent christian. 137
cartago spoliata 531
carus cum filiis Cæsares 130
cassius philosophus 518
cataphrygarum pseudoprophetæ 85
cathecumenorum magistri tres 97
Celtæ per Ioan. Chryso. conuertuntur 472
cerdon alexandriæ epis. 54. 58
ceremoniæ veteris legis 3
cerinthus hæreticus 48
cerinthus auror Apocalypsis quorundam iudicio 124
Chalcedonen. murorum destructio 411
characteres sub crucis figura facti in templo Serapidis inuenti 455





charitas quid 80
cheremon martyr 114
Christus cur sic dictus 5
christus pontifex 6
christus nascitur 8
christus Iudæorum prædixit calamitatem 38
christus apostolus dei patris 102
christus Constantino appareret 267
christus alias fugit & fugere consulit 381
christi naturam pādere quàm difficile 2
christi statuam fusilem Iulianus deiecit 391
christi caro 174
christianus illiteratus philosophum aggreditur 160
christianus idiota philosophum superauit 293
christiano religio antiqss. 10
christianam religionem commendat Constantinus 269
christiani vnde dicti 6
christiani veteres ab Adā ad Abraham 7
christiani dicti sunt Christi 7
christiani quando cœperunt vocari 20
christiani veteres à carnibus abstinebant 75
christiani accusati sunt infanticidii 57. 75
christiani in carcere 77
christiani liberantur à metallis 147
christiani initiabantur olim per signum crucis 160
christiani maximo honori habentur 270
christiani exulantes reuocantur 270
christiani centum apud Persas interfecti 309
christiani milites ab exercitu Iuliani in exilium mittuntur 386
christiani idola gētilium sub Theodosio confringūt 454
christiani dabant operam spectaculis Alex. 491
christianorum appellatio diffunditur 26
christianorum fraterna officia 122
christianorum officia in peregrinos & mortuos 385
christianorum sacerdotes 135
christianorū carnificina sub Diocletiano 135. 137
christianorum officia in gentiles 151
christianorum persequutio & confessio in Perside 682
christianos implorant Ethnici contra pestes & famē 151
chrysaphius Eunuchus 513
chrysaphius deportatur 515
chrysostomiani torquentur propter factū incendiū 482
Claudius Apollinaris aduersus Montanum 85
claui crucis Christi 163
clemens Romanus epis. c. 35. 81
clementis epistola ad Corinthios 81
clemens Alexandrinus & scripta eius 83. 101. 265
clemens Alexādrinus nō longe post apostolos 102
cleobiani à Cleobio quodam hæretico 67

Clerici cogũtur militare 374
clericorum priuilegia & honores 375
Cœlestinus pont.Ro. 491
Cointhus parum constãs martyr 61
Cointha martyr 112
Colluthus arii discipulus 280
Commodus augustus 83
Concilium achaicum 90
conciliũ apud alexandriã 173
concilium apud alexandriam cum athanasio 379
concilium alterũ propter Ioã. Chrysost. 480
concilium antiochenum 125. 358. 626
concilium antiochenum nonaginta episc. 320
conciliũ alterũ antioche. 362
concilium ariminen. 172. 615
concilium Ariminẽse pro occidentalibus 346. 618
concilia decem Arianorum 358
concilium in Bithynia 288
concilium Cæsarience 90
concilium chalcedonen. contra Io. Chrys. 478
concilium chalcedo. 516
concilium Constantinopolitanum 361. 623. 663
concilium constantinop. contra Macedonios 444
conciliũ Ephesinum 501. 511
concilium Gallorum 90
concilium Hierosol. 316
concilium in Illyrico iussu Valentiniani 403
concilium Lampsacenũ 406
concilium Mediolani 171. 345
conciliũ Nicenũ 159. 290. 291
concilium alterum in Nicæa Bithyniæ 356
concilii Niceni fides 296
concilium in Nicæa Thraciæ 352. 617
concilii Niceni fides 161. 296
concilii Niceni patres 291
conciliũ Nicomediæ pro orientalibus 346
concilium Nouatianorũ 435
concilium nouatianorũ apud Sangarium 461
concilium Romanum 90. 114
concilium Sardicense 325. 604
concilium apud Seleuciã Isauriæ 375. 360. 622
conciliũ Sirmii aduersus Photinum 340
concilium Tyanense 415
concilium hæreticorum apud Tyrum cõtra athanasiũ 169 600
concilium à Tyro Hierosolymam transfertur 313
Confessio publica 115
confessio auricularis presbytero fiebat tempore Theodosii 460
Cono Apamię epi. fit dux mĩlitiæ 558
Consilium Sisinnii de cõcordandis hæreticis 449
Constans Occidentis Imperator 169. 684
constans Cæsar fauet Athanasio 318
constans aug. à Sardico concilio ad fratrem 330
constans Aug. fratrem suum Constantem pro fide mouet 324. 325

cons



constans occiditur à Magnentio 337
Constantienses à constãtino libertate donati 373
Constãtinopolim nititur cõstantinus æquiparare Romæ 302
Constantinopolitani epi. 691
Constantinus Cæsar 147
constãtinus aug. aduersus Maxentium 152
constantinus fauet Christianis 157
constantinus ecclesiarũ sacerdotibus dedit stipendia 158
constantinus episcopis pro cõcilio celebrãdo Niceno 159
constantinus in Sarmatas & Gothos 164
constantini liberalitas in pauperes 314
constantinus & Licinius persequuntur christianos 266
constantinus fidei mysteria edocetur 267
constantinus Galliam incolebat 268
constantinus contra Maxentium 268
constãtinus aduersus exteras gentes fœliciſſimus 270
constantinus patribus concilii victum suppeditauit 292
constantinus aduersus Licinium 292
constantinus august. baptizatur 317
constantinus filios suos Cæsares facit 317
constantinus august. moritur 317
cõstãtinus aug. de pascha 463
constantinus Impera. & vita eius 684
constantini & Licinii lex de colendo Christo 153
constantini triumphus 153
constantini statua 153
constantini Imperato. mors 602
constantini aug. mors & testamentum 167
constantini Imper. testamentum 601
constantino apparet crux in cœlo & angeli confortantes eum 152. 266
constantinus iunior aug. 336 602. 685
constantinus iunior occisus 169. 319
Constantius Cæsar 143. 627
constantius ad occidẽtem venit 171
constantius orientis Imperator 169. 317. 685
cõstãtius ad patres cõcilii 294
constantius in constantinopolitanos vlciscitur 322
constantius iterum arianizat 337
constantius iterum Athanasium persequitur 337
cõstãtius probare nititur christianorum constantiã 268
constantius Cæsar Romã venit 314
constãtius cogit orthodoxos subscribere Arianis 345
constantius Impe. indignatur Macedonio 315
constantius August. moritur 173. 370. 628.
constantius Cæsar in Arianã ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca



vertitur pestem 602
cõstãtii fides de verbo dei 628
constantia vxor Iuliani 371
constãtia soror Cõstãtini 166
constantia soror Constantini Ariana 602
Continentia fundamentum virtutum 27
Conuẽtus Christianorũ 338
Conuersio Barbarorum 305
conuersio Indorum Iberorũ & Armeniorum 307
Coration Nepotianus per Dionysium emendatus 124
Cornelius Centurio conuersus 20
cornelius Antioch.episc. 67
cornelius Ro. pont. 435
Crescens Pauli comes ad Gallias missus 35
crescens Cynicus 65
Crispus Cõstãtini filius 268
Crucis Christi lignum 163
crucis notæ in vestimẽta 177
crucis dominicæ signum 191
crucis signum Cõstantino apparet 152. 266
crucis signum Constantinus ferri iubet 167
crucis suppliciũ sub Constantino ablatum 271
crucis symbolũ in nũmis 271
crucis Christi miracula 303
crucis notæ in vestibus 369
cruces tres ab Helena reperiuntur 163
Currus in aëre visi 40
Cyprianꝰ in Nouatianos 114
Cyrenius Syriæ præses 8
Cyrillus Antioch.episc. 130
cyrillus Hieroso.epis. 172
cyrillus Hierosolymitanus appellat ad Constantium 359
cyrillus Theophilo Alex.succedit 519
cyrillus Alex pont. 483. 489
cyrillus Hieroso. vendidit sua pellectilem ecclesiæ à Constantio donatam 361
cyrillus Hierosolymitanus dĩaconus mar. 378
cyrillus Hieropoleos mar. 630
cyrilli Hieroso. mors 454
cyrilli magni scripta corrup. 517
Cyziceni pagani quod petũt à Iuliano impetrant 383
cyziceni Eunomium eiiciunt 411

D

Dæmon queritur de sanctis viris relegatis 421
dæmon non tulit aquæ benedictæ virtutem 460
Damasus Ro.pont. 183. 353. 435. 438. 442
Dauid trinitatis meminit 2
dauid posteritas interficitur 43
Decius Cæsar 113
decii Cæsaris male gesta 116
Decentius Magnentii frater seipsum strangulat 343
Decretum episcoporum Palæstinę super Arii petitiõe 288
Dedicationes ecclesiarum 156
Demetrianꝰ Antioch.epis. 116
Demetrius Ale.epis. 90. 95. 99
Demophilus Arianus 416. 450
Deogratias epis. Cartagi. 533
Deus an corporeus an incorporeus sit dubitabant Ægyptii 474
dei obliuio in prosperis 133
Diaconus eucharistiã non diuidet præsente episcopo 162
diaconi septem 18
Dialogus Constantii Cæs. & Liberii Ro.pont. 346
Diem dominicum & diem veneris iudicauit Constãtinus à iudiciis vacari 271
Didymus Alexandrinus 181
didymus monach. 427
didymus Alex.scriptor eccle. 658
Diocletianus & Maximianus August. 266
diocletianus in die passionis Christi ecclesias christiano. euertit 486
diocletiani Cæs. edictum aduersus christianos 134
Diodorus apud Tyrũ epi. 186
diodorꝰ Tarsen. epi. 440. 662
diodorus Gentilibus resistit 431
diodorus orthodoxorũ ecclesias Antiochiæ collegit. 656
Dionysius Areopagita primus Athenien. episc. 68
dionysii epistolæ. 68. 69
dionysius Corinthiorũ episc. 33. 48. 67
dionysii Corinthiorũ episco. 68
dionysius alex. epis. 110. 112
dionysius ad Fabianum 116
ad Hermannonem 116. ad Stephanum Ro.pont. 117
dionysius alexã. Eucharistiæ donum putat sufficere 118
dionysius in dogma Nepotis 124
dionysii reuelatio pro lectione librorũ hæreticorũ 118
dionysii alex. passiones 119
dionysius Ro.pont. 125
Dioscorus alexandrinus 514
dioscorus alex. exulat 516
Discipuli dispersi Iudæis prædicabant 18
discipulorum Christi multitudo 15
Discrimẽ inter vnctos reges, pontifices & Christum 6
Dius Hierosol. episc. 100
Doctrinæ Christianæ conformitas 67
Dominica vxor Valentis 438
Domitianus Cæsar 42
domitianus Christianos persequitur 42
Domnus antiocheno episcopatu priuatus 515
Donati episcopi in Bercea miracula 468
Dorotheus antioch.epi. 130
dorotheus aulicus Imperatorum martyr 133. 136
dorotheus Ariano.epi. 452. 489
dorotheus monachus alex. de concilio Chalcedo. 524
Dorothea virgo alexan. 144
Dositheani à Dositheo quodam hæretico 67
Dotes diuersæ spũs sancti 81

E

Ebionei hæretici 47
Ecebolus sophista 390
Ecclesia apud antiochiam 20
ecclesia Romana 33
ecclesia Corinthiorum 33
ecclesia Hierosolymorum Pella transfertur 35
ecclesia virgo 67
ecclesia Hierosolymitana 446

ecclesia constãtino.recẽs 446
ecclesia Gothorum 678
ecclesiæ veritas 57
ecclesiæ Ro.mos vetus 69
ecclesiæ gloria & in pauperes mia sub constantino 158
ecclesiæ locis Idolorum constructæ 190
ecclesiarum pax 61
ecclesiarum in Oriente per Theodosium restitutio 185
ecclesiarum dissidium 228
Ecclesiastici aduersus hæreticos 57
ecclesiastica vasa sub Iuliano confiscantur 387
Edictum Maximiani & Constantii pro Christianis 150
edictum Saporis in Christianos 308
edictum Valentiniani & Valentis de consubstantiali trinitate 403
edictum Athanasii de Arimin.concilio 619
edicta Diocletiani in christianos 134
edicta Licinii Cæsa.aduersus christianos 157
Egesippus quãdo venerat Romam 59
egesippus philosophus 67. 265
egesippus primum Iudæus 68
Eleusius Cyzicensis epi. 354 359
Eleutherus Ro.pont. 72
Emaus dicitur nunc Nicopolis 392
Encratitæ hæretici 71
Ephrẽ Syrus vir mirabilis 367
ephrem Edesse scriptor ecclesiasticus 658
Epimachus martyr 113
Epinicia Valẽtiniani & Theodosii 452
Epiphanius sophista 366
epiphanius cyprius Chrysost. inimicus venit Constãtinopolim 477
epiphanius Cypriorũ epi. 469
Episcopus nondum baptizatus ordinatur 521
episcopi ex Ægypto & Libyis deportati 339
episcopi Antioch.cædes 519
episcopi insignes in concilio Antiocheno 125
episcopi Antiocheni concilii 401
episcopi apostolicarum ecclesiarum 470
episcopi ducẽti Ariminen.cõcilii aduersi Arianis 354
episcopi Cartaginen. conueniunt disputari 545
episcopi in Constantinop.cõcilio.150. coacti 663
episcopi duo apud cõstan. 320
episcopi in cõcilio Constant. depositi 361
episcopi damnati pellũtur ex vrbe Constant. 362
episcopi in synodo constant. 664
episcopi ab exilio morte Cõstantii reuocati 173
episcopi viginti ad Constantium missi ab Arimino discedunt ad propria 351
episcopi 15.Hieroso. vsque ad Adrianum Hebræi fuerunt 55
episc. Macedoniani pœnitentes 413

epis



episcopi plures martyres 141
episcopi athanasio in cõcilio Mediolanensi fauẽtes in exilium mittuntur 171
episco. à Maximiano damnati 272
episcopi orthodoxi fauentes athanasio exulant 345
episcopi damnati 360
episcopi exules à Iouiano reuocantur 400
episcopi sub Valente missi in exilium 407
episcopi vndecim Ægyptii in Diocæsarẽam relegari 424
episcopi orthodoxi vexantur sub Valente 433
episc. orthodoxi exulant 436
episcopi alii ad alias ecclesias mutati 502
episcopi sub Georgio alexã. passi 611
episcopi ab arianis in nauem missi & combusti 656
episcopi illustres tempore Valentis 658
episcopi occidentales recipere noluerunt orientales 324
episcopi concilii Niceni 291
episcopi excommunicati Seleuciæ 360
episcopi decem à Seleucia ad constantium legati 360
episcopi Orientales ad Constantem missi 324
episco. orthodoxi ad arianos 423
episcoporum cõuentus in Palestina 92
episcoporũ supplicia apũd Cartaginẽ sub Hunerico 545. 556
episcoporum à constantio in exilium missorum reuersio sub Iuliano 629
episco. exilia autore Valente 645
episcoporũ exulum reuersio sub Gratiano 660
episcoporum catalogus 691
episcoporum Macedonia. pertinacia 443
Epistola Acacianorũ ex Antioche. concilio ad Iouianũ Aug. 401
epistola alex. ad antiochenos 101
epistolæ alex. ad antinoitas 100
epistola alex.Hieros.ad Demetrium alexandrinum 106
epistola Alexandri alexan.ad Alexandrum Cõstantinop. 280. 573
epistola antonini Cæs.ad asiæticos pro christianis 59
epistola aphricani ad Origenem 109
epistola concilii antiocheni 127
epistola cõcilii Ariminen. ad Constantium Imp. 350. 351. 605
epistola altera ariminen.synodi ad constantium 617
epistola Arii ad Eusebium Nicomedien. 286. 579
epistola athanasii de concilio ariminen. 354
epistola athanasii ad Iouianũ Cæsa. 399. 639
epistola attici constanti.episc. ad Calliopium Nice. 498
epistola Barnabæ 47
epistola Basilii magni ad Gregorium

gorium fratrem 699
epistolæ canonicæ vel catholicæ 47
epistola Christianorum Lugdunen. & Vien. 73
epistola Clemẽtis ad Corin. 80
epistola Constantinopo. concilii Georgio alex. epi. 364
epistola concilii constãtinop. ad occidentales 444
epistolæ tres cõstãtii ad Athanasium 332
epistola constantii omnia cõtra Athanasiũ gesta cassans 334
epistola constantii ad Alexandrum pro Athanasii receptione 334
epistola constantii ad Arimi. concilium 351
epistola constantini ad Alexandrum pont. Alex. 289
epistola constãtini de Atio & scriptis eius 301
epistolæ constantini ad Nicomedienses particula 305
epistola constan. ad Saporem Persarum regem pro Christianis 311
epistola constantini ad Eusebium Palestinę 301
epistola constantini ad episcopos Tyri collectos 314
epistola constantini minoris ad Alexandrinos pro Athanasio 318
epistola cõstantini Imp. ad epis. à cõcilio Niceno absentes 586
epistola constan. de parandis sacræ scripturæ libris 591
epistola constantini de ædificiis ecclesiarum 598
epistola constan. ad Macariũ Hieroso. de ædificatione diuini templi 598
epistola constan. contra Eusebium & Theogoniũ ad Nicomedien. 593
epistola constan. ad Saporem regem Persarum 597
epistola constantini aduersus Athanasium 599
epistola constan. ad Alexandrinos 599
epistola cõstan. ad Synodum Tyri 599
epistola constan. iunioris ad Alexan. 602
epistola constantini iunioris ad Athanasium 610
epistola Damasi ad Timotheum super damnatione Apollinaris 447
epistolæ Dionysii Corint. 69
epistolæ Dionysii falsatæ 69
epistolæ Dionysii Corint. ad Rom. 69
epistolæ Dionysii Alexandrini 112. 128
epistola paschalis Dionysii Alexand. 122
epistola Orientalium epis. ad Iulium Ro. 322
epistola Eusebii Nicomedien. ad Paulinum epis. Tyri 287
epistola Eusebii Nicomedi. ad Paulinum episc. 580
epistola Eusebii Cæsarien. de Nicæa fide 587
epistola Eustahtii super Arianа hæresi 582
epist. ad Hebr. 52. 34. 102. 106





Episcopi Hierosolymorũ 100
epistola concilii Hierosolymitani ad Ægyptios episc. 336
epistola Hunerici Vandal regis ad omnes episcop. Aphricæ 543
epistola Iacobi 32
epistolæ Ignatii 51
epistola Illyrianorum ad Orientales episc. 404
epistola Ioannis prima 46.82
epistola Irenæi ad laudẽ martyrum 80
epistola Iudæ 32
epistola Iuliani Imp. ad Arsatium 384
epistola Iulii Rom ad Orientales episc. pro Athanasio & sociis eius 322
epistola Iulii Roman. ad Alexandrinos pro Athanasii reditu 332
epistola liberii Ro. pontif. ad Macedonianos post pœnitẽtiam 414
epistola Maximini pro Christianis 154
epist. Nicæni concilii ad Alexandriam & Ægyptum 298
epistola concilii Nicæni super hæresi Melitiana 584
epistolæ Pauli 34
epistola prima Petri 82
epistolæ Petri 34
epistolæ Petri Alexan. pars de gestis Lucii 651
epistola Policratis Ephesini de Pascha 90.91
epistola Rom. concilii ad Cõciliũ in Nicæa Thraciæ 353
epistola Sardicen. cõcilii 326
epistola Smyrneorum de vita Polycarpi 85
epistola Synodica aduersus Aerium 623
epistola Valentiniani & Valẽtis de coëssentialitate ad Asianos 642
Error Arianus vnde peruenit ad Gothos 680
error Eudoxii circa filiũ 622
Essentia & substantia 697
Euagrius monachus 426
euagrius Antioch. Paulino succedit 453
euangelici libri 294
euangelistæ gentium remotarum 83
euangelistarum discrimen 82
euangelium Ioannis 45
euangelium secundum Hebræos 47
euangelia quatuor 46
euangelia & acta quorundam apostolorum 47
euangeliorum ordo 102
euaristus Ro. pontif. 50
eucharistia in manus laicis dabatur tempore Nouati 115
eucharistia olim laicis dabatur in manus 456
eucharistiæ particula puero datur ad patrẽ deferenda 116
eudocia vxor Theodosii iunioris 495
eudoxia Valentiniani Imper. vxor Hierosol. ꝓficiscit 505
eudoxia Theodosii filia nupsit Valentiniano 505
eudoxiæ Augustæ odium in Chrysost. 480
eudoxius nititur Aetium restituere 348
eudoxius Constantinopo. sedem

dem vsurpat 362
eudoxius Constantinopo. ad Eunomium 365
eudoxii opinio de Constanti no magno & Constantio fi lio 362
eudoxius gratiosus in aula Valentis 407
eudoxius moritur 415
eudoxius Germanicien. epi: scopus vsurpat Antiochenâ sedem 348 356
eudoxius episcopus Germa: nicien. 620
eugenius tyrannus 467 676
eugenius orat veniam Theo: dosio oranti 468
eugenius capitur, & occidi: tur 192.468
eugenius Carthaginensis epi: scopus 538
eugenii Cartaginensis labo: res 561
eulogius Edessenus mart. 648
eunomius hæresiarcha 173 365. 410. 692
eunomius accusatur apud Im perat. 366
eunomius fugit 366
eunomius Arianus loco Euse bii obtrusus 409
eunomius curab Eudoxio se: paratus 415
eunomius Samosatensis disce dit Samosata 409
eunomius hæretic. exulat 461
eunomius episco. Persis solus resistit 434
eunomii temeraria subtilitas 411.443
eunomiani hæretici 171 365
eunomiani cur recesserunt ab Arianis 614
euodius Antiochenus episco: pus 43
euolcius in exiliũ missus 409
euphratæ episcopo parantur insidiæ Antiochiæ 609
euphronius antioc. fit epi. 307
eupsychius Cæsarien sis mar: tyr 378
eusebiana factio contra Eusta thium Antioch. 595
eusebius Alexandrinus Lao: diciæ epi. 330
eusebius Cæsarien sis histori: cus 265. 296
eusebius Pamphili laudatur ab Imperat. 307
eusebius Cæsarien sis mori: tur 319
eusebii iudicium de Papia 58
eusebii liber de antiquis mar: tyribus 64
eusebii apologia pro Orige: ne 110
eusebius Laodicensis episco: pus 119
eusebius concilii Alexan. de: creto occidēti præficitur 174
eusebius Nicomedien. Arii fautor 167.295
eusebius Nicomedien. hære: ticus 278
eusebius Nicomedien. cano: num trans gressor 306
eusebius Nicomedien sis vsur: pator sedis Constantinopo: litanæ 306 320
eusebius Nicomedien. Aria: norum princeps 318
eusebisu à mulicre Ariana oc ciditur 440
eusebii Nicomedien sis po: tentia 228
eusebii Nicomedien sis mors. 321. 394
eusebii cõstantia propter Me: litum 369
eusebius Samosatensis episco pus 349 626 662
eusebius Samosatenus quid egerit in exilio 408
eusebius Samosatẽ. martyrio coronatur 409
eusebii Samosateni peregrina tiones 408.409
eusebius Vercellensis episco: pus 382
eustathiani qui fugiebant Ari anos cum Eustathio 307
eustathius Berœrensis epi. 174
eustathius Antiochen. episco: pus 266 294
eustathius Antioch. de Nicæ: no concilio 295
eustathius Antiochen. ab Ari anis fraude depositus 306
eustathius Sebastiæ epi. in Eu: doxium 621
eustathii translatio 520
eutropius lector propter loã: nem Chrysostom. in carce: rem coniicitur 482
eutropius Eunuchus occidi: tur 472.489
eutyches hæresiarcha 514
eutychianus Ro. pontif. 130
eutychianus eremita 276
ethnici christianorum vindi: ctam petebant 58
euzoius Alexandrinus Aria: nus 398
Exclamatio plebei cuiusdam 40
exilii Chrysost. locus 479.481
exules 90000. sub Hunerico Vandalorum rege 548

F

FAbianus Ro. pontif. iudi: cio columbæ electus 109
fadus Iudææ procurator 24
fames Hierosolymis inenarra bilis 36
fames post Christianorũ per: secutionem 150
fames grauis circa Phrygias 418
Festus procurator Iudææ 30
festus moritur 38
festum Iosephus vocat sextum 32
festi dies christianorum 462
Fides Acacii Cæsarien sis 358
fides Antiochenæ synodi 358
fides Arianorũ Antiochię 320
fides Arii quam apud Constã: tinum confessus est 313
fides catholica episc. Cartha: gin. conuenientium 545
fides Constantinopol. concis lii 664
fides Constãtii de Christo & baptismate 628
fides Christiana impugnatur 134
fides Indorum 595
fides Melitii de vnitate Trini tatis 368
fides concilii Nicææ in Thra: cia 617
fides concilii Sirmiani 340
fides alia latina concilii Sir miani 342
fides Sirmiensis lecta Arimini 349
fides Theodosii iunioris & sororum eius 681

fidei ortus 7
filiæ Philippi 49
filius patri coæternus 3
filius hominis quare dicitur Deus 4
filius dei quomodo Christus dictus 5
Flauianus Antioch. episc. 180
flauianus hæreticis resistit 431 439
flauianus gentilibus apud Antiochen. resistit 431
flauianus Damaso reconciliatus 186
flauianus Antioch. Melitii successor 466
flauianus ad Imperatorẽ 466
flauianus Constantinopo. episcopus 513
flauianus Antioch. episc. relegatur 522 526
flauianus orthodoxorum ecclesias collegit 656
flauianus Antioch. epis. 675
flauiani exitium 515 sepultura 515
flauiani libertas 619
Fœdus Romanorum cum Persis 396
Fœlix Ægyptiũ profligat 30
fœlix procurator Iudææ 29
fœlix loco Liberii Rom põtif. ordinatur 348
Fœlix liberio. Ro. suffect9 615
Fontis apud Nicopolim vis sanatiua 392
Fraudes Paganorum in templis suis detectæ 188
Fridigernus rex Gothorũ 436
frumentius puer captiuus 164
frumentum à Constantino ecclesiis datum 587
frumentum à Constãtino ecclesiis datum aufert Iulianus 638
frumẽtum à Iuliano ecclesiis ablatum restituitur 640
Fundanus procõsul Asiæ 70

G

GAinas conatur incendere palatium Constantinop. 473
gainas scita tyrannus 678
gaius scriptor ecclesiast. 48.49
gaius aduersus Proculum 106
gaius Rom. pontif. 130
galienus Cæsa. 118.120
galienus Cæsar fautor Christianorum 123
galienus Cæsar miteſcit in Christianos 128
galilæos Iulianus vocabat christianos 176. 374 631
gallus Cæsar à Constantio efficitur 348
gallus Cæsar Iudæos compescit 345
gallus Cæsar occiditur 344
gallus Imperator pietatis cultor fuit 628
galli Cæsa. male gesta 116
galli per Constantem subiiciuntur Romanis 338
gaza maritima 373
Geiserichus Vandalorum rex in Ro. 516
geiserichus ex Hispania in Aphricam traiecit 530
gennadius Constantino. episcopus 517
gentiles facilius fidem q̃ Hebræi perceperunt 264
gentiles sacerdotes pudet proprii cultus 400
gen-



gentiles apud Antioch. sub Valente 431
gentilium impostura per templa sua 454
Georgius Athanasio suffectus 171
georgius fugere cogitur 353
georgius Alexandrinus occiditur 375
georgius Alexan. Athanasio suffectus 611
georgius Laodicenus epi. 363
georgii mala in Alexandria 353
georgii Alexandrini crudelitas 363
georgii mala perpetrata 611
georgius Cappadox recipitur Alexandriæ ab Arianis 322
georgius Laodicenus hæreticus 368
germaniciæ situs 620
germanion Hieroso. epi. 100
germani qui nunc franci 513
Gigantomachia 3
Gordianus Cæsar 109
gordius Hieroso. epi. 100
gorgonius aulicus Imperatorum mar. 133
gorgoranes Isdigerdis filius persecutionẽ in Christianos cum regno susceptt 682
gortheani à gortheo hæret. 67
gothi per Thracias irrumpũt 184
gothi inter se digladiãtur 436
gothi in Romanos 436
gothi Ariani facti 437 & christiani 437
gothi cum Theodosio contra Eugenium 467
gothi quadruplices sunt 513
gothi in errorem Arianũ exciderunt 660
gothi fiunt Ariani 678
Grando Cõstantinopoli 482 412
gratianus Aug. 184
gratianus episcopos reuocat ab exilio 438
gratianus Cæsar occisus 184
gratianus Imperat. & eius pietas 660
gratiani Imp mors 668
gratianus Imperat. moritur ibid.
gregorius Alexandriæ loco Athanasii epis. 319. miserrimè periit 319
gregorius Nazianzenus 658 182.183
gregorius Naz. de Iuliano 387
gregorius Nazianzenus Constantinopoli fit epis. 442
gregorius Nazianzenus Constantino. reliquit 444
gregorius Nazianzenus Constatinop. abire conatur 443
gregorius Nazianzenus 696
gregorius Athanasium fugauit 321
gregorius Neocæsariensis episcopus 126
gregorii Neocæsar. fides 127
gregorius Nissenus 658
gregorius Nazianzenus in cõcilio Constantinop. Arianis se opponebat 663. 664
gregorius Ponticus Origenis discipulus 434

H

HÆresis Aëtiana 344. 692
hæresis Apollinaris 368 694

hæresis Arianæ exordium 577
hæresis Arianæ index 582
hæresis Ariana in tres sectas diuisa 172
hæresis Arii 159.278.692
hæresis Artemonis cum sequacibus eius 92 93
hæresis audæanorum 644 693
hæresis Basilidis 56
hæresis negantium gratiam in baptismo conferri 406
hæresis Ebionæorum 47
hæresis Euchetarum 406
hæresis Eunomiana 365 366.692
hæresis Luciferiana 174
hæresis Macedoniana 363 604.692
hæresis Manichæorũ 130.693
hæresis Melitiana 584
hæresis Messaliana 408.644 694
hæresis Nepotiana 123
hæresis Nouatianorũ 114.695
hæresis Pauli Samosateni 92 126
hæresis Photiniana 694
hæresis Sabbatianorum 489
hæresis Sabelliana 694
hæreses septem 31.68
hæreses aliæ septem 68
hæresis Simonis magi 25
hæreses in hoc libro taxatæ 692
hæresis inæqualis substantiæ 325
hæretici primi 67
hæretici quando cœperint 50
hæretici an rebaptizandi 117
hæretici iussu Cæsaris adimũtur ecclesiæ 316
hæretici ab ecclesia pulsi 283.333
hæretici Antiochiæ succedentes Eustathio 395
hæretici in cõcilio Antiocheno 626
hæreticę expositiones post Nicænum concilium 362
hæreticorum baptisma 118
hæreticorum diuisiones 461
Hebræi primo electi ad dei cultum 4
hebræi vocantur dispersi 34
hebræorum antiquitas 6
helchesaitæ hæretici 111
helena Adiabenorũ regina 24
helena mater Cõstantini Augusti 163. 493
helena Hierosolymis tres cruces & clauos Christi cum titulo reperit 302. 303
helenopolis ciuitas nomine Helenæ 302
helena clauos galeæ & freno filii sui includit 303
helena moritur 303
helias fugit Hiezabel 381
helias Hierosoly. episc. 524
helias Hierosolym. episc. deponitur 526
heliopolitanorum crudelitas in virgines sacras 377
helisæi translatio in Alexandriam 518
heraclas secũdus Origenis discipulus 96.103
heraclea ciuitas 263
heraclydes à Chryso. ordinatus accusatur 479
heraclius hæreticus 92
herbæ cuiusdam vis medica. 121.391
herennius Hiero. epi. Cyrillo ejecto 363
hermogenes pellere volens Paulum peremptus 322
hermon Hieroso. epi. 132
herodes seipsum iugulat 13
herodes exulat in Gallia apud Viennam 14.20
herodes præfectus pacis 62
herodis genus 8
herodis cruciatus 12
herodis crudelitas tempore mortis suæ 13
herodis Agrippæ mors 23
hæros Antiochiæ successor Ignatio 52
heros Antiochiæ episc. 67
Hierosolyma ciuitas sancta 21 capta 35
hierosolymorum episcopi ex gentibus 84
hierosolymorũ episcop. prærogatiua 162
hierosolymorũ dedicatio 167
hierosolymorum captiuitatis prædictio 38.39. Hierosolymitani episcopi 621
hilarius Athanasio fauens exulat 171.175
hilarius Pictauen. 383
hilarii scripta 175
hilarionis monachi vita 376 384
hippolytus & eius scripta 107
Homousiani potiores Arianis 320
homousiani hymni clariores 475
homines brutescunt 3
homines in deos relati 398
honorius Aug. 192
honoratus præfectus Constãti. 360
honorius Theodosii filius 451
honorius Theodosii filius Imperat. 467
honorius Occidentis Imperator 470
honorius Aug. 487
honorius imperator 677
honorius Theodosii filius Imperator à patre factus 688
horsites prætectus Alexandr. 491. 492
hormisda deũ iussu regis Persarum negare respuit 683
hormisda post supplicia expellitur à regno Persarum 485 486.
hostium Ioannis Chrysosto. vindicta 482
hostium Ioan. Chrysost. pœnitentia 680
Hunericus in Arianos & Manichæos 537
hunericus aliâs Honoricus Genserico patri succedit 537
hunericus disputationem indicit 543
hunericus vniuersas Aphricæ ecclesias vna die clausit 544
hunerici in domesticos sæuitia 539
huni in Gothos 436
huni prouincias Oriẽtales populantur 528
huni in Thraciam irrumpunt 483
huni in Burgundos 499
Hyginus Rom. Pont. 58
hypatia philosophia à Christianis occiditur 492
hypatii largitio 527
hyppolytus scriptor ecclesiasticus 106
hyrcanus »

Universidad de Deusto
Biblioteca



I

Iacob fidem dei habuit 3
iacob expectationem gentium præsignauit 264
iacobus frater domini 15
iacobus Iustus episcopus Hierosolymorum 18
iacobus frater Ioannis 22
iacobus frater domini Christum profitetur 31
iacobi mors Hierusalem euertendi occasio fuit 32
iacobi iusti pœna & mors 31
iacobi iusti nomina 31
iacobi iusti mores 31
iacobi epistola 32
iacobi thronus 121
iacobus frater domini episco. Hierosolymitanus 39
iacobus Antiochiæ Mygdoniæ episco. 291
iacobus presbyter Ponticus martyr 310
iacobi Nisibeni orationes præualuerunt Persis 367
iacobi Nisibis episcop. oratio Persarum exercitum profligauit 625
ianua templi spõte aperta 40
Iberorũ conuersio 165.307.596
iberorum regina sanata 165
Idiotæ non disputent de his quæ ignorant 65
idola gentilium Alexandriæ contrita 454
idolorum cultum prohibet Theodosius 459
Ieiunium sabbathi 464
ieiunium ante baptismũ 493 500
ieiuniorum controuersia 91
ieiuniorum diuersitas 403
Iesus quare sic dictus 5
Ignatius Antiochenus episcopus 43.58
ignatii epistolæ 51
ignis, deus Chaldæorum 189
Imago Christi Cæsarææ 121
imagines Petri & Pauli ab Eusebio visæ 121
imagines deorũ Iulianus pingebat vexillis suis 386
imagines tolli iubet Xenaias seruus Satanæ 521
immortales Persæ dicti à Romorti traduntur 495
imperatorum anni ab vrbe cõdita 690
Incendium Constãtinop. 504
indorum conuersio 164 307.596
innocentius pontifex Rom. 467
innocentius Rom. pontif. pro Chrysost. 467. 482
innocentius Rom. pontif. aduersus Nouatianos 490
insidiæ in Ioannem Chrisostomum. 480
insidiæ Ambrosio paratæ 669
Ioannes Alexandrinus episcopus 528
ioannes Antiochenus 389
ioannes Antiochenus Cyrillum damnauit 502
ioannes Antiochenus ad Nestorium 518
ioannes Baptista 14
ioannes Baptistæ caput 465
ioannis Baptist. ossa combusta Iulianus 630
ioannes Euangelista Christi naturam explicat 2
ioannes Asianos regit 34
ioannes in Pathmos relegatur 42
ioannes Ephesum rediit 43
ioannes apud Ephesum dormiuit 49
ioannes Euangelista 53. 526
ioannes duo 53
ioãnis Euangel. præconia 44
ioannis euangelium 45
ioannis epistola 46
ioannis euang. nomen toties inculcatum 125
ioãnis sepulchrum violatum 190
ioannes Chrysostomus Constantinop. episc. 470
ioãnes chrys. antiochiæ lector efficitur 471
ioannes chrysost. cleri reformator 472
ioan. chrysost. aduersus Gainam 473
ioannes chrys. legatus ad Gainam 474
ioan. chrysost. recipit Petrum & Isidorum alex. pulsos 476
ioan. chryso. ad Epiphanium 477
ioan. chrysost. in exilium deportatur 478
ioan. chrysostom? accusatur, 479 cõdemnatur ibidem. in exilium mittitur 479 moritur 481
Ioannitæ dicti sunt fauentes Io. chrysost. 480
ioan. chrysost. vita christiana 471
ioan. chrysost. declamatio in Eutropium 472
ioan. chrysost. hostes 476
ioan. chrysost. orationes addit hymnis nocturnis 478
ioan. chrys. reliquiæ constantinopolim delatæ 483
ioan. chrysost. corpus ad constantinop. defertur 518
ioan. chrysost. libertas 678
ioan. chryso. constãtinop. epi. ordinatio 677
ioan. chrysost. fana in Phœnicia destruxit 678
ioan. chrysost. legatio ad Gainam tyrannum 678
ioan. chryso. motus concitatĩ 679. 697
ioan. chrysost. reliquię constãtinopolim delatæ 680
ioan. Hieroso. epis. 186. 483
ioãnes monachus futurorum præscius 186
ioãnis monachi responsa 186
ioannes presbyter 53
ioan. tyrannus superatur 496
Iocundus Arianorum patriarcha crematur 530
Ionatas pontifex interficitur 30
Iordanis fluenta vnde prosiliunt 120
Iosephus testis Christi 264
iosephi libri 40. 41
Iouinianus Cæsar christianꝰ 177
iouinianus consulit reparare ecclesias 177
iouinianus moritur 177
Iouianus Imp. post Iulianum 395
iouianus cupit ab athanasio sacram religionem edoceri 398
iouianus Imp. episcopos exules restituit 398

Universidad de Deusto
Biblioteca



Iouianus restituit ecclesiis ablata, 400
Iouianus iulianum Tarsi sepelit 402
Iouianus Aug. moritur 402
Iouian⁹ Imp & ei⁹ pietas 638
Iouianus Imp. post iulianum 686 eius mors 686
Iouiani Imp. mors 641
Iouiani pietas in christianos 686
Irenæus scriptor ecclesiasticus 67
Irenæus Lugdu. epis. 80. 81
Irenæus audiuit Policarpum ioannis apostoli discipulum 89
Irenæus contra hæreticos disputat 89
Irenæus Lugd. de pascha 462
Irenæi iudicium de diuinis scripturis 82
Isaac typus crucis Christi 264
Isaac monachus Constantinopo. 659
Isdigerdes Persarũ rex fauet christianis 490
Isdigerdes rex Persarum christianis offensus 493
Isdigerdes Persarum rex in christianos 682
Isidorus monachus 425. 428
Iudas Galilæus 8
Iudas scriptor quidam de septimanis Danielis 97
Iudæ epistola 32
Iudæ nepotes reuocati 43 50
Iudæ nepotum facultates 43
Iudæus paralyticus per baptismum sanatur 488
Iudæus sæpe baptizatus 495
Iudæi ad plura opera vendun tur 39
Iudæi persecutores christianorum 63
Iudæi consilio Iuliani templũ Hierosolymis reædificare tẽtant 176
Iudęi christianos accusauerũt apud Persas 308
Iudæi insultant Romanis 343
Iudæi pulsi Alexandria 492
Iudæi christianos occidunt 491
Iudæi in christianos infesti 493
Iudæi per Pseudomoysem in Creta decepti 504
Iudæorum confusio in reædificationem templi 177
Iudæorum clades in die Paschæ 29
Iudæorum persecutio 54
Iudæorum odium in christianos 64. 66
Iudex Ægypti aduersus Petrum Alex. 420
Iudices Israel 9
Iulianus de Apamia episcop. 86
Iulianus podagricus mart. 133
Iulianus Saba monachus Iuliani mortem agnouit 394
Iulianus anachoreta. 432
Iulianus antioche. episc. 518
Iulianus auunculus Iuliani Imperatoris 632
Iulianus in iudæos inuidia motus 21
Iulianus Alexandrin. epi. 83





Iulianus Aug. 173
Iulianus occisus 176
Iulianus Cæs. in Gallias mittitur 344
Iulianus negata christiana religione bellum in Constantium parat 369
Iulianus fit imperator 370
Iulianus appellatur Augustus 369
Iulianus se fingit christianum 370
Iulianus magiæ insudat 371
Julian⁹ abluere niritur baptismum 372
Iulianus populi fauorem nititur sibi conciliare 372
Iulianus christianis infensus 373
Iulianus templa christianorũ spoliat 375
Iulianus Imp. persequutus est Athanas. 383
Iulianus abolet crucem in vexillo 386
Iulianus fontes & alia sacrificia antiochiæ prophanauit 388
Julian⁹ pecunias abstulit christianis 390
Iulianus obsidet regem Persarum apud Ctesiphontem 394
Iulianus putabat se alterũ Alexandrum 494
Iulianus à pietate ad impietatem appulsus 628
Iulianus Cæsar creatus 685
Iulianus Imp. 628
Iuliani sæuitia aduersus iulianum 175
Iuliani Aug. callidum consilium 175
Iuliani victoria aduersus Alemannos 369
Iuliani adolescentia 370
Iuliani vxor constantia 371
Iuliani gesta & scripta 372
Iuliani conatus ad populi fauorem conciliandum 372
Iuliani subdola in christianos clemenria 374
Iuliani pœna pro templis violatis 375
Iuliani & antiochen. contentiones 391
Iuliani inconsultus ducatus 394
Iuliani Aug mors 395
Iuliani idololatria 629
Iuliani crudelitas in christianos Palæstinæ 630
Iuliani Imp. cædes in Persia 637
Iuliani expeditio i Persas 636
Iuliani Imp. studium 686
eius mors 636
Iuliani Sabæ monachi libertas 637
Iulius pont Ro. 326. 327. 603
Iulius Rom. pont. Athanasiũ absoluit 319
Iulius super causa Athanasii iudex 321
Iulius athanasium ad se vocat 324
Iustina Imper. filia, virgo permansit 435
Iustina Valentiniani mater ariana Ambrosium relegat 451
Iustina Valẽriniani mater 669
Iustinus philosophus & martyr 47. 57

Iustin? quomodo factus christianus 58
Iustinus Romæ prædicãs martyr 64
Iustinus Anastasio succedit 529
Iustini liber aduersus omnes hæreses 59
Iustini libri 59. 66
Iustini verba pro religione christiana 64
Iustus Symeoni sufficitur Hierosol. 50
Iustus Barsabas dictus 53
Iustus alex. pontifex 55
Iuuenalis Hieroso.epi. 516
Iuuenem quendam Ioannes reuocat 44
Iuuentius martyr 633

L

Lætus præfectus Ægypti 94
Laicus simplex dialecticũ superat 293
laici præsentibus episcopis nõ disputent 106
Lapsorum fratrum secta 114
Legati octoginta ad principẽ merguntur 416
Legatio Constãtis ad fratrẽ 330
Leo Imperator Rom. 517
Leonides pater Origenis mar. 94
Leontius antioche.epis. 352
leontius Antiochenus occultus Arianus 352
leontii episc. antioch. fraudulentia 489
Lex Constãtini & Licinii de colendo Christo 153
lex Constantini august. contra idola 572
lex constantini pro oratoriis arianorum 316
lex Gratiani Impe. super conuenticulis hæretico. 670
lex Gratiani super libertate celebrandi 439
lex de fugientibus ad ecclesiã 472
lex Hunerici contra christianos 554
lex Iouiani de non ducendis sacris virginibus 401
lex Maximini fingentis se fauere christianis 153
lex Theodosii de fide 442
lex Theodosii contra adulteras mulieres 452
lex theodosii de dilatiõe vindictæ 457
lex de non ducendis virginibus 401
lex Valentis in christianos 656
lex Valentiniani iunioris de duabus vxoribus ducendis 435
lex vetus præparatio ad nouam 4
leges Constantini pro Christianis 268
leges Iuliani contra christianos 379
leges ieiuniorum à Montano 87
leges à Iuliano latæ aduersus christianos 631
Libanius sophista 370
libanius sophista pro Antiochen. contra Iulianũ 393
libanius sophista Christũ irrãdebat 393. 637





libanii sophistę opus de morte Iuliani 396
libanius viuum Cõstantium laudauit, vituperauit mortuum 396
Libanus mons 304
Libellus Synodi Ariminen. ad Illyricos epis. 618
libellus catholicæ fidei Cartagi. episc. 545
libellus pœnitentiæ ab Eusebio & Theogonio datus 302
libellus Synodicus de fide cõcilii Illyrici 643
libellus Macedonianorũ Liberio Ro pont. 413
libellus pastoris 295
libellus Sardiceni concilii ad absentes epi. 604
Liber Synodicus Constanti. 664
liber Synodicus Damasi contra Apollinarem & Timotheum 666
liber Damasi cõtra varias hęre. sectas 667
liber Eusebii Pamphili de vita Constantini 289
liber Eusebii de vita Pamphili mar. 132
liber Eusebii de antiquis martyribus 64
liber de fato ad Antoninum Cæs. 72
liber aduersus gentes 87
liber Hermæ, qui inscribitur Pastoris 34
liber aduersus Iudæos 87
liber Iuliani aug. 397
liber Iustini aduersus gentes 59
liber Iustini aduersus omnes hæreses 59
liber Iustini ad Antonium Cæs. pro christiana religione 59
liber Musani aduersus Eucratitas 71
liber sapientiæ Salomonis 82
liber Tatiani hæret. aduersus gentes 72
liber propositionum & quæstionum Tatiani 84
libri Apollinaris 71. 390
libri Athanasii de satisfactione fugæ pars 380
libri Aug. 538
libri canonis Bibliorum 71
libri Clementis Alexandrini 101
librorum Chrysostomi fructus 697
libri Dionysii alexãdrini 116
libri euangelici, apostolici, & prophetici 27. 294
libri Eusebii de vita Pamphili 110
libri Hilarii 175
libri Hippolyti episc. 107
libri Ioscphi 40. 41
libri Irenæi 88
libri Melitonis Sardensis 70
71
libri Miltiadis 86
libri Origenis 95
libri Papiæ 52
libri Philippi Constantino. 498
libri prophetarum 41
libri sapientiæ & prouerbiorum Salomonis 68
libri Serapionis antiocheni 101

libri Symmachi 104
libri Theophili antiocheni 69
Liberius pont. Ro. 172
liberius Rom. pont. ab exilio reuertitur 172
liberius Iulio Ro. succedit 344
liberius pont. Ro apud Beream Thraciæ vrbem exulat 614
liberius pont. Ro. exulat 614
reuocatur 615
liberius pont. Ro. & Constantii colloquium 346. 613
Licinius Cæsar 153
licinius aduersus Constantinum 153
licinius persequitur christianos 269
licinius occiditur 269
licinii edicta aduersus christianos 153
Linus Pauli comes Romanis euangeliz. 35
linus Ro. pont. 81
Literæ Petri alex. Lucii mala continentes 421
Lucas euangelista 46
Lucæ euangelium 35
Lucianus presbyter antiochenus 142
luciani presbyteri oratio de Christo 149
Lucifer ab exilio Alexandriã proficiscitur 373
luciferiani hæretici 382. 694
luciferianorum schisma 175
Lucius christianus aduersus Vrbicium 66
lucius Alexandrinus accusat Athanasium 401
lucius fugato Petro obtruditur Alexandrinis 420
lucius Macarios & Isidorum e speluncis suis relegat 421
lucius Alexandria pulsus 443
lucius Arianus pulso Petro alex. introducitur 650
lucii ariani persequutiões 178
lucii ariani mores & vita 658
Ludus puerorum episcopum imitantium 168
Lugdunenses martyres 73
lux noctu Hierosolymis exorta 39

M

MAbia dux Sarracenica alias Mania 615
Macarius Antonii discipulus 178
macarius epi. Hieros. 163
266. 278.
macarii duo 421. 425. 433
Macedoni? sub Iuliano mar. 377
macedonius hæreticus 175
323. 692
macedonius in ecclesiam deducitur 323
macedonius Constantinopoli Paulo succedit 334
macedonius arianorum apud Constantinopolim episcop. 320. 321
macedonius propellitur 325
525
macedonius condemnatur 362
macedonius in Monasteriorum reformationem 528
relegatur 526
macedonii tumultus 354
macedonii Ariani bellum cõtra orthodoxos 337
macedonii hæresis 363
macedoniana secta 604
macedoniani hæretici 173
363. 383
macedoniani apud Iouianũ Augustũ. 400
macedoniani confugiunt ad Valentinianum & Liberiũ 412. 413
macedoniani rursum ab orthodoxis diuisi 441
macedoniani quomodo conuersi 488
macedoniorũ ecclesiæ ademptæ 500
macedonianorum pertinacia 486
Macrianus tyrannus in Galienum 123
Magia Iuliani post eius mortem Carris deprehensa 638
magiæ Iuliani post mortem suam inuentæ 395
Magistratus Imperiales Thessalonicæ occisi 455
magistratibus quatenus obediendum 62
Magnentius tyrannus 337
643
magnentius fugit in Mirsam Galliæ castrum 343
magnentius seipsum Lugduni occidit 343
Magneris natura 188
Magnus ad orthodoxos 422
magnus, Comes reparat ecclesiam incensam 422
magnus, Comes largitionum 422. 424
Magi Herodem adeunt 12
magi Persarũ sacerdotes 308
magorum dolus 490
Malchion antioch. presbyter 127
Mammæa Alexandri Impe. mater Origenem ad se vocat 106
Manes hæreseos Manichæorum autor 130
Manichæi hæretici 130
Mansuetus Vricitanus episc. mar. 538
Maratonius Nicomedi. episc. hæreticus 363
Marcella mar. 98
Marcellinus Rom. pontif. 130
Marcellus recipit episcopatũ suum 315
Marcellus Ancyranus abdicatur 315
marcellus Ancyranus eiicitur 337
marcellus Rom. pont. primus Idolorum templa subuertit 673
Marcianus Nouatianis Paulo succedit 506
Marcion hæreticus 58
Marcus Alex pont. 26
marcus suum euãgelium Romæ composuit 25
marcus euangelista 46
marcus Alexandrinis prædicat. 26
marcus ex ore Petri scribit euangelium 35. 53
marcus primus ex gentibus Hierosolym episcop. 56
Marcus hæreticus 58
marcus Aurelius verus 61
Marcus Aurelius Cæsar 80

marcus arethusius concilium Sirmianum ædidit 340
marcus arethusiorum episc. mar. 377
Mares episc. Chalcedonen. in faciem Iuliano resistit 374
Maria Iudæa filioli sui deuotratrix 38
Marinus Hierosol. mar. 120
marinus arianorum epis. 452
Martianus mar. 535
Martius turbo in Iudæos sæuit 54
Martyrius Antioche. epi. 518
Martyres sub Valeriano Cæs. 118
martyres apud Palestinã Cæsaream sub Valeriano 119
martyres moriuntur in carcere 75
martyris signaculum perfecta confessio 79
martyres Ægyptii alexan. sub Decio 113
martyres Laodiciæ 132
martyres apud Nicomediam sub Diocletiano 135
martyres in variis locis sub Diocletiano 137
martyres apud Melitenem & Syriam sub Diocletiano 137
martyres apud Thebaidem 138
martyres apud Ægyptum 138
martyres apud Arabiam, Cappadociam, & Mesopotamiã 141
martyres apud alexandriam, & antiochiam 140
martyres apud Tyrũ sub Maximino 148. 149
martyres sub Sapore rege Persarum 308
martyres apud Persas sub Sapore sedecim milia 311
martyres sub Iuliano 376
martyres sub Valente Imper. 417
martyres arianorum 436
martyres sub Geiserico 514
martyres sub Hunerico rege Vand. 541
martyres Cartagi. sub Hunerico Vand. rege 556
martyres cartagi. sub Hunerico. 6 Non. Iulii 566
martyres sub Iuliano 630
martyres apud Edessam sub Valente 647
martyres apud Persas sub duobus regibus 682
martyrum bella 72
martyrum modestia 79
martyrum cineres in Rhodanum abiiciuntur 79
martyrum cædes apud Alexandriam 122
martyrum carnificina apud Pontum 141
Maruthas apud Persas dilatauit christianismum 490
Masbutheni à Masbutheo hær. 67
Masculus mar. 536
Matthæus Æthiopibus euangelizat 34
matthæus Euangelista 40
matthæus Hebraicè scripsit 53. 82. 83
Mater cum duabus filiabus pro castitate se in flumen cõiecit 141
Matthias Christi apostolus 15
Matthias Apostol. in Nicolaitas 49
matronæ Romanæ sollicitæ de reditu Liberii 348
maturus neophytus martyr 74.76
maxentius Cæsar Maximianum patrem fugauit 143
maxentius perit in Tyberi flumine 152
maxentius Aug. 266
maxentius Constantem aggressus occiditur 685
maxentii Cæsaris crudelitas 143
maxima virgo releganda suę voluntati dimittitur 534
maximianus qui & Herculeus Cæsar 143
maximianus à filio Maxẽtio Roma pulsus 144
maximianus incipit ægrotare 143
maximianus Constantin. epi. ordinatur 502. 512
maximiani & Constantii Cæsarum pro Christianis edictum 146
maximinus Antiochię episcopus 69
maximinus Cæsar 108
maximinus aduersus Licinium 154
maximinus moritur 155
maximinus in Oriente Imperat. 147
maximini Imp. sæuitia 144
maximini Imp. posterior persuersio 147
maximini filii patris imitantur supplicia 156
maximus Alex. epis. 119. 127
maximus Hiero. epis. mouetur à Paphnutio 170
maximus philosophus 370
maximus Cynicus Constantino. Nazianzeno sufficitur 444
maximi Constanti. mors 504
maximus tyrannus aduersus Gratianum 184.687
maximus tyrannus 658.450
maximus tyrãnus pro orthodoxis 451
maximus tyrãnus à Theodosio occiditur 185
maximus tyrannus Valentiniano iuniori 669
maximi tyranni mors 452
maximus Ro. mart 633
Melchisedech sacerdos summi dei 6
meletius Antiochiæ episcopus 172. 174
meletius ad Paulinum 661
melitius Ponticus episc. 132
melitius Ægyptiorum episcopus depositus quia Ario adhæret 228
melitius præficitur Antiochiæ 367
melitius exulat 367
melitius ab exilio reuertitur 382
melitius Antiochenus à Valẽte mittitur in exilium 407
melitius Antiochenus gentilibus resistit 431
melitius Ægyptius hæreticus 584
melitius Antiochiæ præficitur 626

melitii corpus Antiochiam transfertur 449
melitio episcopalis potestas adempta 299
melitiani fautores Arii 228
melitiani hæretici 584
melito Sardensis episcop. 60
melito scriptor ecclesiastic. 67
melito Sardensis episc. multa scripsit 70
melito quo tempore vixerit 70
menander Samaritanus 47
menandriani à Menandro hæretici 67
mero pius philosophus 164
messaliana hæresis 644
messaliani hæretici 406. 694
metranus martyr 112
metrodorus presbyter 64
metrodorus philosophus 164
metrum vocauit modium frumenti 36
Michaëlis archangeli apparitio 304
michaëlum locus apud Constantin. Michaëli archangelo dicatus 304
miltiades aduersus Montanum 86
milites Christiani restituunt donaria sua 386
miraculum crucis Christi 163
miraculum à Syluano monacho 503
miraculum in baptismo Barbari 524
miracula Gregorii Neocæsarien. 125.126.127
miracula confessorum 418
miracula sub Theodosio contra Persas 424
Modestus scriptor ecclesiasticus 67
modestus præfectus erga Basilium 649
modus concilii celebrandi 159
monachi ne vagentur per vrbes 275
monachi eremitæ 277
monachi Ægyptii de corpore dei 474
monachi Ægyptii pro Cyrillo contra præfectum 492
monachi illustres tẽpore Antonii 657
monachorũ philosophia 273
officium 273
monachorum gesta & dicta 425. 432
moniales virgines 163
monialium origo 27
monomachia ab honorio Ro. sublata 470
montanus hæreticus 80
montanus pseudopropheta 85
montanistæ hæretici 85
montanistarum pascha 464
mortuorũ sepulturæ per christianos 385
moses monachus Lucii benedictionem 656
moses monachus ordinatur episc. Sarracenorum 656
moyses à regina Sarracenorum accitus episcopus 180
Mulier pudica turpem maritum reliquit 85
mulier à profluuio sanguinis à Christo sanata Cæsareæ cuius erat 121





musanus scriptor ecclesiasticus 67
musani lib. aduersus Eucratitas 71
Mygdonius fluuius 387

N

NArcissus Hierosolymorũ episc. 84.90.99
narcissus criminis accusatur 100
natalis hæreticorum conductitius episcopus 93
natalis professor deceptus ab hæreticis 93
natalis ab angelis verberatus resipuit 93
Nectarius Constantin. ordinatus, Maximus electus 444 450
nectarii Constantino. episco. mors 470
negatorum Christum in tormentis pœnæ 76
neocæsaria terræmotu subuersa 523
nepotis episcop. schisma & hæresis 123. 124
nepotianus tyrannus 337
nero Claudio succedit 30
neronis mores 30
nestorius ex Antiochia ad Constantino episcop. vocatur 499 510
Nestorius indoctus se putabat doctum 501
nestorius incendiarius vocatur 499
nestorius in concilio Ephesino damnatur 502
nestorius Cyrillus & Iuuenalis Ephesino concilio præsident 511
nestorius relegatur 512
nestorii mors 512
Nicæa Bithyniæ, & Nicæa Thraciæ 352
nicænum concilium quare cõgregatum 290
nicæni concilii canones 300
nicæni concilii dogma iterũ in quæstionem venit 318
nicolaus hæreticus 48
nicolaitæ hæretici 48
nicomedien. palatii incendiũ impingitur christianis 130
nilammon Hierapoli electus episc. moritur. 480
nili flu. accessus & recessus 465
nisibis à Sapore Persarum rege obsidio 625
nisibis Antiochia Mygdoniæ dicitur 625
nisibi quæ & Antiochia Mygdonia 367
Nomen nouum 7
nouatus hæreticus 114.695
nouatus in lecto baptizatus 115
nouatus presbyter se ab ecclesiæ Rom. communione subtraxit 434
nouatiani Cathari 114
nouatiani qui & Phryges 316
nouatiani festiuitatem paschę mutauerunt 412
nouatiani vna concordes oracula in vrbe habere permittuntur 468
nouatiani spoliantur per Cyrillum 489
nouatiani Ro. in occulto 492

nouatiani hæretici 694
nouatianorum conciliũ 435
nouatianorũ pœnitentię 460
numerus peremptorum Hierosolymis 39

O

OBlationes solitæ apud veteres 463
Occidẽtales & Illyricum propter Io. Chrysost. se subtrahunt ab Orientalibus 481
occidentalium propter Paulinum Alexand. dissensio 675
Olympus dux seditiosorum Alexand. 187
oliua suburbanum Constantino. 498
Onager quidam leno in legatos Imperat. facinus excogitat 331
Orientales consubstantialitatem negant 324
orientales episcop. à Sardicẽ. concilio discedentes particulare faciunt concilium 326
origenes adhuc puer auidus martyrii 95
origenes seipsum castrat 99
origenes Adamantius dictus Romam venit 103
origenes docebat etiã mathematicas disciplinas 104
origenes auditor Ammonii philosophi 105
origenes cur philosophiæ gentilium operam dederit 105
origenes in Arabiam profectus 105
origenes Alex. reuocatur 106
origenes apud Cæsaream presbyter ordinatus 107
origenes moritur 117
origenis gesta 95
origenis discipuli 69.98
origenis & Berilli disputatio 110
origenis doctrinæ testimonia 477
Osius Cordubensis episcopus 291.292
osius Cordubensis episc. hæreticus 326
osius Corduben. subscribit cõcilio Sirmiensi 343

P

PÆdagogus mortem Iuliani sophistę prædixit 637
pagani facile homines deificant 398
palladius vitas monachorum scripsit 427
palladius Antioch. episc. 521
palestini Alexãdrinam ecclesiam imitantur 92
pambus monachus 425
pamphilus Cæsareę Palestinę episc. 135
pamphili apologia pro Origene 100
paneas quæ & Cęsarea 120.131
pantenus Stoicus præceptor Clementis Alexandrini 101 105
panteni ardor docendi literas sacras 83
paphnutius confessor 160
papias Hieropolis episc. 51
papias Ioannis auditor 52
papiæ libri 52
papinianꝰ Vitẽsis episc. mar. 511
paschasius Laodicen. 131
paschasius montanistarum 464
paschæ obseruandæ diuersitas 290
paschæ obseruatio 299
paschæ quæstiones apud Asiaticos 90
paschæ solennis dies 99
paschæ diuersæ institutiones 462
passionis dominicæ solẽnitas 28
passionis Christi dies festus 462
pastoris libellus 34.47.295
pater cum filio creator 2
paulinus Antiochiæ episc. 173
paulinus Treuerensis in concilio Mediolan. 345
paulini & Melitii atq; Flauiani discordia apud antioch. 439
paulini ordinatio 629
paulini & Nouati, apollinaris contentio 661
paulus ad apostolatum vocatus 19
paulus Romam vinctus mittitur 30
paulus decollatus 33
paulus apostolorum doctissimus 45
pauli epistolæ 34
paulus antiochenus 95
paulus simplex Antonii discipulus 275
Paulus pro christianis Constãtinopoli episc. 320
paulus pellitur Constantinopoli 322
paulus è Constantinopoli pellitur 323
paulus Constantinopo. Cuius cusum translatus paulò post occiditur 325
paulus Constãtinopolitanus exulat 337
paulus Constãtinopolitanus episc. 603
pauli Constantin. corpus de Ancyra transfertur 449
paulus Neocæsarienſis episcopus 291
paulus Nouatianorum episcopus 505
paulus Samosatenus hæreseos damnatur 127
paulus Samosatenus diucs effectus 128
paulus Samosatenus à stultis mulierculis tanquam angelus prædicabatur 128
paulus Samosatenus hæreticus 125.693
pauperibus ecclesia sub Constantino subuenit 158
pax ecclesiarum 81
pax ecclesiæ reddita 572
Perennius iudex 89
persæ aduersus Romanos 393
persæ contra Theodosium iuniorem 484
persæ aduersus Rom. 493
persequutorum tyrannorum mortes 142
persequutio Maximini 144
persequutio apud Edessam 179. 647
persecutio christianorũ apud Persas 485.495.527
persequutio Christianorum

Universidad de Deusto
Biblioteca



sub Hunerico 540
persequutionis Christianorũ prælagia 540
persequutiones Diocletiani, Maximiani, & Maximini Imperat. 133
persequutiones Maximiani Imperat. 144
pertinax Cæsar 92
pestilentia Cartagine sub Hunerico 563
pestis Alexandrina 122
pestes in tyrannos Christiano rum 150
petrus qui & Cephas 15
petrus in carcere cõiicitur 22
petrus Romam venit anno secundo Claudii Cæsaris 25
petrus in crucem actus 33
petrus quibus euangelizauit 34
petrus duxit vxorem 49
petri reuelationes 47
petri verba ad vxorem 49
petri epistolæ 34
petri libelli ascripticii 34
petri & Apionis disputatio 52
petrus Alexan. episc. 133.136
petrus Alexan. epis. mar. 148
petrus Alexandriæ Athanasii successor 178
petrus Athanasio succedit Alexand. 420
petrus Alexand. episc. Romã vadit 420
petrus Alexandrinus episcop. mart. 277
petrus Alexand. reuersus moritur 437
petrus Alexandrinus episcopus 442
petrus Alex. Athanasio succedit 650 expellitur 650
petrus Alexan. Romam profectus est 650
petrus Moggos Alexand. episcop. 519
petrus Gnapheus Antioc. episcopus 519
peucedius Christianorũ persequutor 155
Phileas Thmuitarum episcopus 139
philippus diaconus 18
philippus duxit vxorem 48
philippi & filiarum eius mors 49
philippus Gortinen. epis. 69
philippus Rom. Imperat. 110
philo Iudæus ad Caium legatus 20
philo Hebræus 274
philonis libri 21.27.28
philogonius Antioch. episcopus 278
philoromi milites clamor in tyrannos 139
philosophi & dialectici conueniunt apud Nicæam 159
Photinus Lugdunensis episcopus 76
photinus Lugdunẽ. moritur in carcere 76
photinus hæreticus 340
photinus Sirmii disputans dãnatur 343
Phrygiæ ciuitas christiana exusta 140
pictoris similem Christum Iui, Christum pingentis manus aruit 517
pilatus Iudææ procurator 15 pila-



pilatus de Christo ad Tyberium 19
Pilatus in Iudæos 19
pilatus sibipsi mortem consciuit 21
pinytus apud Cretam episcopus 67.68
pionius martyr 64
pior monachus 425.430
pistrina Rom. Theodosius remouit 452
piterius monachus 425
pius Rom. pontif. 59
Placilla Augusta 458
placilla Augusta in Antioch. vrbem 672
plinius secundus ad Imperatorem 50
Plutarchus primus Origenis discipulus 96.97
Pœnitentiæ publicæ modus apud veteres 460
Polycarpus Smyrneorum episcop. 51
polycarpus Ioannis Apostol. auditor 89
polycarpi ad deũ precatio 63
polycarpi corpus in igne 63
polycarpi corpꝰ negatur christianis sepeliendum 63
polycarpus Smyrneus de pascha 462
policrates Ephesius episcopus 49.90
policratis Ephesini epistola de pascha 90
pontianus Rom. pont. 107
ponticus puer martyr 78
pontifices Iudæorum 9
pontifices sacerdotũ decimas inuadebant 29
pontifices Romani duo per triennium 523
pontificatus collatio apud Iudæos 14
porphyrius calumniator christianorum 104
porphyrius cur aduersus Christianos scripserit 398
potamiena origenis discipula 98
Primus Alexand. episc. 54
primus Corinthiorum episcop. 67
principes Arianæ factionis nobiles 663
prisca & Maximilla hæreticæ 85
probatianus Arianus cum suis sequacibus castigatus 402
probianus virtute Crucis à podagra liberatus 304
probus Cæsar 130
proclus Constantinopoli Maximiano succedit 504
procopius tyrannus 408
procopius dux Rom. in Persas 494
procopii supplicium 408
proculi sacrilegi exitium 535
prodigia ad pœnitentiam Iudæos inuitantia 39
prophetia in ecclesia vsque ad Iustini tempora 66
prophetæ viri diuini 4
prophetæ noui Testamẽti 87
prophetarum libri 41
protogenes episc. fugiens factus est Ludimagister 418
rediit ab exilio 418
protogenes in Carris episcopus 431

Protogenes presbyter Edesse: nus mar. 648
proterius Alexand epis. 516. à Timotheo cæsus 517
Prouerbiorum liber Salomo: nis 68
Ptolemeus Christianus 65
Publia abbatissa 389
publia Chrysostomi mater pulsata fuit à Iuliano 697
publius Athenienſium episco pus 68
puerorum duorum apud In: dos captiuitas & fortuna 164
pulcheria ab administratione rerum amota 514. restituitur 515. pietas eius 516
Pusitius cum filia sua marty: res 310
Pythius Apollo 387

Q

Quadragesimæ ieiunia 463
Quadratus propheta 52
Quartodecimani 463
Quintianus Christianorum persequutor 155
Quoduultdeus Cartagi. epis. mari expositus seruatur 531

R

Regnũ Christi quale sit 43
religio Christiana anti: quissima 8
reliquiæ diuinæ virtutis 81
rex Iberorũ christianus fit 166
reges Christi dicti 5
reges Israël 9
Rhodii Attin sacerdotem dei ficant 398
rhodon scriptor ecclesiast. 84
roilas dux Scytharum fulmi: ne cum exercitu profligatur 484
roma capta à Geisericho Van dalo 516
roma à Geiserico iterum cap ta 533
romam Petrus vocat Babylo: nem 26
romanus modus antiquus 91
romanæ ecclesiæ autoritas 320. 323
romani pontificis autoritas 320. 323. 324. 354.
romani vincunt Persas 461
romani episcop. 691
Ruffinus palatii Imper. Theo dosii magister 670
Ruffinus tyrannus ante Con stantinop. occiditur 689
Rufus Iudæos occidit 55

S

Sabbatius hæresiarcha 461. 489
sabbatiani hæretici 489
sabbatum dies magnus 62
sabellius hæreticus 380. 494
sabelliani hæretici 380
sabinus præfectus ad iudices pro Christianis 147
sabinus præfectus 154
sabinus Macedonianus episc. hæreticus 296
sabinus Maced. Athana. accu: sat 323
sabinus conciliorum acta de: scribit 357
sacerdotis filius ad fidem con uersus 388



sacerdotes templorum hono: ribus ornantur 148
sacerdores aduersus Chryso. conspirant 471
sacerdotum cœlibatus 300
Sacra sub Iuliano publicãtur 632
Sacrificiorum immolatio 157
Salome soror Herodis 13
Salustius præfectus Iuliani in christianos 176
Sannes apud Persas confes: sor 486
Samosatensium feruor ad præ latum suum 646
Sanctus, diaconus Viennen. 74
Sancti, diaconi constantia 75. 76
Sapientiæ liber Salomonis 68. 82
Sapores Persarum rex 302
sapores obsidet Nisibim 367
sapores Persarum rex aduer: sus Romanos 367
sapores rex Persarum contra Ro. 825
Sarraceni pro Persis contra Ro. 494
sarracenorũ incursiones 523
Saturninus hæreticus 56
Saturus mar. 536
Saulus primo vastabat eccle: siam 18
Sceuolæ christiani 141
Schisma in concilio Arimi: nen. 349
schisma inter Melitianos & Nicenos 368
schisma Nicææ 357
schisma inter Orientales & Ægypt. propter Flauianum 450
schismata Arianorum 464
schismata Christianorũ 430
schismata hæreticorum 461
schismata Eunomianorum 464
schismata Macedoniorum 465
Scirionis martyris facinus 114
Scripturæ diuinę intelligen: tia vnde sumenda 182
scripturas interpretandi mo: dus 28
Scythas conuertere Io. chrys. curauit 678
Sebastianus dux Manichæus 339
Sebastianus dux mittitur ad occidendum Athanasium 338
sebastianus comes 532
Seditio Paganorum apud ale xand. contra fideles 186
seditio antiochię 307
seditio alex. inter christianos & Iudæos 491
seditio inter Christianos & Paganos apud alexandriam 375
seditio antiochię 458
seditio Constãtinop. propter Chrysost. 479
seditio Constantinop. 525
seditio antiochena 672
seditiosi alexandriæ iubẽtur puniri 335
Semper quid sit in diuinis 285
Senatus Ro. de Christo 19

Septem hominũ milia Thessalonicæ cæsa. 435
septem marty. 561
septem dormientes 511
Serapio Chrysostomi diaconus 471
serapion antiochenus episc. in Cataphrygas 88. 90
serapion mart. 112
serapion antiochenus & scripta eius 101
serapion mori nõ potuit nisi percepta prius Eucharistia 115
Serapis templum 187
serapis simulachrũ destruitur à Christianis 188
serapis thoraces apud Alex. abraduntur 190
serapis idolum deiicitur 455
Serui confugiũt ad templum 501
Sessiones Niceni concilii 294
Seuerianus Constantino.pulsus 476
seuerianus de Io.chryso. 479
Seuerus Cæsar 92. 94
Seuerus hære. à quo Seuerini 72
seuerus subrogatur in sedem antiochenam 526
seueri Cæsaris in doctos liberalitas 262
Sibyllæ vaticinium de ligno crucis 303
Simiæ simulachrum 454
Simon magus 24
Simoniani à Simone quodã hæretici 67
Simulachra toto orbe subuersa 673
Sisinnius Constantinop. epi. ordinatur 498
Solennia christianorum 157
Spiridion Cyprius epi. 272
spiridionis signa erga ligatos 272
Spiritus sancti dotes variæ 81
Sophronia Romana mar. 145
sophronius Põpeiopoles epi. 359
Sophiç templum Constantinop.dedicatur 362
sophiæ templum constantinopoli Constantii opus 324
Soter Ro pont. 67
soter Ro.pont.moritur 72
soteris Ro.pont.laudes 69
Statua Eudoxiæ Augustę 480
statuta sedis apostolicę cõtra hæreses ad Paulinum 447
Stelicho tyrannus 689
Stephanus prothomartyr 18
stephanus Laodiciæ episc. 138
stephanus antiochenꝰ pro dolo in legatos Impe.pellitur 331
stephanus Antioch.epi. 519
stephani antioch.abdicatio 610
Substantia in trinitate 298 349 361
substantia & essentia 697
substantiæ & subsistentiæ differentia 380
Successio naturalis & legalis 10. 11
Supplicia noua christianorũ 139
supplicia impiorũ Iuliani sociorum 632
Syluanus Tyri epi.mar. 148
Syluani duo apud Gazã episcop. 142
Sylueſter Ro.pont. 266 278 573
Symeon Hierosolymorũ epi. 43
symeon Cleopę Hierosolymorum epi.50,centũ viginti annos natus crucifigitur 50
symeoñ archiepiscopus Seleuciæ 308
symeon ad Saporem adducitur 308
symeonis ad Christianos confortandos oratio 309
Symmachus interpres primo Ebionita fuit 104
symmachus Senator Ro.reus ad eccleſiã cõfugit 452
symmachus Ro.pont. 523
Syluanus monachus 593
Synodus Syrorum & Palestinorum 315
Syrenus hæreticus 84
Syricius Romę Damaso succedit 186

T

Tatthæus Christi discipulus 16
Tatianus rhetor christianus 65
tatianus hæreticus 71
tatianus hæreticus aduersus gentes 72
tatiani testimonium de Iustino 65
tatianus Alexandriæ præfectus 178
Telemachus monachus mar. 470 677
Templum Christianorũ pro-phanat 387
templum Hieros.Iulianus Iudęis reparare suadet 392
templum Iouis apud Apamiam 459
templi Serapis subuersio 187
templi Hieros.dedicatio 601
templa christianorum reparãtur 270
templa Paganorum destruuntur 304
templa Gentilium spoliãtur opera Georgii 363
templa idolorũ à christianis destructa 374
templa gentilium destruũtur 454
templa gentilium à fundamẽtis euersa 484
templa idolorum subuertuntur vbiq; 674
Tempora Imperatorũ ab vrbe condita 690
Terentius magister militum orthodoxus 436
terentii comitis pietas in deum 659
Terræmotus Iudæos ab inceptis disturbat 177
terræmotus Antiochiæ 321
terræmotus in Nicæa Bithyniæ 356
terræmotus Constantinopo. 408
terræmotus circa Bithyniam 412
terræmotus Constantinopo. 512
Testamenti veteris exemplaria colũnatim distinxit Origenes 103

testamenti vtriusq; canones 107
Thalassius Cæsareę Cappadocię episc. 506
Tharbua Symeonis soror cũ ancilla mart. 310
Theobutes hæreticus 67
Theoctistus Cęsareę epi. 108
Theodas magus in Iudęa 24
Theodorus multa à Salustio passus 176
theodorus Amos discipulus 276
theodorus antioch.epi. 487
theodor⁹ Mopsuestię epi. 487
theodori adolescentis supplicia 631
Theodosius Gratiani vltus iniuriam 185
theodosius fauet christianis 185
theodosius aduersus Eugenium 191
theodosius ad deum 192
theodosius monachus episcopatus inuasor 440
theodosius Barbaros profligauit 441
theodosius in Hispaniam patriam suam secessit 441
theodosius fit Cæsar 441
theodosius episcopos Constantinopolim cõuocat 441
theodosius Imp. Thessalonicę baptizatus 442
theodosius ab ecclesia Cõstãtinop. arianos expellit 443
theodosius ad Demophilum Arianorum episc. 443
theodosius omnes hæreticos expulit 449
theodosius ad Valentinianũ 451
theodosius aduersus Maximũ tyrannum 458
Theodosius Mediolanũ venit 452
theodosius Idola Alexandrię dedit in vsus pauperum 454
theodosi⁹ pœnitet cædis Thessalon. 456
theodosius in templum restitutus 457
theodosius ad Ambrosiũ 456
theodosius Paganis infensus 459
theodosius Synnadę epi. 488
theodosius Imp. Attilæ tributarius 515
theodosius in Hispanias se cõtulit 662
theodosius virtute insomnii Meletium agnouit 663
theodosius Imp. 663
theodosius Melitium per somnium solum sibi visum 443
theodosius Imperatorem informat super fraude Maximi 666
theodosius superior Imp. 688
theodosius Maximum tyrannum occidit 688
theodosii cõmissum in Thessalonicenses & eius pœnitẽtia 185
theodosii vox 191
theodosii mors 192. 469. 677
theodosii liberalitas in doctos 262
theodosii contra Maximum prælium & victoria 458
theodosii somniũ 441. 467





theodosii cædes Thessalonicę 455
theodosii virtutes 262
theodosii Imp. pietas 670
theodosii pœnitentia 671
theodosii contra Eugenium in fide victoria 676
theodosii in Eugen. victoria 688
theodosii magni mores 688
mors 688
theodosius Iunior Imp. Arcadio patri succedit 689
theodosius iunior omnes sacerdotes mansuetudine vicit 505
theodosii posterioris mores 689
theodosii iunioris vita & mores 595. 596
theodosii iunioris laudes 484
theodosii iunioris laus ob victoriam in Persas 595
Theodotion Ephesius interpres 82
Theodotus Montanistes hæreticus 86
theodotus Laodice.epi. 132
theodotus Coriarius hær. 93
theodotus hæreticus 80
Theodulus mart. sub Iuliano 377
Theogonius deportatur 306
theogonius arianorum princeps 318
Theomachiæ 3
Theonas alex.episc. 132
Theophil. antioch.epi. 67. 69
theophilus Cæsareæ epis. 90
theophilus alexandr. episcop. 186. 454. 467
theophilus alex. Ioannẽ chrysost. odio prosequitur 470
theophilus alex. dolosus 474
theophilus reuertitur ad alexandriam 479
theophilus alex.epis. 674
theophilus alexandrinus 680
theophili alex. sentẽtia de corporeo deo an incorporeo 474
theotecnus Hieroso. epi. 120
Theotecnus Antiochenæ vrbis curator 147
theotecnus christianorũ persequutor 155
Theotimus Tomitanorum episc. 498
theotimi de libris Origenis sententia 477
Thermæ Constantianæ 411
Thessalonica cædes sub Theodosio 670
Theudericus rex Gothorum 520
Thomas apostolus 16
thomas prædicat Parthis 34
Tiberius super gestis Christi edoctus 19
Tigris fluuius Persicus 393
Timæus Antiochiæ epis. 130
Timotheus Pauli comes 34
timotheus alex.epi. 186
timoth. alex. Petro succedit 437
timoth. Herulus alex. turbat 517
timoth. alex. moritur 452
timotheus Herulus relegatur 517 restituitur 518
timotheus patriarcha 525 sæuitia eius 526

Tiridates Armeniorũ rex viso signo fit christianus 307
Titus Paulĩ socius 34
titus Cæsar 37
titus Bostren. à Iuliano eiectus 384
Traditiones apostolorum 51
Traianus magister militum 437
traiani ducis ad Valentem responsio 659
Tribunus militum 395
Trinitatis nomen 380
trinitas coessentialis & sempiterna 585
trinitatis distinctio 700
Tripartitæ historiæ tempora 261
Triphilus Ledrensis epi. 273
Turris Stratonis quæ postea Cæsarea 23
Tyrannio Tyri epi. 142
tyrãnus Saturni sacerdos 189
tyrannorum mors 150
Tyrus Phœniciæ vrbs maxima 137

V

VÆ væ Hierosolymis 40
Valens Imperat. in Oriente 178
valens in bello occisus 184
valens & Vrsatius Ariani resipiscunt 335
valens Imperator à fratre cõstituitur 402
valẽs baptizatur pugnaturus contra Gothos 407
valens per vxorem fit Arianus 407
valens aquæductum extruit 411
valẽs Chalcedonis muros diruit 411
valens Basilium accersit 419
valens apud Edessam sæuit in christianos 417
valens cogere nititur orthodoxos apud Edessam 417
valens Aug. ad Aphraatẽ monachum 432
valens Idololatriam Iuliani à Iouiano extinctam instaurat 331
Valens aduersus orthodoxos 436
valens auxilium petit à fratre contra Gothos 436
valens Aug. cõbustus est 438
valens à fratre Valentiniano factus Aug. 643
valens per vxorem labitur in hæresim 643
valens Imp. molitur in Basilium Cæsarien. 649
valens Orientis Imp. 687
valentis sæuitia in orthodoxos epi. 407
valentis crudelitas in orthodoxos epi. 410
valentis sæuitia contra Constantinopolitanos orthodoxos 415
valentis gesta in antiochia & Cappadocia 416
valentis filius ab Arianis baptizatur 419
valentis Aug. impietas 431
valentis crudelitas in alex. & Ægypt. 433
valentis petitio auxilii contra Gothos à Valentiniano fratre & responsio eius 658
valentis expeditio in Gothos 659
Valentinianus Imp. in Occidente 178
valentinianus aug. moritur 184
valentinianus Imper. 389 402. 687
valentinianus ad episcopos Mediolani cõgregatos 402
valentinianus Cæsar Theodosii iunioris consobrinus 497
valentinianus Imp. 634
valentinianus Impe. Iouiano succedit 634
valẽtinianus iunior patri successit 435
valentinianus iunior Imper. occiditur 688
Valentinus hæreticus 58
Valeriani persecutio 118
Vespasianus Cæsar 35
Vespasianus cunctos familiæ Dauid perquirit 42
Vetius Pagatus christianorũ patronus 73
Vicennalia Constantini aug. 300. 302
Victor Ro. pont. 90
victor Ro. Asiaticos christiana communione priuat 91
victorem Ro. pont. Irenęus arguit 91
Victorianus mart. 558
Viennenses martyres 73
Vigiliæ apud sepulchra 356
Vincentio episcopo parantur insidiæ antioch. 609
Vindicta in testes periuros 800
Viri præcipui catholici in historia Theodoriti nominati 695
Virgines continentes 27
virgines duæ in mare prosiliẽ runt 141
virgines & viduæ pauperculæ ex publico alebantur 375
Vitalianus tyrannus 527
Vitalis Antiochiæ epi. 278
vitalis antioch. episc. hæret. 440
Vitula agnam enixa 40
Vox cœlestis 100
vox è cœlis ad Dionysiũ Alexand. 118
vocis viuæ energia 181
Vrbanus Ro. pont. 106
Vrbicius iudex martyrum 66
Vrsatius & Valens hęret. 348
vrsatii viri sancti miracula 356
Vrsatius Romę cum Damaso ordinatus 435
Vstazades eunuchus Symeonem adorat 308
Vuandali 513
vuandali in Aphricam traiiciunt 530
vuandalorum crudelitas 530
Imperium 531
Vulphilas Gothorũ epi. 437
Vxoris Theodosii virtutes 457

X

XEnodochia ecclesiarum 458
Xenodochia Christianorum 385 458
Xistus Ro. pont. 55 117

Z

ZAbdas Hierosol.episco. 132
Zacharias presbyter 74
Zebenus antioch.pont. 107
Zenobius à sidone presbyter 142
Zephirinus Ro.pont. 93
Zenon episc.Cazæ 376
Zeuxippi thermæ 325
Zosimus Ro.Innocentio succedit 485
Zoticus de Comana episco. 86
zoticus prohibuit spiritum
Maximillæ 86. 88

FINIS

Chartæ Indicis.
aa. bb. cc.




# Eusebii Pamphili

## CAESARIENSIS EPIscopi Ecclesiasticæ historiæ

LIBER PRIMVS,

Ruffino Aquileiensi interprete.

### PROOEMIVM.



VCCESSIONES SANCTOrum Apostolorum, & tempora quæ à Saluatore nostro ad nos vsque decursa sunt, quæq; & qualia in his erga Ecclesiæ statum gesta sunt: qui etiam insignes viri in locis maxime celebertimis, Ecclesiis præfuerunt: vel qui singulis quibusque tẽporibus seu scribendo, seu docendo verbum dei nobiliter adstruxere, quiq; etiam vel quanti, vel quando noua contra religionem dogmata profe-rentes ad profundum erroris studio contentionis delapsi, falsæ scientiæ autores præceptoresque professi sunt, passim velut lupi graues gregem Christi lacerantes: necnon & ea mala, quæ Iudæorum gentẽ pro insidiis, quas aduersus Saluatorem moliti sunt, vastauerunt, quibus etiam modis, & quoties, quibusve tẽporibus doctrina Christi & sermo diuinus à Gentilibus impugnatus est, quantiq; his tẽpestatibus vsq; ad suppliciorum patientiam, & profusionem sanguinis pro verbi dei veritate certarunt, sed & martyria nostris susceptа temporibus, atq; in his Domini & Saluatoris nostri erga singulos quosque vnicum clementissimumq; subsidium, scribere mihi volenti nõ aliunde sumendum videtur exordium, quàm ab ipsa Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi præsentia corporal.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sed mihi quæso veniã dari. Confiteor nanq; quod in hoc opere viribus nostris maiora tentamus, vt & fideliter, & integre, quę sunt gesta, narremus. & rudem, ac nulli ferè nostrorum digressam viam huiuscemodi itineris, primi audeamus incedere. Et licet deũ ducem futurum, dominiq; Saluatoris nostri certus sim nobis affutura suffragia, hoĩm tamen nulla, quibus possimus inniti, cõspicimus præcessisse vestigia, nisi quod sparsim singulorũ quorumq; tẽporum, seu rerum gestarũ, ad nos vsq; indicia ac monumenta transmissa sunt: è quibus quædam nobis luminum faces, velut in obscuro positis, eminus accẽduntur: & tanq; à sublimi specula, quà nos gressum tẽdere oporteat ac viam verbi absq; errore dirigere, eorũ vocibus admonemur. Quæcunq; ergo proposito operi cõuenire credidimus, ex his quæ illi sparsim memoraueràt eligentes, ac veluti è rationalibus campis doctorum flosculos decerpẽtes, historica narratione in vnum corpus redigere & coagmẽtare tentauimus: satis abundeq; gratum putantes, & si non oĩm, nobilissimorum certè Saluatoris nostri Apostolorum successiones celebrioribus quibusq; Ecclesiis traditas in vnũ colligere, atq; in ordinẽ modumq; dirigere. Opus autem mihi perneccessarium videor assumpsisse, eo magis, quod (vt superius dixi) neminem Ecclesiasticum duntaxat scriptorem, ad hanc partem narrationis animum adiecisse comperio. In quo illud etiam spero, quod & vtilitatis plurimum ex rerum gestarum cognitione studiosis quibusq; noster hic conferat labor. Quamuis iam de his ipsis nonnulla etiam in Chronicis, id est, in eo opere, quod de temporũ ratione conscripsimus, breuiter succinctęq; perstrinxerim, plenius tamen in præsenti opere singulorum narrationem aperire tentabimus. Incipiet ergo mihi sermo ab ipso domino, sicut promisimus, Christo. Verũ quia Christianorum res gestas scribere proponimus, consequens videtur vti prius, vel vnde hoc genus hominũ ducat exordium, vel quid nominis ipsius contineat ratio, ex cuius gẽs ista vel populus appellatione cen-

Eusebii chronicum opus à Hieronymo Latine ỳsum.



cẽsetur, repetentes paulò altius exponamus.

Quod deus & dominus, & creator omnium, ac dispensator vniuersorũ ipse sit, secundum ea, quæ in lege & prophetis scripta sunt. CAP. I.

IGitur quoniam Christus duplici ex modo constat, & diuina in eo pariter atq; humana natura plenitudinẽ tenet: caput in eo diuina substantia, pedes humana, quam pro nostra salute suscepit, habeantur: & ita demũ perfectius nobis narratio dirigitur, si à capite, id est, à diuinitatis eius verbo sumamus exordiũ: per quod Christianorum, quæ gens nouellę appellationis creditur, antiquitas & nobilitas pariter ostenditur.

Genus ergo Christi, & ipsius substantiam, & eius naturam proferre ac pandere, nullus sermo sufficiet. Siquidem etiam diuinũ de eo ita pronuntiat oraculum, dicens: Generationem eius quis enarrabit? Sed & alibi cęlestibus nihilo minus de eo vocibus ita refertur: Quia nemo nouit filiũ, nisi pater: sed neq; patrem quis nouit, nisi filius. Solus ergo ille qui genuit, nosse dicitur filiũ pater. Et sine dubio excluſit cæteros à discutienda notitia, qui ad vnũ solum patrẽ filii scientiã reuocauit. Hic ergo in his voluminibus, quæ diuino spiritu conscripta † creduntur, lux æterna, & ante mũdi initiũ semper fuisse prædicatur: sapientia quoq; substantialis, & verbũ viuum in principio apud patrẽ, et deus verbũ substitisse narratur. Quis ergo poterit eum, qui ante omnem creaturã visibilem atq; inuisibilem semper fuisse, & initio iã fuisse ex ipso patre natus, & cũ patre sempiternus extitisse describitur, sermõe cõprehẽdere? Quis oĩm cœlestiũ, immortaliũ, diuinarumq; virtutũ dñm & ducẽ ac principẽ cœlestis militiæ, & magni consilii angelũ, voluntatis paternę afficaciam, quem cum patre omnia quæ sunt, creasse & cõdidisse constat, vt verũ filium & vnigenitũ, & omnium quæ creata sunt, dominũ & regẽ ac dominatorem paterna virtute & potestate cuncta moderãtem, verbis explicet? nisi quod ad intelligentiã plenitudinis eius, & secretiora & mystica diuinorum voluminum infor-

Christus.

Esa. 53. c

Matt. 11. d

Aliàs noscũtur.

Esa. 9. b.

Ioānes Euāgelista. Ioan.1.a. mamur eloquia. Ioannes deniq; spiritu dei repletus: In principio, inquit, erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deū, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Sed & Moyses, maximus & vetustissimus prophetarū, multis ante seculis hæc eadem protestatur, cum cœlitus inspiratus, originem mundi, & rerum initia de eo plenius aperiret, conditorem omnium patrē cum filio, mysticis ac sacratis designat eloquiis. Moyses Cum filio creator pater.

Gen.1.d. Aitq; nanq;. Et dixit deus: faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā. Sed & Dauid, antiquissimus prophetarum etiam ipse, licet Moyse posterior, dicit: Dauid. Pſal.32.b. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius Pſal.148.a. omnis virtus eorum. Et alio idem nihilo minus designat oraculo de deo, dicēs: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. In quibus euidenter mandātis personam patris, & filii operantis expressit. Cum igitur his & aliis quām plurimis vocibus sparsim per diuina volumina creator omnium cum patre filius declaretur, supereſt vt de his quæ post, conditionem mūdi pro hominis dispensatione transegit, quām possumus breuiter perstringamus. Multis siquidem & antea pietate præditis viris astitisse, & docuisse, quæ ad cultum diuinum pertinere videbantur, ostenditur. Abraham. Sed euidentius & familiarius Abrahæ atque eius familiæ, quantum fas erat deum hominibus, innotuisse describitur, & velut præceptor quidam ac monitor, illius extitisse prosapiæ refertur. Deniq; in diuinis oraculis scriptum est: Gen.18.a. Quia apparuit deus Abrahæ tanquam communis aliquis homo sedenti ad ilicem Mābræ. At ille exurgēs, cum hominem videret, adorat vt deum, & veneratur vt dominum. Sed & propriæ vocis professione præsentiam se testatur non ignorare diuinam, dicens: Dominator domine, qui iudicas omnē terram, nōne facies iudiciū? Quæ vtique omnia non ad patrem, sed ad filium referenda, posterioris in carne ratio dispensationis plenius expleta designat. Et item propheta Dauid dicit de deo: Misit verbum suū & sanauit eos: & liberauit eos de corruptionibus eorum. Sed adhuc euidētius per Moysen, de eo quod dominus sit ipse cum domino, diuina testantur eloquia, cum dicit: Pluit dominus super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem à domino. Eundemq; cum apparuisset Iacob, esse deum eadem scriptura designat, cum diceret ad Iacob: Iam nō vocabitur nomen tuum Iacob, sed Israēl erit nomen tuum, quia inualuisti cum deo. Et paulò post dicit. Et vocauit, inquit, Iacob nomen loci illius, visio dei, dicens: Vidi enim dominū facie ad faciē, & salua facta est anima mea. Neq; enim fas est de aliquo angelorum vel cœlestium virtutum ista sentire. Nullum enim illorum, si quando mortalibus ex cœlesti præcipiuntur adesse mandato, dominū vel deū diuinus sermo cōmemorat. Hic etiam Iesu successori Moysi cum astitisset, percontanti ei quis esset, responsis euidentissimis designauit, dicens: Princeps militiæ virtutum domini ego sum. Cumq; his auditis adorasset famulus vt decebat: Solue, inquit ad eū, corrigiā calciamēti tui. locus enī in q̄ tu stas, terra sancta est. In quo consyderanda est præceptorum similitudo, quoniam nō erat hic alius ab eo qui dixerat ad Moysen de rubo ignis, dicens: Ne appropies huc, solue calciamenta de pedibus tuis, locus enim in quo tu stas, terra sancta est. Et addidit, dicens: Ego sum deus patrum tuorum, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Claruit igitur ex his omnibus, quod verbū dei, & deus, dominus, & creator omnium cum patre filius designatus est. Nunc verò etiam illud videamus quomodo sapientiam se dei substantialiter existere, idem ipse in diuinis ostendat oraculis, per Salomonem, hæc de semetipsa sapientia mysticis vocibus prodēs: Ego sapientia in altissimis habitaui, consilium, & scientiam, & sensum inuocaui: Per me reges regnant, & potentes per me scribunt iustitiam: Per me proceres magnificātur, & tyranni per me obtinent terram. Et post aliquanta iterum dicit: Dominus creauit me initio viarū suarū, in opera sua ante seculū fundauit me.

Pſal.106.b. Gen.19.e. Iacob. Gen.32.f. Gen.32.g. Ioſ.5.d. Exod.3.b. Filius patri coæternus. Pro.8.b. Pro.8.c.

Universidad de Deusto
Biblioteca



In initio priusquã terram faceret, anteq̃ prodirent fontes aquarũ, priusquam montes fundarentur, ante oẽs autem colles genuit me. Quando præparabat cœlos, aderam ei: et quando firmos ponebat fontes sub cœlo, cũm ipso erã cõponens omnia. Ego erã cui adgaudebat quotidie. Lætabar autem corã ipso in omni tẽpore, quando lætabatur orbe perfecto. Ex quibus oĩbus fuisse ab initio, imò & ante omne quod dici potest initium, ab ipso patre progenitã sapientiã cõstat. Quid autem causæ fuerit, quod non omnibus passim, sicut nunc, etiam antea innotuerit, & ad omnes eius fides ac scientia peruenerit, exponemus.

Nondum capere poterat perfectã sapientiæ Christi doctrinã rudis adhuc mundus, & peritiæ totius ignarus, deniq; statim in initiis adhuc, cũ hi qui primi creati fuerant hoĩes, in beatitudine degere mãdato dei negligentia corrupto, in hanc vitã mortalẽ & fragilitati obnoxiã deciderunt, ac terræ huius diuina maledictione damnatæ habitaculum pro paradisi delitiis cõmutarunt. Iam verò qui ex huiuscemodi genitoribus per orbẽ terræ diffusi sunt, ferino magis ac beluino ritu oberrantes, nõ vrbes ad honestatẽ, nõ leges ad vitæ iustitiam tenuere. Artium verò disciplinarumq; apud eos, & totius philosophiæ, ne ipsum quidẽ nomen habebatur, sed agrestes quidẽ & vagi, per deserta nullis sedibus vagabãtur. Si qua verò in ipsis boni semina naturaliter clementia inoleuerãt cõditoris, hæc inculta & incõdita relinquentes, magis ad vsum malitiæ, quò via humani itineris procliuius vergit, cõferebãt. Ex quo accidit, vt nefariis sceleribus inter semetipsos agẽtes, nunc corrũperentur, nunc etiã interimerentur ab inuicẽ, vsquequo procedẽte immanitate etiã deuorarẽtur alterutrũ. Hinc illæ quę mũdo sceleris fabulas reliquerũt, Theomachiæ & Gigantomachiæ exortæ sunt: donec nefariis ausis vltio diuina nũc inundatiõe diluuii, nũc etiã populatione ignei imbris obsisteret, & immanitatẽ scelerũ pœnarũ varietate cõprimeret. Verũ quoniã creatori suo humanũ genus malitiæ morbo & cõtagione corruptũ, emendandũ videbatur potiusquam delendũ, miseratus tunc obscuratas per nequitiã mentes, & tenebris cęcitatis obstructas, ille ipse qui in principio erat apud deum deus verbũ, & sapientia patris, nunc angelorũ ac ministrarũ virtutũ legationibus vtitur, nunc etiã ineffabili dignatiõe ipse adest, & rarũ sicubi quẽ dei ac iustitiæ memorẽ reperit, diuinis reuelationibus, monitis salubrioribus, institutione, qua deum decebat, reformare ac reuocare de tenebris humanũ nititur genus, nõ in alia q̃ hominis specie, qua solũ hoĩes doceri aliquid & instrui ac iuuari possunt: donec paulatim gentẽ integrã, quæ Hebræorũ appellabatur, ad sui cultũ veneratiõnemq; cõuertit. Quibus etiã vtpote adhuc rudibus & contagione vitæ prioris infectis, per Moysen Prophetã typos & adumbratiõnẽ diuini cultus, per sabbata quędã mystica, & circuncisiõnẽ corporis, altius aliquid in spiritu significantẽ, cæteraq; huiuscemodi præcepta legalia velut elementa sacratioris olim futuræ eruditionis impressit. Quę tamen lex cũ velut initiũ quoddã luminis mundo huic obfulsisset, & odoris sui fragrantia mare ac terras lõge lateq; cõplesset, atq; ex ipsa diuersis in orbis partibus nidorẽ quendã prudentiores quiq; capientes, legislatores vel philosophi, modesta quæq; & verecũdiora præcepta, atq; honestatis & iustitiæ cõscia, auditoribꝰ suis paulatim tradere atq; insinuare cępissent, & agrestes ac feros hoĩm mores ad decora atq; honesta instituta reuocare: tunc amicitiis coire inter se viros, & cõcordiæ subire fœdera docuerunt: tũc iuuare se inuicẽ hoĩes, & vsum rerũ discũt habere cõmunẽ: donec instituti prudentioris docilis humana mens & societatis ad inuicẽ patiens redderetur, vt huiuscemodi consuetudinis prælusione præmissa, apti iam & parati etiã ad diuina fierent instituta, patrisq; oĩm dei scientię capaces existerent. In quo ipse iterũ omniũ virtutũ magister, ipse sermo ac ratio, & verbũ ac sapientia dei, ipse qui initio cũ patre creauerat hominem, ipse inquam, humanæ quoque naturæ

Adã & Eua è paradiso eiiciuntur.

Gen. 3. d

Homines bruteſcunt.

Theomachiæ.

Gigantomachiæ.

Gen. 7. e



Per filiũ reuocatur humanũ genus ad deum.

Hebræi.

Ceremonię veteris legis.

Vetus lex, præparatio ad nouam.

assumpta substantia, & specie formæ seruilis indutus, in nullo penitus ab eo quod nos sumus differens, tempore quo Romani imperii regnū nobilius latiusq; cō surgere ipse præstiterat, ingressus hunc mundum communi quidem nobiscum nascendi aditu, sed nullo autore patefacto ea egit & pertulit, quę de eo futura prophetæ prædixerant. Viri enim diuinitus inspirati, hominem qui simul esset & deus, aduentare huic mundo, & doctorem omnium gentium paternę pietatis ac religionis futurum, sacrosanctis oraculis cecinerunt. Sed & mortis modū quo de hac vita discederet, vtq; rursum inusitato more ad viuentes repedaret a mortuis, & post hoc cœlum adiret vnde descenderat, atq; in deum rediret. De quibus quamuis euidenter quam plurimi significauerint prophetarum, tamen vnius indicium, Danielis scilicet, quantum breuitatis necessitas indulget, adhibebo. Dicit ergo de eo ita: Videbā, & ecce sedes positę erāt, & vetustus dierū sedebat, & vestimēta eius sicut nix alba, & capilli capitis eius sicut lana munda, thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis adurens. Fluuius igneus præcurrebat ante eum. Iudicium positum est, & libri aperti sunt. Et post hæc videbam, & ecce cum nubibus cęli tanquam filius hominis veniebat, & peruenit vsq; ad vetustum dierum, & in conspectu eius prolatus est, & datus est ei principatus, & honor, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsæ seruient. Potestas eius potestas æterna quę non transiet, & regnum eius non corrūpetur. Hęc omnia manifestissime de nullo alio, nisi de saluatore nostro, qui erat in principio apud deum deus verbū, dicta intelligūtur. Filius etenim hominis, propter hoc quod in nouissimis temporibus in carne natus est, dicitur, De quibus latius si quis scire desiderat, in suis locis assertiones horum digessimus. Nomen autem hoc (vt diximus) Christi, quomodo etiam per prophetas olim fuerit adumbratum, tempus est edocere. Primus ipse Moyses, volens ostendere, quid venerationis in se nomen Christi & mysterii contineret, cum iuberetur typos

Propheta

Dan. 7.

Filius hominis.



typos & imagines sacramentorum cęlestium, sicut ei in monte fuerat ostensum, in lege describere: cumq; ritum constituendi pontificis traderet, quantum mortalem docere fas erat: eum, quem supra omnes homines, vt esset honore & meritis, decernebat, per vnguenti cuiusdam mystici sacramenta Christum nominauit: quo per hoc discerent hi qui per legem instituebātur, quia qui supra omnes homines honore & reuerentia habendus est, Christus nominatur. Sed & idem Moyses longe per dei spiritum præuidens, qui sibi prępararetur successor, & prænoscens quod is qui post se regnum susciperet, maioris sacramenti minister existeret, IESVM cognominauit eum, qui prius Auses parentum fuerat appellatione vocitatus, sciēs quod in huius vocabuli sacramēto cuiusdā maioris glorię rex, quam mortalis natura recipit, poneretur. Ita igitur per gemina hæc appellationis indicia, in altero pontificatus, in altero regalis formæ exprimuntur insignia. Et IESVS CHRISTVS, tanquā qui rex & pōtifex esset, pariter nominatur, vt neq; in eo aliquid quod ad religionē, neq; quod ad potestatem pertinet, deesse populus per præcedentia sacramēta mystice institutus agnosceret. Vnde & prophetę acti diuino spiritu, simul & impietatē Iudęorum, & gētilium in eo præuidebant salutē. Et tale aliquid vnus ex ipsis, cui Hieremias nomen est, prędicinebat: Spiritus, inquit, vultus nostri, Christus dominus comprehēsus est in corruptionibus nostris, cui diximus: In vmbra eius viuemus in gentibus, Sed & Dauid magnificus vates, hæc de eodem memorat: Quare fremuerūt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges & principes cōuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Et paulo post ait ex persona ipsius Christi: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Pete a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Non solum autem pontifices vnguento chrismatis apud Hebræos consecrabantur, verum & reges. Qui & ipsi, quoniam diuinitatis nutu

CHRISTVS Exod. 30. c

IESVS

Tren. 4. d

Psal. 2. a

Reges Christi dicti

nutu per prophetas sacrato quodam chrismate delibuti, sortiebantur sceptra regalia, imaginarii licet, tamen etiam ipsi Christi appellabantur, quod scilicet etiã in ipsis cœlestis regis imago ac species seruaretur. Sed & in prophetarum ordine inuenimus nõnullos simili modo vnguento chrismatis consecratos, ministerium diuinis eloquiis præbuisse, & gnaros redditos futurorum.

Christus filius dei

Ex quibus omnibus constat, quod filius dei & verbũ ac sapientia patris, quia verus rex est omnium seculorum, & quia verus pontifex est futurorum bonorum, & quia verus propheta est, quippe qui inspiret & repleat prophetas, ideo verè & Christus nominatus est: cuius nominis per eos quos supra enumerauimus, pontifices, prophetas, & reges, typus & imago præcesserat. Verum illi, quoniam (vt diximus) ad breue tempus vitæ huius, Christi appellabantur, ad solam veri Christi imaginẽ cõseruandam, quamuis cõpositione quadam mystica consecrati olei, tamen huius quæ inter nos haberi solet materiæ ac liquoris, perungebantur. Verus autem hic qui de cœlis venerat, & cui omnia quæ præcedebant, gesta fuerant, Christus non humanis opibus quæsita sumit vnguenta, sed nouo ac singulari modo paterno spiritu infusus & vnctus Christus efficitur, sicut multis ante seculis de eo vates Esaias prædixerat ex persona ipsius Christi, dicẽs: Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum. Nec solus Esaias diuinis hęc prędixit oraculis, sed & Dauid similiter inspiratus, testatur de Christo, dicens ad ipsum Christum: Sedes tua deus in seculum seculi, virga æquitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatẽ, propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitiæ præ participibus tuis. In quibus verbis primo quidem eum euidenter deum designat. Secundo verò per æquitatis virgam, sceptrum in eo regale commemorat. Post verò etiam qualiter Christus effectus sit indicat dicens, quod vnctus, sit deus à deo, nõ oleo communi, sed oleo lætitiæ, nec sicut participes sui, id est, illi

Esa. 63. a

Filius dei quomodo Christus factus, hoc est, vnctus

Psal. 44. b.



est, illi qui in imagine præcesserũt, sed præ participibus suis. Oleo verò lætitiæ in sacris voluminibus intellectu mystico spiritus sanctus designatur. Sed & de põtificatu eius idem Dauid alio in loco, tale aliquid arcanis signat eloquiis, tanquam ex persona patris de filio pronunciantis: De ventre, inquit, ante luciferũ genui te. Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternũ secundum ordinem Melchisedech. Hic autem Melchisedech in diuinis voluminibus sacerdos fuisse dei summi refertur, sed qui non oleo communi perunctus sit, neq; qui ex successione generis susceperit sacerdotiũ, sicut apud Hebræos fieri mos erat. Et ideo secundum ordinẽ ipsius sacerdos futurus dicitur Christus, qui non olei liquore, sed virtute cœlestis spiritus consecretur. Idcirco denique cum multi ante apud Hebræos oleo in hoc ipsum solenniter consecrato vncti sint Christi, & siue reges, siue prophetæ, siue etiam põtifices per hoc fuerint instituti, nullus tamen ipsorum vel genti, vel discipulis aut sectatoribus ex suo vocabulo nomen dare potuit, & appellare discipulos Christianos, nisi hic solus qui verus CHRISTVS est, & non oleo humano, sed paterno spiritu perunctus. Hic sectatorum suorum populos, & vniuersam per totum mundum sui nominis gentem ex veri Christi vocabulo appellari fecit perenni nomine Christianos. Si igitur vnde genus ducat CHRISTVS requiris, & eius autorem rimaris, qui autor est omnium, audi quid oracula diuina per Dauid magnificentissimum vatem ex persona ipsius summi patris loquantur, sicut & paulò superius memorauimus: De ventre, inquit, ante luciferum genui te. Et quamuis ventris appellatio in eo qui recte incorporeus creditur, conuenire minime videatur, tamen tropicis ac mysticis legibus hoc est quod indicatur, quod non extrinsecus & aliunde substituerit filium pater, sed ex semetipso, ac si dici potest, de interioribꝰ suis, vt hoc ipsum sit ille qui natus est, quod est ille qui genuit. Et ne adoptionis lege extrinsecus videatur assumptus, sed quantũ appellatio

Oleum lætitiæ.

Christus põtifex.

Psal. 109. a

Melchisedech

Christiani

Psal. 109. a

De ventre, quid sit

latio ventris intelligi suggerit, salua reuerentia incorporalitatis, intrinsecus ęditus designetur veritate naturæ. Quod verò ait, ante luciferum, ante mundi & ante totius creaturæ designat initiũ. Distinctio fanè inter verum Christum, & imaginarios illos, qui prius præcesserant, quæ habeatur, euidens in hoc indicium datur, quod illi priores Christi nulli penè nisi genti propriæ cogniti sunt: huius autem veri Christi nõ solum nomen, sed & potestas, & regnum per omnes nationes, & per vniuersum orbem terræ diffusum est, nõ sola cognitione vocabuli, sed & diuinitatis cultu, ac religionis reuerẽtia consecratum. In omni nanque terra tanquam verbum & sapientia patris, tanquam Deus & dominus Iesus Christus colitur & adoratur, sicut diuinum de eo pronuntiauit eloquium, dicens: Quia in nomine Iesu omne genu flectetur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confitebatur, quia dominus Iesus in gloria est dei patris. Vnde non solum potestas eius & regnum, sed & affectus & amor tantus de eo credentium mentibus inoleuit, vt etiam animas ponere pro nomine eius, & ceruices suas persequutorũ gladiis obiicere non morentur, dum modo sacrosancta apud eos nominis eius fides & reuerentia conseruetur. Hæc interim nobis necessario narrationem rerum præcesserint, quam prosequi instituimus, in quibus ostendatur nomen Christus Iesus domini ac Saluatoris nostri, non nouellæ appellationis alicuius, aut ex carnali natiuitate, sed à deo ipso originem ducere. Quod autem recentis vocabuli Christianorum gens videtur, & ritus obseruantiæ eius nuper exortus, quid etiam hæc ipsa nouitas in se vetustatis contineat, ostendemus. Antiquissimum præ omnibus ferè gentibus Hebræorum genus haberi puto, quod nulli dubitandum videatur: & quod apud ipsam gentem secretior quidam religionis cultus & obseruantia, diuinis mandata voluminibus continetur: in quibus etiam de nonnullis iustitia & pietate præditis viris refertur, quibusdam quidem, qui & ante diluuium fuer-

Ante luciferum.

Discrimen inter Christos reges & pontifices, & Christũ dei filium.

Philip. 2. b

Amor in Christũ.

Hebræorũ antiquitas



fuerint, aliis autem & post diluuiũ, in quibus de Noë atque eius filiis, omniq; prosapia scribitur, & vsq; ad Abraham peruenitur, quem parentem gentis Hebræorum constat existere. Omnes ergo illos, qui ab Abraham sursum versus vsq; ad primum hominem, generationis ordine conscribuntur, etiam si non nomine, rebus tamen & religione Christianos fuisse si quis dicat, non mihi videtur errare. Cum enim nomen Christiani hoc indicet, quod Christo quis credens, per eius doctrinam, fidem, pietatem, ac iustitiam teneat, & studiis diuinæ inhæreat sapiẽtię, atq; omne quod ad virtutem pertinet, exequatur: si, inquam, hęc sunt, quę vocabulo Christiani nominis indicantur, & veræ eum religionis sectatorem designant, hoc erant etiã illi sancti (de quibus supra diximus) viri, quod Christiani nunc esse profitentur. neq; enim aut corporalis eis inerat circũcisio, aut obseruatio sabbati (sicut ne nobis quidem) aut vlla de ciborum obseruatione religio, vel cætera quæ posterioribus per Moysen figuraliter magis ac mystice obseruanda traduntur. Cum igitur absq; his omnibus obseruationibus fuerint religiosi illi, quorũ supra meminimus, viri, sequuti autem sint fidem eius, quem nos nunc sequimur, Christi, quẽ frequenter apparuisse eis, & edocuisse vel monuisse ea, quę ad fidem & pietatẽ pertinent, in superioribus approbauimus: quomodo dubitatur ab illis cœpisse, & ab illis esse deductam huius gentis originem, qui & eundem deum, autorem & ducem vitæ sequebantur, & in simili religionis obseruantia persistebant? Intantum deniq; hæc in illis præmissa & præformata religio est, vt ne ipso quidem nomine (quod certe solum differentiam facere videtur) habeantur alieni: sed & ipsos iam tunc nõ solum Christianos, sed & Christos esse appellatos, diuina testatur eloquia. Dicitur enim de illis ex persona dei ad alienigenas gentes: Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Hæc cum de Abraham, vel de his qui per illud tempus ad dei cultum pertinebant, dicta referantur,

Christiani fuerũt, veteres ab Adã vsque ad Abraham.

Fides.

Christianĩ Christi.

Psal. 104. b

tur, euidentissime, & luce clarius in ipsis & ante ipsos, Christianorum gens iam tunc fuisse, & omnem tenuisse pietatis ac religionis obseruantiã designatur: Quam nunc per aduentum carnalis præsentiæ Christi per omnes gentes communicatam, & omnibus impartitam nationibus constat: quo sapientiæ pietatisq; thesaurus, qui velut intra angustum conclaue pro rariis quibusque cultoribus tenebatur, vniuersum mundum fidei ac religionis profusione ditaret: & quod prius viritim præbebatur, nunc simul & subito gentibus integris, & populis ac nationibus ingeratur.

Quod ita futurũ diuina inspiratione prospiciens quidam eximius prophetarum, stupore mẽtis attonitus,

Esa.66.c cum admiratione exclamat, & dicit: Quis audiuit talia? aut quis loquutus est ita? Si peperit terra in vna die, & si genita est gens desemel. Et item in alio loco de his ipsis, quos sermo diuinus gentem simul parturiendam esse prædixerat, contestatur & dicit: His autem qui seruient mihi, vocabitur nomẽ nouum, quod

Esa.62.a benedicetur super terras. Quod autem ita nouum nomen, quàm Christianorum vocabulum gentibus datum? Nouum autem dicit nomen, nuper dispersum,

Nouum nomen. non nuper inuentum. Verum & hoc ipsum ita futurum, & hanc benedictionem nominis ac fidei omnibus gentibus esse largiendam, ne quaquam diuina oracula siluerunt. De ipso nanque Abraham, cum adhuc

Gen.15.b esset in præputio cõstitutus, dicit sermo diuinus: Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiã,

Rom.4.a & amicus dei appellatus est. Credidisse igitur refertur ei, quem apparuisse frequenter & instruxisse eum, quæ ad pietatem & religionem pertinet, supra edocuimus, Christo scilicet, per quem omnia constare quæ gesta sunt, vel gerenda, sæpe probatum est.

A quo etiam ad ipsum Abraham responsa huiusce-

Gen.22.d modi deferuntur: Et benedicentur, inquit, in te om-

Gen.18.a nes tribus terræ. Et iterum: Faciam te in gentem magnam & multam, & benedicentur in te omnes gentes terræ. In quo euidenter exprimitur, quod ille cultus atque



atque illa fidei gratia, quæ tunc Abrahæ, & paucis illis qui id temporis fide & pietate insignes erant, concedebatur, postmodum per omnes gentes, ac per omnes terras esset benedictionis titulo per diuinam gratiam largienda. Certum nanq; est, quod sicut ille credens ei qui sibi apparuit, iustificatus est, & paternis superstitionibus repudiatis ac spretis, dei veri præcepta fide atque operibus exequutus est, & per hoc ei dicitur: Quia benedicentur in te omnes tribus & omnes gentes terræ: Ita & Christiani fide atq; operibus id agant, vt paternæ superstitionis errore depulso, sequantur deum quem sequutus est Abraham, & ex simili fide eius iustificentur, sicuti iustificatus est Abraham. Quid igitur obstat, vt non vna atque eadem religionis obseruãtia deputetur in his, in quibus vnam atq; eandem fidei atque operum esse constitit formã? Et ideo non nouella neque peregrina est Christianorum religio vel nuper exorta, sed si fas est libere indicare quod verum est, prima omnium atq; ex ipsa simul mundi origine ac natiuitate descendens, eodem Christo deo doctore & institutore, iam inde ab initio speciem formamq; suscipiens. Et de his quidem ista sufficiant. Verum posteaquam consequenter ea quæ historicam narrationem debuerant anteire, præmisimus: superest iam, vt & à corporali præsentia domini & Saluatoris nostri, & his quæ deinceps gesta sunt, veluti itineris nostri aggrediamur exordium, ipsum omnipotentem verbi patrem deum, sed & ipsum, † cuius res geritur Iesum Christum dominum & saluatorem nostrum, cœleste dei verbum, adiutorem & autorem narrationis nostræ, precibus inuocantes.

Antiquissima religio Christiana

Alias cuã res

De tempore natiuitatis Christi secundum carnem. CAP. II.

Anno Christi. I.

IGitur secundo & quadragesimo imperii Cæsaris Augusti anno, ab Ægypto verò subiugata & Antonii vel Cleopatræ interitu, in quã nouissima Ptolemæorum apud Ægyptũ regna ceciderũt, octauo & vigesimo anno, dñs & saluator noster Iesus Christus prima asseri-

Christus nascitur. Luc.2.a

assc̃riptione census Cyrenio Syriæ præsidente, secundum ordinem totius prophetiæ, quæ de ipso prędicta est in Bethleem Iudæ oppido nascitur. Hunc autē Cyrenij temporibus habitum censum, etiam Iosephus illustris Hebræorum historiographus memorat, annectens huic narrationi etiam Galilæorum hæresim iisdem exortam esse temporibus. De qua apud nos Lucas in Actibus apostolorum meminit his verbis.

De Iuda Galilæo, & Theoda CAP. III.

An do. 5. Iudas Galilæus.

POst hūc, inquit, surrexit Iudas Galilęus, in diebus conscriptionis census, & auertit populum post se. Sed & ipse periit, & omnes qui credebant ei, dispersi sunt. De his autem ipsis Iosephus (de quo supra dixi mus) in historia sua octauodecimo Antiquitatū libro, hoc modo commemorat: Cyrenius autem vir vnus ex consessu curiæ Romanæ, per singulos magistratus vsq; ad gradum consulatus ascendens, cętera quoq; honorabilis cum paucis Syriam venit à Cæsare ius dare gentibus missus, & censor simul patrimoniorum futurus. Et post pauca ait: Iudas verò Gaulanites, vir de ciuitate Gamala, Sadduchum quendam Pharisæum assumens, magnopere nitebatur sollicitare plebē, asserens eis, quod ascriptio census nihil aliud quàm apertissimam imponeret seruitutē, simulq; cohortabatur gentem suam, ne perderet libertatem. Sed & in secunda historia Iudaici belli de hoc ipso hęc scribit: Quo in tempore, inquit, vir quidam Galilęus Iudas nomine, ad discessionem populos cogebat, pessimum fore eis persuadens, si adquiescerent soluere tributa Romanis, & post deū, mortalē susc̃ipere dominatū. Hæc Iosephus.

Cyrenius. Ioseph. antiq. lib. 18. cap. 1.

Ioseph. bel. Iuda. lib. 2. cap. 7.

De Herode, quod ex alienigenis venerit ad regnum. CAP. IIII.

Ioseph. ant. 14. 23.

PEr idem tēpus Herodes primus ex alienigenarum genere ortus, regnum Iudaicæ gentis obtinuit. Et in ipso completur prophetia, quam Moyses ante prædixerat, quod non deficeret princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius, vsquequo veniret cui repositum est. De quo etiam pronuntiat idem Moyses, quia ipse

An. ante Christū natum. 35 Herodis genus. An. mūdi. 3927 Iuxta Hebræ.



sit expectatio gentiū. Imperfectus nanque huius prædicipibus regerentur, qui incipientes ab ipso Moyse, qui hæc prædixerat, vsque ad Augusti imperium perdurarunt. Quo in tempore primus (vt supra dixi) Herodes externi generis vir, à Romanis Iudæorum suscepit principatum. Qui Herodes, secundum ea quę Iosephus tradit, ex Idumęorum gente paternum genus, ex Arabum verò materni sanguinis originē deducebat. Aphricanus autem, qui & ipse præcipuus in historiographis habetur. Aiunt, inquit, qui de eo diligentius explorarunt, Antipatrum quendam esse patrem Herodis Ascalonitæ, qui & ipse fuerit Herodis cuiusdam filius, templi Apollinis æditui. Hic Antipater ab Idumęis latronibus captus admodum puer, permansit cū prædonibus, pro eo quod pater eius rei familiaris impia filium redimere non valeret. Verum puer latronū vita & moribus institutus, postmodum Hyrcano cuidam Iudæorum pontifici familiaris efficitur, ex quo nascitur Herodes hic, qui Saluatoris temporibus fuit. Hæc Aphricanus.

At iuxta Eoseb. 5164. Gen. 49, b

Antipater pater Herodis.

Quòd Herodis tempore interrupta sit regum successio secundum Danielis prophetiam. CAP. V.

Iudices.

IGitur cum in hominem externę gentis, Iudæorum deuenissēt imperium, imminebat sine dubio etiam illa propheticis prædicta vocibus expectatio gentiū: quippe quum defecissent apud eos ab origine ipsius Moysi sceptra principum regumq; successio. Prius enim quàm in captiuitatem Babyloniæ ducerentur, regnauit apud eos Saul primus, & inde Dauid. Nam ante reges à iudicibus regebantur, qui post Moysen & Iesum successorem eius, gentis illius tenuerāt principatum. Post reditum verò de Babylonia non defuere eis gubernacula disciplinis optimis instituta. Per pontifices etenim rerū summa gerebatur, donec Pompeius Romanorum magistratus aduenies, Hierosolymam vrbem quidem Romanis armis oppugnaret & caperet, sancta verò & sacratissima quæque templi

Reges

Pontifices.

pollueret, ità vt ne ab ipsis quidem adytis ingressum temperaret hostilem. Eum verò qui per auitam successionem per idem tempus regno simul & pontificio fungebatur, Aristobolum nomine, vinctum cum liberis Romam misit, Hyrcano fratri eius pontificatum relinquens. Omnem verò Iudæorum gentem ex illo tempore tributariam Romano fecit imperio. Sed Hyrcano, in quem vltimus Iudæorum gentis pontificatus fuerat deuolutus, à Parthis capto, primus (sicut supra dixi) externi generis vir Herodes, per Senatusconsultum Augusto imperante Iudęorum gentis adipiscitur gubernacula. Sub quo imminente iam Saluatoris aduentu, etiam gentium salus & vocatio expectata illa, secundum ea quæ Prophetæ prędixerant, consequuta est. Ex quo vtique tempore interrupta successionis serie ducum vel principum, qui de Iudæ femoribus descendebant, consequenti ratione, ordo quoque sacerdotii ab auis & proauis indeclinabiliter currens, repente confunditur. Habes & de his idoneum testem ipsum Iosephum, qui indicat Herodem postquam regnum sibi Iudęorum à Romanis concessum est, non iam secundum generis ordinem constituisse pontifices, sed ignobilibus quibusque sacerdotia permisisse. Similia quoq; in sacerdotibus ordinandis, egisse etiam successorem eius Archelaum refert, post quem Iudæorum imperium dicit recepisse Romanos: Idem ipse Iosephus indicat, quod etiã sacram vestem pontificis summi Herodes obclusam sub signaculo suo tenuerit, nec vnquam pontificibus vsum eius potestatémue permiserit. Hoc idem & successor eius Archelaus. Hunc & Romani post ipsos morem pontificalis iniuriæ tenuere. Hæc autem dicta sunt nobis approbare volentibus veritatem prophetiæ, quæ in aduentu Domini & saluatoris nostri impleta est. Sed & apud Danielem prophetam euidenter numerus septimanarum, qui vsque ad Christum ducem futurus designatur, impletus est, de quibus in aliis locis exposuimus. Post quarum septimanarum consummatio

Aristobol⁹. Hyrcanus.

Archelaus successor Herodis.

An. do. 3.



mationem abolendum esse chrisma, quod apud Iudæos sacratissimum seruabatur, idem Propheta designat. Quod quidem manifestissime eo ipso tempore, quo dominus noster Iesus Christus aduenit, probatur impletum. Hæc autem à nobis perneccessario relata ad ostendendam veritatem temporum, teneantur.

## De diuersitate generationum à Matthæo & Luca conscripta, & quę de his referat Aphricanus.

CAP. VI.

VErum quoniam de generationibus Christi varie nobis Matthæus & Lucas euangelistæ tradiderunt: et contraria sibi à quamplurimis dicere putantur, in quo etiam nonnulli fidelium veritatis ignorantia commenta quędã pro suis quisque opinionibus conantur adhibere, etiam de hoc historiam, quę ad nos vsque deducta est, in medium proferamus. Aphricanus, cuius superius fecimus mentionem, scribens ad Aristiden quendam de Euangeliorum consonantia, & de genealogiis quæ à Matthæo & Luca diuersæ referuntur, cæterorum quidem opiniones procul à veritate errantes, coarguit: ipse autem historiam quam compererat, his ipsis protulit verbis: Apud gentem, inquit, Israel, generationum nomina nunc secundum naturæ, nunc etiam secundum legis ordinem numerantur. Naturæ quidem successiones habentur, quæ ex seminis vel sanguinis veritate descendunt. Legis autem, cum quis filius alio generante substituitur sub nomine fratris defuncti sine liberis. Quum enim resurrectionis inter eos spes necdum fuisset accepta, per hæc resurrectionis quandam imitabantur imaginem, vti ne nomen generis vitio sterilitatis aboleretur. Cum ergo huiuscemodi apud eos generationum ordines seruarentur, vt quidam ex ipso germine, quidam ex substitutione ab aliis generati, aliis filii legis beneficio deputarẽtur, à singulis Euãgelistarũ vtriusq; modi cõmemorata successio est: id est, vt alter eorũ eũ q genuisset, alter verò eũ, qui quasi genuisse videret,

Aphrican⁹ historiographus.

Successio naturalis Legalis.

exponeret. Et ita fit, vt neutrum Euangelium mentiatur, dum aliud naturæ ordinem, aliud verò legis exequitur regulam. Coniunctum nanq; sibi est inuicem genus, & illud quod per Salomonẽ, & illud quod per Nathan deducitur per legales substitutiones quæ fiebant his qui sine liberis decedebant, & per secundas nihilominus nuptias, quibus vnus atq; idem aliis parentibus progenitus, aliorum esse filius videbatur. Et ita fit, vt vtraq; narratio generationum vsque ad Ioseph verissimis lineis deducatur, diuerso quidem, sed satis explorato ordine designata. Vt autẽ clarius fiat quod dicitur, ipsas generationum consequentias enarrabimus. A Dauid per Salomonem generatio, quam
Matt.1.c dinumerat Matthæus, tertium à fine facit Mathan, qui
dicitur genuisse Iacob patrem Ioseph. Per Nathan ve-
Luc.3.d rò de Dauid Lucas generationũ ordinem texens, tertium nihilominus eiusdem loci facit Melchi. Dicit enim: Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi. Nobis autem imminet ostendere quomodo Ioseph dicitur secundum Matthæum quidem patrem habuisse Iacob, qui deducitur per Salomonem, secundum Lucam verò Heli, qui deducitur per Nathan: vtq; isti ipsi, id est, Iacob & Heli, qui erant duo fratres, habentes alius quidem Mathan, alius autem Melchi patrẽ, ex diuerso genere venientes, etiam isti Ioseph aui esse videantur. Est ergo modus iste: Mathan & Melchi diuersis temporibus de vna eademq; vxore, Estha nomine, singulos filios procrearunt, quia Mathan qui per Salomonem descendit, vxorem eam primus acceperat, & relicto vno filio Iacob nomine, defunctus est. Post cuius obitum (quoniam lex viduam alii viro non vetat nubere) Melchi, qui per Matthan genus ducit, quum esset ex eadem tribu, sed non ex eodem genere, relictam Matthæ accepit vxorem, ex qua & ipse suscepit filium nomine Heli, per quod ex diuerso patrum genere efficiuntur Iacob & Heli vterini fratres: quorum alter, id est, Iacob fratris Heli sine liberis defuncti vxorem ex mandato legis accipiens genuit Ioseph, natura qui-



ra quidem germinis filium suum, propter quod & scribitur: Iacob autem genuit Ioseph. Secundum verò legis præceptum Heli efficitur filius, cuius Iacob, quia frater erat, vxorem ad suscitandum fratris semen acceperat. Et per hoc rata inuenitur atque integra generatio, & ea quam Matthæus enumerat, dicens: Iacob autem genuit Ioseph: & ea quam Lucas competenti obseruatione designat, dicens, quod putabatur esse filius Ioseph, qui fuit Iacob. Qui & ipse subsonante ea- Legalis suc
dem distinctione, Heli esse filius putabatur, qui fuerat cessio apud
Melchi, qui legalem hanc successionem, quæ velut Lucam.
adoptione quadam erga defunctos constat magis q̃ germinis veritate, competenti satis per hoc designauit indicio, obseruans Euangelista, ne omnino in huiuscemodi successionibus genuisse aliquem nominaret: per quod digne distinctione non descendens, sed ascendens vsque ad Adam, & ad ipsum vsque peruenit Deum. Hæc autem non nobis ad subitum reperta, aut absque vllis autoribus commentata sunt: sed ipsi hæc Saluatoris nostri secundum carnem propinqui, seu studio tanti seminis demonstrandi, siue edocendi quę secundum veritatem gesta sunt, tradiderũt: addentes etiam hoc, quod dum Idumæi latrones Ascalonicæ ciuitati irruẽtes, & de Apollinis templo, quod muro vrbis adhærebat, cum cæteris spoliis etiam Antipatrum Herodis cuiusdam æditui filium captiuum Antipater
diripuissent, accidisse postmodum, vt ad amicitias Herodi fi-
Hyrcani pontificis Antipater peruenire. Cuius prin- lio regnum
cipatum quod in quàm plurimis iuuisset, defuncto à Romanis
eodem Hyrcano Herodi filio suo à Romanis per am- obtinet.
bitionem regnum Iudeæ gentis acceperit. Verum hæc & in aliis Græcorum historiis designantur. Sed illud præcipue supradicti viri memorię tradiderunt, quod per idem tempus omnes Hebræorum generationes descriptæ, in archiuis templi secretioribus habebantur, in quibus etiam alienigenarum quorumque continebantur origines, sicut Achior ex Ammanitis, & Ruth ex Moabitis, alii etiam ex Ægypto,

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui dicuntur Israelitis esse commixti. Verum Herodes quum summam potestatem teneret, videns quod huiusce modi generis indicia, si permanerent, obfuscationis sibi plurimum quærerent, ignobilitatis suæ conscientia exagitatus, omnes libros, in quibus conscriptio generis habebatur, iussit incendi, æstimans se nobilem videri posse, si nouitius esse & aduena Israelitici generis nullis conscriptionum fastibus vrgeretur. Verum fuere tum pauci diligentes & studiosi viri, qui vel descriptos ex parte aliqua huiusce modi libros domi haberent, vel etiam memoriter auitæ ordinem prosapiæ retinerent, præcipue quos demissa à proauis nobilitas † commonebat. Ex quibus fuerunt & hi (quos paulò ante memorauimus) δεσποτικοὶ, id est, heriles, vel dominici appellati, propter propinquitatem generis Christi, qui & Nazaræi fuerunt ex vico Cocchaba Iudæorum: quique per omnem regionem circumeuntes, ordinem supradictæ generationis partim memoriter, partim etiam ex dierum libris, inquantum erat possibile, perdocebant. Quibus ita à nobis (inquantum diligentia potuit) perscrutatis, euidentissimè euangeliorum per hæc veritas declaratur. Hæc sunt quæ ab Aphricano didicimus. Hoc itaque modo in Ioseph patrum generatione deducta, dubitari iam non potest de Maria, quin eiusdem generis atque eiusdem tribus extiterit. Siquidem secundum legem Moysi non licebat in diuersas tribus nuptias permisceri: sed vni ex eodem populo, atque ex eadem familia innupta præcipitur copulari, vt ne permixtione coniugii etiam sors hæreditatis deducatur in dubium, & de alia tribu contra fas ad aliam transferatur. Sed de his satis sit dictum.

Al. cõmendabat.

Diaria.

## De nece infantium apud Bethleem, & Magorum præsentia.

CAP. VII.



CHristo igitur secundum prophetiæ fidem nato in Bethleem Iudæ temporibus supradicti Herodis, de Orientis partibus aduentantes ex Magorum gente quidam viri, percontantur ab Herode, vbi nam esset rex qui nuper natus est Iudæorum, affirmantes vidisse se stellam eius in Oriente, quæ sibi etiam dux itineris extitisset, causam verò tantæ properationis, adorandi ac venerandi nuper æditi regis esse. Quibus ille auditis, incredibiliter deterretur, verens ne statu sui periclitaretur imperii. Accersitis ergo legis doctoribus, percontatur vbi nã Christum nasci sperarent. Vt verò ex Micheæ oraculis locus natiuitatis eius apud Bethleem designatus est, vno præcepto rex omnes lactantes pueros, non solum apud Bethleem, sed & in omnibus eius finibus à bimis & infra, secundum tempus quod explorauerat à Magis, interimi iubet, si quo modo etiam Iesum cum æquæuis posset extinguere. Sed præuênit regis insidias puer abductus in Ægyptũ, parentibus de dolo regis angelo prænuntiante commonitis.

An. do. 1. Magi Herodẽ adeũt. Mich. 5. a Mat. 2. c. Mat. 2. d.

## De cruciatibus ipsius Herodis, qui necari iussit infantes. CAP. VIII.

VErum hæc etiam sacris Euangelii vocibus edocemur. Sed operæpretium est crudelitatis Herodis in Christum & æquæuos eius, videre mercedem. statim nanque, nec mora, vltio in eum diuina conuertitur, quæ non solum præsens inferret exitium, verum etiam quibus post interitum suppliciis esset excruciãdus ostenderet. Longum est, si prosperitates imperii eius, quibus ad illud tempus vsque pollebat, domesticis referam cladibus obscuratas: ignominiam matrimonii, funera liberorum, quorum tamen ipse exiterat parricida. Sororis etiam, propinquorúmque omnium, si exequar clades, Tragœdia magis quàm historia texi videbitur. De quibus tamen si quis scire vult, Iosephus plenius refert. Igitur cũ pro sacrilegio quod in Saluatorẽ cõmiserat, & scelere quod in æquæuos eius peregerat, vltio eũ diuina vrgeret in mortẽ,

Ioseph.

quem dederit exitum, non puto indecorũ, si ipsius Iosephi in septimodecimo libro Antiquitatum hæc referentis sermonibus explicemus. Herodem, inquit, porrò amarior indies morbus vrgebat, supplicia commissi paulò ante sceleris expetens. Lento nanque igne extrinsecus in superficie corporis vrebatur, intrinsecus verò vastum condebatur incendium. Auiditas inexplebilis semper inerat cibi, nec tamen satiari vnquam rabidis incitata faucibus valebat nimia gulæ ingluuies, intestina intrinsecus vlceribus obsepta, doloribus quoque coli quàm maximis cruciabatur, humor liquidus & luridus erga pedes tumidos oberrabat, & ab inferioribus partibus pubetenus tumore distentus erat. Sed & verenda ipsa putredine corrupta, scatere vermibus cœperunt. Spiritus quoq; incredibilis inflatio, & tentigo obscœna satis & execranda. His autẽ omnibus doloribus fœtor dirior, vel ex membrorũ putredine, vel ex respiratione anhelitus reddebatur. Ita ex omni parte cruciatibus fessо, nullę sufficere vides ad tolerãtiam poterant. Dicebant ergo hi, quibus diuinandi peritia est, has diuinitus pœnas ab eo ob multa eius impiè & crudeliter gesta deposci. Hęc quidem in supradicta historia refert vir, de quo paulò ante memorauimus. Sed & in secundo libro idem historiographus similia nihilominus de eodem scribit, hoc modo dicens: Post hæc verò omne corpus eius morbus inuadens, diuerso sibimet eum corruptelæ genere vendicabat, Febris nanq; vna parte lenta vexabat, prurigo ex alia parte intolerabilis, per omnem corporis diffusa superficiem: coli quoque creberrimus dolor: pedes pubetenus hydropis ob federat tumor. Verenda corrupta putredine, & scatentia vermibus horrescebant. Inflationes etiam tortuosi spiritus, & crebra suspiria conuulsis admodum producta visceribus, ita vt dicerentur à vatibus non morbi corporis hæc, sed diuinæ vltionis esse supplicia. Qui cum tot morbis etiã feralibus vrgeretur, tamen spem adhuc viuendi gerens, de medelis ac remediis cogitabat. Denique transito Iordane, aquis calidis, quæ apud

Ios. ant. lib. 17. cap. 7. Herodis cruciatus. Iosephi bel. Iuda. lib. 1. cap. vlt.



apud Callirroen sunt, vtebatur, quæ etiam potantibus commodæ dicuntur. Visum est autem medicis etiam oleo calido omne corpus foueẽdum. Cumq; depositus fuisset in huiusce modi fomento, ita resolutus est omnibus mẽbris, vt etiã oculi ipsi è suis sedibus soluerẽtur.

De crudelitate Herodis, quam mortis suæ tempore perpetrauit. CAP. IX.

REportatur ergo exin Hiericho, & famulorum planctibus admonitus, vbi salutem desperare cœpit, militibus quidem quinquagenas drachmas diuidi iubet, ducibus verò & amicis suis plurimum pecuniæ largitur. Ipse verò furore iam plenus, & ipsi (vt ita dicam) morti minitans, fertur in facinus execrabile. Etenim ex singulis quibusq; vicis vel castellis, si qui nobiliores & primarii erãt viri, ex omni Iudæa ad se colligi, & recludi iubet in loco qui dicitur Hippodrom⁹. Accersita tantum sorore sua Salome, atq; eius viro nomine Alexa: Noui, inquit, Iudæos de meo interitu gauisuros, sed potero habere lugentes, & exequias honorabiles ex plangentium multitudine, si volueritis vos meis parêre præceptis. Hos omnes quos in custodia haberi iussi totius Iudeę nobiles, statim vt ego spiritũ exhalauero, interficite, in hoc ipsum militibus præparatis: vt omnis Iudæa, & omnis domus etiam inuita defleat obitum meum. Et post pauca idem Iosephus ait: Rursum autẽ, nam & cibi auiditate, & tussis cõuulsione distendebatur, cum ex dolorũ violẽtia iam vitæ exitũ adesse sensisset, malo accepto cultrũ popposcit (solebat enim per semetipsum purgatum sic pomũ, atq; incisum, comedere) tunc deinde circumspectans ne quis esset qui prohiberet, eleuauit in semetipsum dexterã, ictũq; librauit. Ad hæc idẽ prosequitur scriptor, quod paulò antequàm nouissimum spiritũ redderet, tertium post duos quos ante necauerat, filium suum præceptis impiis iugulasset, atq; vltimam lucem, sicut non absq; maximis doloribus corporis, ita etiam nec absq; parricidii piaculis aufugisset. Talis igitur Herodis extitit finis, quo digna supplicia pro scelere quod in Bethlehem er-

Alexas

Herodes seipsum iugulat.

An. do. 3.

Ioſ.antiq. lib.17.9.10. hem erga paruulos geſſerat,& pro inſidiis domini nostri ac Saluatoris exactus eſt.

De Archelai regno poſt Herodem. CAP. X.

DE ſucceſſore verò eius,hiſtoria nos euãgelica perdocet,quod poſteaquam per angelum commonitus,Ioſeph ſublato puero & matre eius de Ægypto rediit ad terram Iudæam: Audiens, inquit, euangeliſta, quia Archelausregnaret pro Herode patre ſuo,timuit ire illuc:commonitus autem in ſomnis,abiit in partes Galileę.Huic autem euangelicę veritati conſona ſcribit etiam ſupradictus hiſtoriographus,diligenter hęc exequens:quomodo ex teſtamento Herodis patris ſui, adiudicante etiam Cęſare Auguſto, regni Iudęorum ſucceſſor extiterit Archelaus,& vt poſt decem annos imperio deuolutus ſit, vtq; Philippus & Herodes iunior frater cum Lyſania in tetrarchias diuiſum Iudææ regnum regebant.

Matth.2.d Ioſ.ant.lib. 17.cap.10.

Archelaus An.do.12

Quod falſa eſſe Acta,quæ Iudęi proferunt, etiam Ioſephi teſtimonioex conſonantia temporum conuincantur. CAP. XI.

IDem quoque ipſe hiſtoriographus in octauodecimo libro refert, duodecimo anno Tiberii Cęſaris, qui Auguſto ſeptem & quinquaginta annis principatu potito ſucceſſerat,Pontium Pilatum Iudeæ procurationem ſuſcepiſſe,atque inibi per decem continuos annos vſque ad ipſum penè finem Tiberii perduraſſe. Ex quibus omnibus figmentum impudens euidenter arguitur Actorum, quę recenti confecta plaſmate aduerſus Chriſtum dominum proferuntur,in quibus primo omnium temporis ipſius ratio coarguit falſitatẽ. Quarto nanq; conſulatu Tiberii,qui conſulatus ſeptimo anno imperii eius fuit,piaculi in Saluatorem commiſſi tempus falſa hæc Acta præſcribunt. Quo in tempore euidenter oſtenditur,ne miſſus quidem adhuc ad Iudeæ procurationem Pilatus, ſecundum Ioſephi probatiſſimi hiſtorici teſtimonium , qui planiſſime deſignat duodecimo anno Tiberii Cæſaris Iudeæ procurationem ſuſcepiſſe Pilatum. Conſonanter autem in hiſ

An.an.27. Ioſ.ant.18. ca.3.& belli iud.li.2.ca.8

Actorum liber aduersus Christũ



his cum hiſtorico Euangeliſta concordat, quintodecimo dicens anno Tiberii Cæſaris,in quo quartus erat Pilati procurationis annus, cum etiam Iudeæ tetrarchæ haberentur Herodes,& Lyſanias, & Philippus, dominum & ſaluatorem noſtrũ IESVM CHRISTVM fuiſſe annorum triginta,quando ad Ioannem baptizãdus aduenit.Tunc etenim initium euangelicæ prędicationis inſtituit.

Luc.3.a

An.do.30.

Quod à Pontifice Anna vſq; ad Caipham quatuor Pontifices fuerint,& ſingulis annis adminiſtrauerint Põtificatum,in quibus prædicatio Chriſti completa eſt. CAP. XII.

REfert autem eum diuina ſcriptura omne doctrinę ſuæ tempus exegiſſe ſub põtificibus Anna & Caipha:quo ſcilicet Annæ pontificatus tempore incipiente docere cœperit, & vſq; ad initium Caiphæ pertenderit.In quibus ſpatiis vix toti quatuor concluduntur anni.Legalibus porrò præceptis iam per illud tempus vi & ambitione ceſſantibus:nulli quippe pontificatus honor vitæ vel generis merito reddebatur,ſed Romana poteſtate,aliis nunc item aliis ſumma ſacerdotii præſtabatur,ita vt annuis iam ſucceſſionibus mutarẽtur. Denicq; idem Ioſephus refert,quatuor per ordinem vſque ad Caipham pontificatus officio poſt Annam eſſe perfunctos,his verbis ſcribens: Valerius Gratus † Anna ſacerdotio deturbato , Iſmahelem pontificem deſignauit filiũ Iabi,ſed & hunc non multo poſt abiiciens, Eleazarum Annæ pontificis filium, pontificatui ſubrogauit . Poſt annum verò etiam hunc arcet officio, & Simoni cuidam Camithi filio pontificatus tradidit miniſterium. Quo nõ amplius etiam ipſe,quàm vnius anni ſpatio perfunctus,Ioſephum,cui & Caiphas nomen fuit,accepit ſucceſſorem. Ac per hoc omne tẽpus quo dominus & ſaluator noſter in terris docuiſſe perſcribitur,intra quadriennii temporis ſpatia coartatur,in quo iſtæ, quas Ioſephus memorat, ſucceſſiones pontificum deſcribuntur , vix per annos ſingulos miniſtratæ . Conſonanter igitur ſecundum ea quæ Ioſephus ſcribit,

Põtificatus collatio apud Iudęos

Ioſ.ant. lib. 18.cap.8.

Al.Anano

Caiphas dicũ Ioſeph9

Mat.10.a Marc.3.c Luc.6.c Apostolus, hoc est missus. Luc.10.a

scribit, Caipham pontificem anni illius quo Saluator passus est, etiam Euangelii scriptura designat. Igitur dominus & Saluator noster non multo post initium prædicationis suæ, duodecim ex omnibus discipulos assumpsit, quos & cæteris sectatoribus suis præferēs, speciali quodam electionis priuilegio apostolos nominauit, cuius nominis virtus missos indicat. Sed & alios post hos elegit septuaginta, quos & ipsos binos per loca singula & vrbes, ad quas ipse accessurus erat, præmisit.

De Baptista Ioanne testimonium Iosephi, & quod asserat eum iustum fuisse, & ob eius necem vindictam ad Iudæos esse prorogatam. CAP. XIII.

Io. Baptista. Iosc. anti. 18 9.10. Mat. 14. a. Marc. 6. c

VErum breui interiecto tempore Ioānes Baptista ab Herode, filio Herodis, capite punitur: de quo & in Euangeliis quidem refertur. Concordi verò testimonio etiam Iosephus de hoc scribit, nominatim etiam de Herodiade commemorans, velut de coniugio fratris Philippi viuentis violenter abstractæ, & suis ab Herode incestis nuptiis sociatæ, propria & legitima vxore depulsa, Quam Herodiadem filiam dicit fuisse Aretæ regis Arabiæ, propter quam etiā Ioannem Baptistam ab eo commemorat interemptum. Bellum quoque exortum inter Aretam dicit & Herodem, tanquam ob ignominiam filiæ vindicandam. In quo bello exercitum refert Herodis extinctū, Hæc autem ei omnia accidisse propter piaculum, quod in necem Ioannis admisit. Idem quoque Iosephus iustissimum super omnes Ioannem fuisse, secundum Euangeliorum fidem, & ab Herode propter Herodiadem capite cæsum refert, propter quam etiam regno eum commemorat depulsum, atque in exilium in Viennā Galliæ vrbem trusum. Hæc in xviii. Antiquitatum libro, his ipsis quibus infra annotatū est syllabis scribit. Quibusdam autem, inquit, Iudæorum videbatur ideo periisse Herodis exercitum, quod in eum satis iuste vltio diuina commota sit pro vindicta Ioānis, qui vocabatur Baptista, quem puniuit Herodes, virū valde

Aretas Arabum rex.

An. do. 32.

Herodes exul in Gallia apud Viennam.

An. do. 43.



de bonum, qui præcipiebat Iudeis virtuti operam dare, iustitiam inter se inuicem custodire, & in deum seruare pietatem, per baptismum in vnum coire. Hoc enim pacto baptismum acceptabile fore, si non solum ad abluēda peccata sumatur, verumetiam ad castimoniam corporis, atque ad animæ iustitiam purificationem q; seruetur, omnium q; pariter virtutum, velut signaculum & custodia quædam fidelis habebatur. Quæ cum ab eodem per præcepta huiuscemodi docerentur, atque ad audiendum eum perplurima multitudo cōcurreret, veritus Herodes, ne fortè doctrinę eius persuasione populi à suo regno desciscerent: videbat enim quod præceptis eius ac monitis obedire in omnibus plebs esset parata: melius credidit, priusquā aliquid noui fieret, anticipare hominem nece, quàm post modum turbatis rebus seram pœnitudinem gerere. Ex sola igitur hac suspicione Herodis, vinctus in castellum Macherunta abducitur Ioannes, ibique capite obtruncatur. Hactenus de Ioanne. Sed & de Saluatore domino in iisdem historiarum suarum libris idē Iosephus ita scribit.

Testimonium Iosephi de Christo. CAP. XIIII.

Ioſ. anti. lib. 18. cap. 6.

FVit autem iisdem temporibus Iesus sapiens vir, si tamen virum eum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector, doctor q; hominum eorū, qui libenter quæ vera sunt, audiunt. Et multos quidē Iudæorum, multos etiam ex gentilibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorū nostræ gentis virorū, cū Pilatus in crucē agendum esse decreuisset, non deseruerunt hi, qui ab initio eū dilexerant. Apparuit enim eis tertio die iterum viuus, secundum quod diuinitus inspirati prophetæ, vel hæc, vel alia de eo innumera miracula futura esse prædixerant. Sed & in hodiernum diem Christianorū, qui ab ipso nuncupati sunt, & nomen perseverat & genus.

Hæc cum ipse Hebræorum scriptor olim suis libris inserta tam de Joanne Baptista, quam de Dño Salvatore nro tradiderit, qđ ultra refugiū, quæ excusatio

Universidad de Deusto Biblioteca

fatio impudentibus & perfidis remanebit, quo minus de falsitate gestorum quæ postmodum confinxerunt, apertissime conuincantur. Sed & de his ista sufficiat. Apostolorum autem domini & Saluatoris nostri nomina quæ referantur, ex ipsis euangeliis oĩbus palam est. Septuaginta verò discipulorũ vocabula nusquam quidem reperimus scripta. dicitur tamẽ vnus ex ipsis

Barnabas Act 4.g.9. 11.13.14.15.

esse Barnabas, cuius etiam in Actibus Apostolorum mentio facta est. Sed & Paulus nihilominus scribens meminit eius. Deniq; ipsum dicunt esse, qui cum Sosthene & Paulo Corinthiis scribit. Clemens verò in quarto Dispositionum libro Cephæ mentionem facit, de quo Paulus dixit: Cum autem venisset Cephas

Cephas Petrus. Gala.2.c

Antiochiam, in faciem ei restiti: & dicit eum vnum esse ex septuaginta discipulis cognomine Petri Apostoli. Sed & Matthiam ex ipsis esse dicit, qui pro Iuda

Matthias Act.1.d.

apostolorum numero subrogatus est, & eũ qui cum ipso est statutus ad sortem. Tatthæum quoque vnum ex ipsis fuisse tradũt, de quo & historiam, quæ ad nos vsque peruenit, exponere necessarium duco. Nam &

Multitudo discipulorũ Christi.

plures quam septuaginta fuisse discipulos Saluatoris inuenies, si obserues ea quæ Paulus indicat dicẽs, post resurrectionem apparuisse dominum primum quidẽ

1. Cor.15.ã

Cephæ, postea aliis vndecim, & post hos amplius q̃ quingentis fratribus simul: ex quibus quosdam dormisse dicit, plurimos autem adhuc permanere eo tempore, quo scribebat. Post etiam dicit eum visum esse

Iacobus.

Iacobo, qui erat vnus ex his qui fratres Saluatoris appellabantur. Tum deinde tanquam præter hos duodecim, ad eorum tamen similitudinem fuissent alii quidem Apostoli, sicut & ipse erat, Paulus addidit & dicit: Postea apparuit Apostolis omnibus, nouissime autem visus est & mihi. Sed & de his ista sufficiant.

## De Abgaro Rege. Caput XV.

NArratio verò, quam de Tatthæo promisimus, hunc habet modum. Domini Saluatoris nostri Iesu Christi diuinitas, cum pro mirabili virtutis opere per omnem locum celebraretur, innumeros



meros tam de vicinis, quam de peregrinis, & longè positis pro remediorum, & curæ virtutibus inuitabat: si qui præcipuè morbi alicuius ægritudine laborarent. Vnde & Rex quidam Abgarus nomine, gentis vltrà Euphraten positæ Principatum nobiliter tenens, morbo quodam corporis irremediabili, quantum inter homines, tenebatur. Qui cum de nomine Iesu, & de mirabilibus virtutum audisset, supplex per epistolam factus, exorat, misso in rem homine, diutini morbi vinculis, quibus tenebatur, absolui. Sed ad præsens quidem à Domino corporis ejus cura differtur: dignus tamen efficitur rescripto epistolæ Saluatoris, in qua simul ei promittitur etiam, q̃ non multò post desiderii sui consequetur effectum. Deniquè post resurrectionem, atque ascensionem Domini ad cœlos, Thomas Apostolus ex commonitione diuina Tatthæum quemdam ex septuaginta discipulis ad Edessenam Ciuitatem Euangelistam, & prædicatorem verbi Dei mittit, simul & quæ à Domino promissa fuerant impleturum. Hæc in archivis publicis Edessenæ Ciuitatis, in qua tunc supradictus Abgarus regnavit, ita descripta reperimus in his cartis, quæ gesta Regis Abgari seruata antiquitus continebant. Et, ut euidens dictorum veritas fiat, ipsarũ exemplaria epistolarum ex Syrorum lingua translata ponemus.

Exemplum epistolæ Abgari ad Dominum, & Domini ad ipsum, quæ consequenter de Syrorum lingua translata sunt. Cap. XVI.

ABgarus Vchaniæ filius Toparcha Iesu Saluatori bono, qui apparuit in locis Hierosolymorum, salutem. Auditum mihi est & de te, & de sanitatibus, quas facis, quod sine medicamentis, aut herbis fiant ista per te, & quod verbo tantùm cæcos facis videre, & claudos ambulare, & leprosos mundas, & immundos spiritus, ac dæmones ejicis, & eos, qui longis ægritudinibus afflictantur, curas, & sanas, mortuos quoquè suscitas. Quibus omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca



bus auditis de te, statui in animo meo unum esse è duobus, aut quia tu sis Deus, & descenderis de cœlo, ut hæc facias, aut quod filius Dei sis, quia hæc facis. Propterea ergo ego scribens rogaverim te, ut digneris usque ad me fatigari, & ægritudinem meam, qua jam diù laboro, curare. Nam & illud comperi, quod Judæi murmurant adversum te, & volunt tibi insidiari. Est autem mihi civitas parva quidem, sed honesta, quæ sufficiat utrisque.

Exemplum rescripti ab Jesu per Annantam cursorem ad Abgarum Regem Toparcham.

BEatus es, qui credidisti in me, cum ipse non videris. Scriptum est enim de me: quia hi, qui me vident, non credent in me: & qui non vident me ipsi credent, & vivent. De eo autem, quod scripsisti mihi, ut veniam ad te, oportet me omnia, propter quæ missus sum, hic explere, & postea quam complevero, recipi me ad eum, à quo missus sum. Cum ergò fuero assumptus, mittam tibi aliquem ex discipulis meis, ut curet ægritudinem tuam, & vitam tibi, atque his, qui tecum sunt, præstet, & civitati tuæ.

Erat autem his Epistolis adjunctum etiam hoc linguâ Syrorum, quod infrà scriptum est.

POstea verò quam Jesus assumptus est, misit ei Judas, qui & Thomas, Tatthæum apostolum unum ex septuaginta. Qui cum venisset, manebat apud Tobiam filium Tobiæ. Ut autem audivit de eo Abgarus, & nunciatum ei fuisset, quod venisset Apostolus Jesu, secundum quod ei scripserat: cumque cepisset Tatthæus in virtute Dei curare omnem languorem, & infirmitatem, ita ut omnes mirarentur, Abgarus consideratis mirabilibus, quæ faciebat, recordatus est, quod ipse esset de quo sibi scripserat Jesus, dicens: cum autem fuero assumptus, mittam tibi aliquem de discipulis meis, qui ægritudinem tuam sanet. Et vocans ad se Tobiam, apud quem manebat, ait ad eum: Audivi, quod



vi, quod vir quidam potens venit, & manet in domo tua: adduc eum ad me. Cumque rediisset Tobias ad Tatthæum, dixit ei: Abgarus Toparcha vocavit me ad se, & dixit mihi, ut te ad eũ perducam, & cures eum. Et Tatthæus: veniam, inquit, quoniam propter eum maximè missus sũ. Postera igitur die Tobias manè assumpto Tatthæo, venit ad . . . Abgarum. Et cum fuisset ingressus præsentibus primatibus suis, statim in ingressu visum est Abgaro divini nescio quid splendoris in vultu Tatthæi Apostoli: quod cum vidisset Abgarus adoravit Tatthæum. Super quod admirati sunt omnes, qui assistebant Regi. Ipsi enim nihil horum videbant, quia soli Abgaro fuerat ostensum. Qui & cepit dicere ad Tatthæum: verè discipulus es Jesu filii Dei, qui mihi dixerat: mittam tibi aliquem de discipulis meis, qui te curet, & vitam tibi præstet. Et Tatthæus respondit: quia magnificè credidisti in eum, qui me misit, propterea à missus sum ad te: & si permanseris in fide ejus, & credulitate, præstabuntur tibi omnia desideria cordis tui. Tum & Abgarus ad eũ: usque adeò, inquit, credidi ei, ut et Judæos, qui eũ crucifixerunt, velim, si ulla mihi adesset tanti exercitus copia, trucidare, & si non Romani regni auctoritas impediret. Et Tath.ª ait ad hæc: Dñus noster voluntẽ Patris sui implevit, qua impleta assumptᵘˢ est rursᵘˢ ad Patrem. Dicit Abgª Et ego scio, & credo in eũ, & in patrẽ ejus. Et Tathª propterea, inquit, pono manũ meã supᵃ te in nomine eius. Et cũ hoc feciſſet, statim omni ægritudinis morbo, quo tenebatur, absoluitur. Miratus est autem Abgarus, quod sicut verbis audierat de Iesu, ita rebus & operibus repperit per Tatthæũ discipulum eius impleri, qui eum absque medicamentis & herbis curarat. Non solum autem illum, sed & Abdon quendam †Abdiæ filium podagra laborantem, cum se vestigiis eius aduolueret, manus impositiõe curauit. Multosq; alios vrbis illius ciues variis obsessos incommodis sanauit. Et sic opera magna & miranda perficiens,

Al. Abdæi

prædicavit verbum Dei. Post hoc autem Abgarus ait ad Tatthæum: tu, inquit, cum virtute Dei hæc facis, & nos omnes videntes miramur. Verum, quæso te, enarra mihi de adventu Jesu, quomodo factum sit, & de virtute ejus, in qua fiebant hæc, quæ audivi. Et Tatthæus: nunc quidem taceam. Verum quia verbum jussus sum prædicare, crastino congrega mihi omnes cives tuos, & coram ipsis prædicabo, & seminabo in eis verbum vitæ, vel adventus Jesu, quomodo fuit, & cur, vel qua de causa missus est a Patre, & de virtutibus ejus operum, vel de mysteriis, quæ locutus est in hoc mundo, & in qua virtute hæc fecit. sed de nova prædicatione, & quare ita parvus, & humilis, & quomodo ita se humiliavit, & deposita majestate parvificit Deitatem suam, itaut in crucē cogeretur, & in infernū descenderet, & disrumperet sepem, quam à sæculis nemo diruperat, mortuos suscitaret: qui descendit quidem solus, ascendit autem cum grandi multitudine ad patrem suum. Jussit ergo Abgarus, ut maturè omnes cives convenirent, ut audirent prædicationem Tatthæi. Et post hæc jussit ei dari aurum, & argentū, sed ille non accepit, dicens: si nostra dereliquimus, quomodo accipiemus aliena? Gesta sunt autē ista quadringentesimo, & tricesimo anno. Non inutiliter ut pote à nobis verbum ex Syrorum lingua interpretatâ, hunc in nris libris tenebūt locū.

# EVSEBII PAMPHILI

EPISCOPI CAESARIENSIS ECCLESIAsticæ historiæ, Liber Secundus.

PROOEMIVM.



VAECVNQVE OPORTVIT VElut in principiis Ecclesiasticæ historiæ designari, sive de divinitate Salvatoris, sive de antiquitate nostræ religionis, ac vetustate doctrinæ, & vt olim tradita sit Christianorum, quæ nouella videtur, institutio



tutio, sed & de aduentu ipsius domini & Salvatoris nostri nuper impleto, ac passionibus consummato: de apostolorum quoque electione, superiore libello, quanta potuimus breuitate perstrinximus. Age iam nunc, quæ etiam post ascensionem eius cōsecuta sunt, videamus, partim diuinarum scripturarum testimoniis edocentes, partim extrinsecus ex his quæ fideliter in commentariis, qui ad memoriam posteritatis inuenti sunt comperimus approbantes.

## De vita & institutione apostolorum post Ascensionem domini, CAPVT I.

PRimus igitur in apostolatum pro Iuda proditore Mathias sorte conscisciturr, qui erat vnus ex discipulis domini, sicut supra demonstratum est. Ordinantur autem & diaconi septem numero per orationes & manus impositionem apostolorum, ministerii viduarum gratia. In quibus Stephanus, qui & primus post dominum, statim post ordinationem suam lapidatur ab his, qui & dominum occiderunt, per quod & nominis sui στέφανω donatur á Christo. Tunc & deinde Iacobum qui dicebatur frater domini, pro eo quod esset filius Ioseph, qui CHRISTI quasi pater habebatur, quoniam quidem desponsata ei fuerat virgo Maria, quæ priusquam conueniret cum eo, inuenta est in vtero habens de spiritu sancto, sicut Euangelista protestatur. Hunc, inquam, ipsum Iacobum, qui & Iustus cognominatus est ab antiquis, virtutum meorito, & insignis vitæ priuilegio, primum historiæ tradiderunt susceptisse ecclesiæ, quæ in Hierosolymis est, sedē, sicut Clemens in sexto Dispositionū libro asserit dicens: Petrus enim, inquit, & Iacobus, & Ioannes, post assumptionē Saluatoris, quāuis ab ipso fuerint oībus penè prælati, tamē nō sibi vindicabant primatus gloriā, sed Iacobū, qui dicebatur Iustus, apostolorum episcopū statuunt. Idē quoq; ipse in septimo eiusdem operis libro addit de ipso etiam hæc: Iacobo (inquit) qui dicebatur Iustus, & Ioanni, & Petro post resurrectionem

Act.1.d Diaconi 7. Act.6.a

Hoc est corona.

Act.7.g Iacobus iustus episcopus Hierosolymorum Mat.1.c. An. do.34.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ctionem dominus omnem scientiam tradidit, & ipsi cæteris Apostolis: qui Apostoli illis septuaginta discipulis tradiderũt, ex quibus vnus erat & Barnabas.

Ioſ.an.20.11 An. do.58. Duos autẽ fuisse Iacobos cõstat vnum hunc Iustum, qui de pinna templi dejectus, fullonis vecte percussus est, & morti traditus. Alius autem est ille, qui ab Herode capite cæsus est. Huius ergo Iusti Iacobi etiam

An.do.44. Gal.1.d Paulus meminit, cũ scribit: Alium autem, inquit, apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini. In hoc ergo tempore etiam Tatthæus (de quo supra memorauimus) secundum domini præceptũ ad

An.do.43. regem Abgarum missus, ipsum quidem ægritudine morbi corporalis absoluit, vniuersam verò ciuitatem Edessenorum Christo domino fideli satis credulitate sociauit, ita vt in hodiernum ciuitas illa (quippe quæ ipsius domini & Saluatoris meruit scripta suscipere)

Act.8.a Discipuli dispersi ludęis prædicabãt. velut speciali quadam Christo deuotione dicata sit. Interea persecutio prima aduersus Ecclesiam dei, quæ est Hierosolymis, facta sub primo martyre Stephano, omnes discipulos, exceptis duodecim, per vniuersam Iudæam, Samariamq; dispersit, seu potius, vt sancta scriptura indicat, disseminauit. Ex quibus nõnulli ad Phœnicen, & vsque ad Cyprum, atque Antiochiam deuenerunt: qui gentibus quidem credere mysterium fidei nondum audebant, Iudæis tamen prædicabant.

Saulus Act..a Philippus diaconus Act.8.a Interea Paulus adhuc vastabat Ecclesiam ingrediens domos, & pertrahens viros ac mulieres tradebat in carcerem. Sed & Philippus, qui erat vnus de septem, cum Stephano diaconus ordinatus, descẽdit Samariã, virtute dei repletus, & prædicabat primus verbum dei Samaritanæ genti. In quo tanta erat diuinæ gratiæ efficacia, vt etiam Simonem Magum suis prædicationibus consternaret, qui per idem tempus celebris famæ apud Samaritanorum populos habebatur, ita vt virtus dei magna esse putaretur. Sed is cum vidisset signa & miracula quæ à Philippo per diuinæ gratiæ potestatem fiebant, obstupefactus & territus cessit, & credere se in Christum, vsquequo etiam baptismum



acciperet, simulauit. Quod reuera mirari dignum est, hodieq; eodem ordine fieri ab his qui velut hæreditariam ab illo simulationem sectæ impurissimæ suscepe runt: quiq; autoris sui artibus instituti, ecclesiam fraude qualibet ingressi, lauacrum furantur, & sancta nostra velut alicuius morbi contagione commaculant. Serpit enim eorũ venenatus sermo sicut vlcus in gregibus, & occultis verborum morsibus incautis letale virus infundit, donec noxias eorum latebras diligentia pastoris inuestigatas, educat ad lucem: sicut & ipse Simon Petri industria cõprehensus, pœnam quã mere batur, expendit. Verũ per dies singulos augescẽte prædicatione verbi diuini, per dei prouidentiã ex Æthiopię regionibus adest quidam reginæ gẽtis illius præpositus (moris quippe est illi nationi etiam nunc à fœminis regi) tanq; vota in Hierosolymis redditurus.

In fictos catechumenos.

Act.8.c Præfectus Cãdaces reginæ Æthiopum.

Act.8.d Huic Philippus, respõsis sancti spiritus iussus, primo ex omnibus gentibus mysterium fidei, & sacramentũ baptismi tradidit, & velut quasdam eum deo primitias omnium consecrat nationum. Hunc opinio tenet ad patriam terram regressum, scientiam dei summi & salutarem domini nostri præscientiam indigenis gentibus (sicut sibi tradita fuerat) prædicasse. In quo rebus ipsis completa est per eum prophetia, quæ dicit:

Pſal.67. Æthiopia præueniet manus eius deo. Dum hæc ita aguntur, Paulus vas electionis, nõ ex hominibus, neq;

Paulus Gal.1.a per hominem, sed per reuelationem Iesu Christi & dei patris, qui eum suscitauit à mortuis, in apostolatum vocatur cœlesti ad se voce delata.

## Quemadmodum Tiberius à Christo edoctus, à Pilato commotus sit. CAPVT II.

INterea cum per omnem iam locum de resurrectione & mirabilibus domini Iesu Christi, & de ascensione eius ad cœlũ fœlix fama loqueretur, ac per omnium aures beati huius rumoris volueretur opinio: quoniam antiqui moris erat apud Romanos, vt prouinciarum iudices, si quid forte noui in his, quas re-

gebant, prouinciis accidisset, vel principi vel senatui nuntiarent, vti ne ex his quæ gerebantur, ignorare aliquid viderentur, de resurrectione à mortuis domini & Saluatoris nostri IESV CHRISTI, quæ iam in
An.do.34. omnem locum fuerat peruulgata, Pilatus Tiberio
Pilatus de principi refert. Sed & de cæteris mirabilibus eius,
Christo. & vt post mortem cum resurrexisset, à quàm plurimis iam deus esse crederetur. Tiberius quæ comperat, retulit ad Senatum. Senatus autem spreuisse dicitur, pro eo quod non sibi prius huius rei indicium fuerit delatum, sed autoritatem suam præueneSenatus. rit vulgi sententia. Lex etenim erat antiquitus designata, ne quis apud Romanos deus haberetur, nisi Senatus decreto & sententia confirmatus. Porrò autem pro vero hoc erat quod gerebatur, ne diuina virAl. asser- tus humanis putaretur † assertionibus indigere.
toribus. Cumq; secundum ea quæ supra diximus, renuisset Senatus, Tiberius tamen tenuit sententiam suam, vt ne quid aduersum doctrinam CHRISTI contrarium
Tertull. moliretur. Hæc Tertullianus, vir & legum, & institutionum Romanarum peritissimus, & inter nostros
Addidit scriptores admodum clarus, in Apologetico suo, quæ
Ruffinus. aduersum gentes pro nostra fide scribit, hoc modo retulit: Vt de origine, inquit, aliquid retractemus eiusmodi legum: Vetus erat decretum, ne quis deus ab imperatore consecraretur, nisi à Senatu probatus. Sicut Marcus Æmilius de deo suo Alburno. Facit & hoc ad causam nostram, quod apud vos humano arbitratu diuinitas pensitatur. Et nisi homini deus placuerit, deus non erit. Homo iam deo propitius esse debebit. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in seculum intrauit, annuntiata sibi ex Syria Palestina, quæ illic veritatem istius diuinitatis reuelauerant. detulit ad Senatum cum prærogatiua suffragii sui. Senatus, quia non ipse probauerat, respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Hæc Tertullianus.

Vt in



Vt in omnem mundum breui tempore diffusa de Christo prædicatio sit. CAP. III.

QVod profecto diuina prouidentia ita tunc Cæsaris sensibus ingessit, vt absq; vllo obstaculo in ipsis duntaxat initiis Euangelii sermo vsquequaq; percurreret. Vnde & factum est, vt repente quasi cœlitus lumen ostensum, aut radius quidam solis eumpens totũ orbem claritate superni luminis illustraret, vt compleretur illa prophetia, quæ dixerat: In omnẽ Psal.18.a terrã exiuit sonus eorũ, Euangelistarũ scilicet & Apostolorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Ex quo & per omnes ciuitates ac vicos immensæ multitudines, velut messium tempore frumenta ad areas, ita ad ecclesias populi cõgregabantur. Quicunq; illi à parentibus traditæ sibi morbidæ superstitionis vinculis tenebantur, per doctrinã Christi, simul & per virtutũ miracula quæ fieri videbant, recepta veri dei notitia, tanquam à tyrannicis dominiis liberati, ad vnum verum deum & dominũ creatorem q; suum, vetusti pœnitentes erroris, fideli cum cõfessione veniebãt. Cum igitur passim iam per omnes etiam gentilũ populos profusius effunderetur diuina dignatio, primus Cor- Act.10.a nelius apud Cæsaream Palæstinæ vrbem maximã, cũ Cornelius omni domo sua ad fidem Christi, Petro ministrante, Centurio. perducitur. Iam inde quàm plurimi & alii ex gẽtibus apud Antiochiam ad fidem veniunt, eorum prædicatione pertracti, quos præ seditione aduersus Stephanũ commota, dissem inatos esse per omnem locum superius edocuimus. Per quos & apud Antiochiam flo- Act.11.c. rentissimã congregatur ecclesia, in qua erant etiã pro- Ecclesia apphetici ordinis viri quàm plurimi, cũ quibus & Bar- pud Antiochiam. nabas & Paulus. Quibus omnibus pariter in gratia dei, & vnanimitate degentibus, ibi primum discipuli, veluti perenni fonte sumpto vocabulo, appellati sunt CHRISTIANI. Qua tempestate Agabus quidã, Christianĩ Act.11.d vnus ex his qui aderant Prophetis, famem magnam An.do.46. futuram diuinis præsagiebat oraculis. Paulus verò & Barnabas, cum ministerio à fratribus collato, quod

sanctorũ vsibus deseruiret, Hierosolymã destinantur.

Quemadmodum post Tiberium Caius Cæsar regem Iudæorum constituerit Agrippã Herodi perpetua pœna deportationis imposita. CAP. IIII.

An.do.38. Caius Caligula Cæsar

TNterea Tiberius duobus & viginti circiter annis sui principatus exactis, viuendi finẽ fecit. Post quẽ Caius imperium suscepit, & continuo Iudæorum principatum tradidit Agrippæ, simul & Philippi ac Lysaniæ tetrarchias, cum quibus & paulò post Herodis eidem pariter contulit. Ipsum verò Herodem, qui vel in Ioannis nece autor extiterat, vel in passione domini interfuerat, multis excruciatum modis, æterno damnat exilio, sicut Iosephus, in his quæ supra inseruimus scribit.

An.do.43. Herodes Lugdunũ Galliæ mittit in exilium Ios.18.14.

Vt Philo pro Iudæis susceperit legationem ad Caium. CAP. V.

An.do.40. Philo

HVius temporibus Philo insignissimus scriptorum florebat, qui non solum in nostra, verum & in Græcorum philosophia primus inter primos habebatur. Hic autem genere quidem à proauis Hebræus, apud Alexandriam verò in omnibus claris & nobilibus viris clarior ac nobilior erat. In diuinis autem legibus & patriis institutis, quantus qualisq; fuerit, ex his quę nobis librorum suorũ tradidit monumẽtis, omnibus clarũ est. Quis enim digne valeat explicare, quãta eius in liberalibus literis fuerit institutio, quanta in philosophicis, quantusq; maxime in Platonicis & Pythagoricis fuerit disciplinis, vtq; omnes & qui secum floruerant, penè & qui præcesserant, superaret. Hic igitur ipse temporibus Caii quãta Iudæis acciderint mala, quinq; voluminibus exponit. Sed & de eiusdẽ mentis insania commemorat, quod in tantum superbiæ elatus sit, vt deum se voluerit appellari. In ipsis autẽ vbi de Iudæorum cladibus refert, suam quoq; legationem, quam pro contribulibus suis Iudæis detulit ad vrbem Romam, describit. Et quod petorãs apud Caium pro patriis legibus, nihil amplius quàm irrisionem retulerit domum, imò & penè periculum mortis incurrerit.

Philonis libri quinq; de calamitatibus Iudęorum. Eiusdem scilicet Caii.

Philo. legatus Iudęorũ ad Cæsarẽ.



rit. Sed & Iosephus meminit horum in decimooctauo Antiquitatum libro, talia quædam scribens: Et quidem cum seditio apud Alexandriam fuisset exorta inter Iudæos & Græcos, terni ab vtrisq; partibus legati mittuntur ad Caium, in quibus pro parte Græcorum erat quidam legatus Apion nomine. Qui cum in cæteris quàm plurimis insimularet Iudæos, tum maxime quod honorem Cæsari non deferrent, vt moris est facere omnibus qui Romanis fascibus subiacent. Hic ergo aiebat: Neq; aras Caio, neq; templa constituunt, neque alia huiusmodi, in quibus ei diuini honores à prouincialibus deferuntur. Sed soli sunt, qui neque statuas ei decernunt, neque sacramentum nominis eius obseruant. Cumq; hæc & alia grauiora allegaret Apiõ, per quæ concitari crederet Caium, Philo, qui legationi præerat Iudæorum, vir in omnibus magnificus, Alexãdri Alabarchæ frater, philosophiæ non ignarus, potentissime purgauit obiecta. Sed abiecit eum Caius, & iubet illico è conspectu suo abscedere. Tunc iracundia repletus, secum ipse rimatur, quid in eos conferat mali. Egressus autem Philo cum iniuria, ait ad Iudęos qui sibi adstabant: Bono animo nos esse oportet, quibus iratus est Caius: quia necesse est adesse diuinum, vbi humanum cessat auxilium. Hæc quidem Iosephus. Sed & idem Philo in ipso libro, quem de legatione cõscripsit, singillatim de omnib⁹ quæ à semetipso gesta sunt refert. Ex quibus illa sola commemorabo, quæ legentibus euidenter in Iudæos diuinam, pro piaculis quæ aduersum Christum ausi sunt, indicent vltionem.

Ios.18.15. Apion

Philonis liber de legatione suaad C. Cęsarem

Quãta acciderint Iudęis grauia post temeritatem crucis in Christum. CAP. VI.

PRimo quidem temporibus Tiberii, refert in vrbe Roma Iulianum quendam magni apud Imperatorem loci, vniuersam eorum gentem summo nisu interimere voluisse. In Iudęa autem Pilatũ (sub quo in Saluatorem facinus admissum est) dum templum quod in Hierosolymis tunc adhuc manebat integrum, pro-

Iulianus

Pilatus

phanare tentaret, maximis eos perturbationibus agi-
tauisse, Sed & post Tiberii occasum, Caium refert suc-
cessorem eius, cum cæteris quàmplurimis, tum etiam
Philonis verba de C. Cæsare Iudæorum genti acerbissimum extitisse. Quod præsto
est etiam ex ipsis scriptoris sermonibus discere. Mul-
ta quidem, inquit, erat in Caio ingenii prauitas, qua
erga omnes homines, tum præcipue erga Iudæorum
gentem ferebatur, & speciali quadam sæuitia loca eo-
rum quæ in diuinis habent supplicationibus consecra-
ta, incipiens ab Alexandria, diripi, & contra religionē
Sancta ciui tas Hieroso lyma moremq; gentis prophanari iubet, statuis suis & si-
gnis ea atq; imaginibus replens. Templum quoq; san-
ctæ ciuitatis, quod solum manebat totius prophanæ
contagionis intactum, & à maioribus perdurauerat
asylum, commutare in templum proprii nominis au-
sus est, vt ædes Iouis nobilissimi noui dei Caii vocare
tur, Sed & alias innumeras clades, & vltra omnes Tra-
gicos luctus apud Alexandriam Iudeis irrogatas esse
Philonis li ber de virtu tibus Caii Cæsaris sub Caio in secundo operis sui De virtutibus libro,
vir memoratus exequitur. Nec non & Iosephus consо-
na huic de Pilati temporibus scribens, pro piaculis Sal-
uatoris quæ vniuersę genti acciderunt mala, audi, vt
etiam ipse in secundo Iudaici belli defleat libro: Is au-
Ios. Iu. bel. lib. 2. cap. 8. tem ait, qui missus est in Iudęam à Tiberio procura-
tor Pilatus, noctu velatas Hierosolymam introferri
imagines Cęsaris iubet, ac statui. Quod vbi dies exor
tus est, magnam perturbationem Iudęorum populis
excitauit, stupentibus & perturbatis ad nouam faciem
rerum. Coniiciebant nanque ex hoc, quod sperneren-
tur & conculcarentur iam leges suę, & omnia institu-
ta maiorum, quibus nihil tale haberi intra mœnia vr-
bis illius fas erat. Sed hoc est solum nimirum in quo
Ioan. 19. d eos impie professionis suę velox vindicta damnauit,
pro eo quod secundum Euangelii relationem simul
gens conclamauit vniuersa: Non habemus regem nisi
Cęsarem. Tum deinde idem scriptor aliam quoque in
eos delatam commemorat vltionem, dicens: Post hęc
autē etiam alia in eos incidit perturbatio, pro eo quod
sacrum



sacrum ærarium quod patria lingua apud eos Corbo-
nas appellatur, contra fas in vsus communes publici
aquæ ductus prorogari viderent, qui à trecentis sta-
diis deducebatur: pro quo nimia indignatione popu-
lus mouebatur. Cumq; adesset Pilatus Hierosolymis
audent adire eum, & clamoribus fatigare. At ille (præ-
uiderat enim seditionem futuram) milites habitu ple-
beo obtectis armis multitudini immiscuit, præcepto
eis dato, vt ne gladiis in seditiosos, sed fustibus vteren
tur. Igitur vbi tempus fuit, signo de tribunalibus da-
to, cædi prosterniq; cœperunt nonnulli verberantium
vulneribus: plurimi autem dum in fugam cōuersi pro
ruunt, propria cōstipatione perculsi, periere: reliqui ve
rò dispersi, & suorum funeribus deterriti, vim doloris
silentio depressere. Multas præterea clades in Hieroso
lymis eis obuenisse, dū nouis semper rebus seditiosius
student, idem scriptor exponit, ostendens quod ex ad-
missi sacrilegii tempore, nunquam ab eis seditionū fu-
ror, nunquam bella mortesq; cessarunt, vsquequo vlti
mum & exitiale malum tēporibus Vespasiani eos ob-
sidionis inclusit.

## Vt Pilatus semetipsum morte dānauit. CAP. VII.

Pilatus sibi ipsi mortē conscuit An. do. 42

IGitur Iudæos pro commisso scelere vltio diuina
damnabat: Sed & Pilatus, qui in Saluatorē iniqui
iudicis functus est officio, iisdem temporibus Caii, tā
tis ac talibus malorum cladibus cruciatus est, vt pro-
pria se manu transuerberans, nephariam vitam vi ab-
iecisse referatur. Nec enim poterat tanti piaculi mini-
ster impunitus euadere. Sicut in historiis Græcorum
reperimus, eorum duntaxat, qui olympiades scribunt
& annales rerum gestarum libros ad posteritatis me-
moriam condunt.

## De fame temporibus Claudii. CAP. VIII.

An. do. 43 SEd enim Caio quatuor annis, nec integris, princi-
patu ministrato, Claudius imperator succedit, sub
quo fames satis dira vniuersum orbem terrę obtinuit:
An. do. 46 Agabus Hoc autem ita futurū, longe ante nostri prophetæ præ
dixerant. Sicut in Actibus apostolorū refertur, Agabū
quendam

Universidad de Deusto
Biblioteca



quendam propheram, famem magnam futuram sub imperatore Claudio denuntiasse. Verum Lucas qui hæc de Agabo refert, coniungit etiam hoc, quod per Paulum & Barnabam, fratres qui erant Antiochiæ, pro viribus vnusquisq; sumptum miserint sanctis habitantibus Hierosolymam. Et post hęc addidit dicēs:

Martyrium Iacobi Apostoli. CAP. IX.

Act.12.a An.do.44 Iacobus frater Ioānis.

IN illo autem tempore (sine dubio tempus quod sub Claudio fuit, cum fames erat, designat) immisit, inquit, Herodes rex manus suas affligere aliquos de ecclesia, & interfecit Iacobum fratrem Ioannis gladio. De hoc autem Iacobo Clemens Alexandrinus etiam historiam quandam dignam memoria, in septimo Dispositionum suarum libro, scribit, perlatam ad se vsq; ex traditione maiorum: Quoniamquidem, inquit, & is qui obtulerat eum iudici ad martyrium, Iacobum scilicet, motus etiam ipse confessus est se esse Christianum. Ducti sunt, inquit, ambo pariter ad supplicium, & cum ducerentur, in via rogauit Iacobum dare sibi remissionem. At ille parumper deliberans: Pax tibi, inquit, & osculatus est eum. Et ita ambo simul capite plexi sunt.

Remissio

Vt Agrippa & Herodes apostolos persecuti, diuinam continuo senserint vindictam. CAP. X.

An.do.44 Petrꝰ in carcerem coniicitur.

SEd tunc, inquit, (vt ait scriptura diuina) vidēs Herodes quia de Iacobi nece gratum esset Iudæis, addidit adhuc, & Petrum coniecit in carcerem, sine dubio etiam ipsum punire volens, nisi diuinum affuisset auxilium. Quo angelus ei noctu assistens, mirabiliter eum vinculorum nexibus soluit, & ad ministeriū prędicationis ire liberum iussit. Et cum Petro quidem hæc gesta sunt. Regis verò facinus in Apostolos perpetratum, dilationem non patitur vltionis, sed continuo vindex adest diuinitus dextera, sicut historia in Apostolorum actibus conscripta nos edocet: Cum, inquit, Cæsaream descendisset Herodes, & in die solenni prędara veste regia indutus, pro tribunali consedisset, ac de sublimi cōcionaretur ad populum: cumq; populus



populus acclamaret ei, Dei voces & non hominis, statim, inquit, percussit eum angelus dei, eo quod nō dederit gloriam deo: & scatens vermibus expirauit. Act.12.d Herodis Agrippæ mors.

Miraculo autem dignum est, tantam consonantiā diuinarum scripturarum, cum historiographo gentis illius deprehendi. Ipse etiam Iosephus de eisdem commemorans decimonono libro Antiquitatum, his, qui bus infra scriptum est, hæc sermonibus refert: Tertium, inquit, annum imperii Iudęæ totius expleuerat, cum forte Cæsaream, quæ prius πύργος Στράτωνος vocabatur, aduenit. Vbi cum in honorem Cæsaris spectacula ciuibus æderet, votiuo, vt videbatur, salutis Cæsaris die, cumq; illuc totius prouinciæ viri honore & facultatibus prædiri conueniissent, secundo spectaculorum die indutus veste fulgenti, ex auro argentoq; mirabiliter contexta, incipiente die procedit ad theatrum. Vbi cum primo solis radios argenteæ vestis gremio suscepisset, repercusso splendore duplicatam spectantibus lucem fulgor metalli vibrantis effudit, vt intuentibus præstringeret aciem terror aspectus, & per hoc plus aliquid de eo quàm humanę naturæ est, artifex arrogantia mentiretur: ilico adulantis vulgi concrepant voces, honorem sonantes, sed exitium conferentes, & hinc atq; hinc caueis conclamantibus deus compellatur, vtq; fieret propitius, suppliciter exoratur, dicentibus populis, quod nunc vsq; vt hominem te timuimus, sed ex hoc iam supra humanā naturam te esse fatemur. Sed rex acclamationem contra fas habitam non repressit, nec impietatem illicitæ adulationis exhorruit, donec respiciēs paulò post imminentem atque insistentem capiti suo videret angelum: eumq; sensit cōtinuo exitii sui ministrum, quem prius nouerat prouisorem bonorum. Et ecce repente cruciatus eum ex dolore incredibili ventris atq; inflatione corripuit: respiciensq; ad amicos: En, inquit, ille ego deus vester, ecce propellor cōfestim & deturbor ex vita, quoniamquidem diuina virtus nuper collatas in me falsas arguit voces. Et qui modo immortalis

hoc est, Turris Stratonis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



talis dicebar à vobis, præceps iam iamq; rapior in mortem: sed suscipienda est sententia quam deus statuit. Nam & viximus haud contemnendi, & longeuitatem, quæ beata putatur, expleuimus. Et cum hæc dixisset, vi doloris vehementius agitatus, instanter ad palatium reportatur. Cumq; diuulgatum esset, eum propediem moriturum, ingens multitudo totius ætatis & sexus conueniens, more patrio super cilicia strati omnipotenti deo pro regis incolumitate supplicabant. Omnis autem domus regia planctibus & gemitibus personabat. Cum interim rex ipse in excelso solario recubans, & deorsum respiciens, ac pronos prostratosq; omnes cum fletibus præuidens, ne ipse quidem temperabat à lachrymis. Verum continuis quinque diebus ventris doloribus cruciatus, vitam violenter abrupit, quinquagesimum ætatis & quartum agens annum, regni verò septimum. Quatuor etenim sub Caio Cæsare annis regnauerat, Philippi tetrarchiam tribus annis obtinens, quarto autem etiam Herodis sibi adiungens, tribus autem reliquis annis sub Claudio Cæsare exactis. Cum in cæteris quàm plurimis Iosephum, tum in his tam integre diuinæ scripturæ concordare valde miratus sum. Quod verò videtur in solo regis vocabulo variare, cum & tempus, & actus, & res eundem ostendat fuisse, possibile est, sicut in aliis quàm plurimis Iudæorum nominibus inuenimus, etiam hunc duplici vocabulo nuncupatum, quorum altero Lucas noster, altero vsus sit Iosephus. Verum quoniam rursum Lucas in Actibus Apostolorum introducit Gamalielem, quum de Apostolis in Iudæorum consessu deliberatio fieret, hoc ipso in tempore dicentem: Quia surrexit Theodas quidam, dicens se esse magnum quendam, qui destructus est, & omnes qui sequebantur eum, dissoluti sunt: age etiam de hoc, quid Iosephus in hoc eodem libro scripserit, proferamus.

An.do.46. Ios.ant.lib. 19.cap.7

Agrippam etiã Herodis nomen habuisse.

De Theoda qui deprauauerat populum.

CAP. II.

Fadò,



FAdo, inquit, Iudæam procurãte, deceptor quidam mãgus Theodas nomine, persuadet populi multitudinem, sublatis propriis facultatibus vrbe excedere, & ripas Iordanis fluminis obsidere. Dicebat autẽ se etiam prophetam esse, & posse verbi sui præcepto fluuii fluẽta dirimere, & facilem sectatoribus suis fluminis transitum dare. Quæ cum diceret, multos decepit. Fadus verò non in longũ vecordiæ eius indulsit, sed immittit equitum turmam, quę ex improuiso irruens super eos, quàm plurimos quidẽ peremit, multos tamẽ & viuos cepit, ipsius autem Theodæ caput desectum Hierosolymam deportauit.

Ios.ant.lib. 20.cap.4. Act.5.f

Cuspius Fadus.

Theodas impostor.

De Helena regina Adiabenorum. CAP. XII.

POst hæc idem scriptor etiã de fame, quę sub Claudio facta est, hoc modo memorat: Per idem tempus, inquit, fames magna obsederat etiam Iudæam. Qua tempestate regina nomine Helena, multis pecuniis comparatum frumentum de Ægypto, & Hierosolymam delatum, indigentibus ministrabat. Quid tam consonans, tamq; concordans, quàm hæc sunt cum illis quæ in Actibus Apostolorum scribuntur, vbi dicitur: Quia discipuli qui erant Antiochiæ, prout potuit vnusquisq;, miserunt in ministerium sanctis habitantibus in Iudæa, deferendum per manus Barnabæ ac Pauli, ac per presbyteros dispensandum? Helenæ verò huius, cuius historiographus intulit mentionẽ, etiam nunc extat sepulchrum nobile pro portis Hierosolymorum. Regnasse autem apud Adiabenorum gentem refertur.

An.do.46. Act.11. Helena Adiabenorum regina.

De Simone mago. CAP. XIII.

INterea cum fides domini & saluatoris nostri Iesu Christi per omnium cresceret mentes, & per dies singulos religionis propagarentur augmenta, nequaquam quiescit hostis salutis humanæ: sed vrbem maximam, quæ est caput omnium, præuenit, & Simonem illũ, de quo in superioribus diximus, euocat. Cuius nepharijs artibus adminicula ipse maiora suppeditans, plurimos vrbis illius ciues in erroris eius vincula

Simon magus. An.do.43.

Universidad de Deusto Biblioteca

cula coniecit. Designat hæc vir in scriptoribus nobilis, non multo post Apostolorum tempus exortus

Iustinus. Iustinus, de quo suis in locis quod competit, assignabimus. Hic igitur in Apologetico, quem pro fide nostra ad imperatorẽ Antoninum scribit, de his hoc modo refert: Et post ascensionem, inquit, domini ad cœlum, instigabant dæmones quosdam hominum, qui dicerent se deos esse, quos nos fugauimus. Simon denique quidam Samaritanus, de vico qui dicitur Gytho, sub Claudio Cæsare magicis artibus, & ope dæmonum subleuatus, in vrbe vestra, quæ regnum omnium tenet, quàm plurimis per phantasias deceptis, Deus decretus est, & simulacri apud vos quasi Deus honore donatus est in flumine Tyberis inter duos pontes collocati, habentis etiam titulum Latinis literis scriptũ: SIMONI DEO SANCTO, quem & omnes pene Samaritæ, nõnulli etiam ex cæteris gentibus tanquam summum deum, & adorant, & confitentur.

Selenen Sed & Selenen quandam erroris eius ac deceptionis comitem, quæ prius in prostibulo steterat apud Tyrum vrbem Phœnices, cum ipso velut primam quandam mentem consecrauerunt. Hæc quidem Iustinus.

Irenæus. Consona verò huic etiã Irenæus scribit in primo aduersus hæreses libro, in quo vel quis ipse fuerit Simõ, vel quàm impura eius opera atque doctrina, plenius refert: quæ multum est vt hic inseramus, cum liceat volentibus ea scire per singula ex ipsis supradicti Irenæi libris, vel de hoc, vel de cæteris autoribus diuersarum hæreseon, & de venenatis eorum dogmatibus diligentius noscere. Caput igitur totius prauitatis, & principium omnis hæresis à Simone cœpisse accepimus. Ex quo vsque in hodiernum sectatores eius, simulantes adire se purissimam Christianorum philosophiam, quam vident apud omnes pro castitate vitæ, & instituti sanctitate mirabilem, superstitionis idolorum (quam deserere videntur) rursum vinculis innectuntur, colentes ac venerantes picturam & imaginem Simonis, et illius, quã ei sceleris ac turpitudinis



his extitisse sociam diximus, Selenen. His incensos odores offerunt, his sacrificia & libamina impura delibant. Sed & his adhuc nequiora & execrabiliora committunt. Aiunt enim esse quædam apud se ineffabilia, quæ cum primo quis audierit, mente excedat, & eorũ quasi virtute perculsus, velut attonitus maneat, & vsque ad dementiam veniat. Quæ cum ita sint, aiunt impossibile esse, vel scripturæ ea tradi, vel ore ac labiis proferri. Hæc qui audit, pro veneratione ita se habere tem credit. Porrò autem vere verba illa huiusmodi sunt, quæ pro impuritate & obscœnitate sui, castis & pudicis auribus execrabilia, & penitus horrescenda ducantur. Quicquid enim illud est turpe & impurum, quod excogitari à quoquam potest, omni hoc impurius esse traditur. Quod inquinatissimæ huius hæresis mystice tectum apud se reseruari pollicentur arcanum, infelicibus per hæc mulierculis & peccatis (vt ait Apostolus) oneratis, detestabiliter illudentes. Hunc igitur talium malorum patrem & autorem per idem tempus Simonem ex apparitorum suorum numero diabolus suscitans, ad vrbem maximam ire compulit Romam, vt ibi potentissimis athletis domini ac saluatoris nostri Iesu Christi apostolis, in hoc ipsum ab eo subrogatis, obsisteret. Sed diuina virtus & gratia (in maximo præcipue certamine) nunquam deserit suos, quæ incensam maligni flammam tota celeritate restinguit, & omnem altitudinem destruit attollentem se aduersum scientiam dei. Propter quod neque Simon, neq; alius quis congressus tunc aduersus Apostolos domini potuit obtinere: quia veritatis lux, & verbi diuini claritas, quæ ob salutem hominũ nuper obfulserat, per Apostolos suos totius mendacii discussa caligine, de humanis mentibus ignorantiæ tenebras effugabat. Denique supradictus Magus, veri luminis fulgore perculsus, cæcitatem continuo male sanæ mentis incurrit: quippe qui iam & prius in Iudæa per Apostolum Petrum, de his quæ gerebat sceleribus confutatus, transmarinam aggressus est fu-

Hæresis Simonis magi.

gam, & ab Oriente ad Occidentem vsque pertendit, nusquam sibi vitam, nisi in fugæ præsidio sperans. Is igitur vrbem Romam ingressus, vtens adminiculo assistentis sibi, & adhærentis dæmoniacę virtutis, quã παράδρομον vocant, breui tempore in tantum malorũ venit profectum, vt etiam simulacri â ciuibus Romanis tanquam deus honore potiretur.

παράδρομος Assessor.

De prædicatione Petri Apostoli apud vrbem Romam. CAP. XIIII.

An. do. 44 Petrus Romam venit anno secundo Claudii

SEd non in longum permanet fraude quæsita diuitis nitas. Continuo nanque in ipsis Claudii temporibus, clemẽtia diuinæ prouidentię probatissimum omnium Apostolorum & maximum, fidei magnificentia & virtutis merito primorum principem Petrum, ad vrbem Romam, velut aduersum humani generis cõmunem perniciem repugnaturũ deducit, ducem quendam & magistrum militiæ suæ, scientem diuina prælia gerere, & virtutum castra ductare. Iste aduenies ex Orientis partibus, vt cęlestis quidam negociator, mercimonia diuini luminis, si quis sit comparare paratus, aduexit, & salutaris prædicatiõis verbo primus in vrbe Roma Euangelii sui clauibus ianuam regni cœlestis aperuit.

De Euangelio secundum Marcum. CAP. XV.

IGitur cum Romanæ vrbi clarum verbi dei lumẽ fuisset exortum, Simonis quidem tenebrę cum suo autore restinctę sunt. Sermo autem veritatis & lucis, qui per Petrum prædicabatur, vniuersorum mentes placido illustrauit auditu, ita vt quotidie audiẽtibus eum, nulla vnquam satietas fieret. Vnde neq; auditio eis sola suffecit, sed Marcum discipulum eius omnibus precibus exorant, vti ea quæ ille verbo prædicabat, ad perpetuam eorum commonitionem habendã, scripturæ traderet, quo domi foris q; in huiuscemodi verbi meditationibus permanerent. Nec prius ab obsecrando desistunt, quàm quę orauerant, impetrarent. Et hęc fuit caussa scribendi, quod secundum Marcum dicitur Euangelium. Petrus verò, vt per spiritum sanctum

Marcus Euangelista suum Romæ scripsit Euangelium.



ctum religioso se spoliatum comperit furto, delectatus est, fidem eorum per hæc deuotionem q; considerans: factum q; confirmauit, & in perpetuum legendã scripturam ecclesiis tradidit. Clemens in sexto Dispositionum libro, hæc ita gesta esse describit. Cuiq; simile dat testimonium etiam Hierapolites episcopus nomine Papias: qui & hoc dicit, quod Petrus in prima epistola sua, quam de vrbe Roma scripsit, meminerit Marci, in qua tropice Romam Babylona nominarit, cum dicit: Salutat vos ea quæ in Babylone est electa ecclesia, & Marcus filius meus.

Clemens. Papias Roma Babylon

Vt primus Marcus per Ægyptũ Christi notitiam prædicarit. CAP. XVI.

HVnc autem Marcum tradunt primum ad Ægyptum perrexisse, atq; inibi Euangelium quod ipse conscripserat, prædicasse, & ipsum primum ecclesiam apud Alexandriam constituisse. Tanta autem refertur multitudo credentium virorum ac mulierum, primo ingressu exemplo sobrietatis eius & continentiæ congregata, vt etiam conuersatio eorum qui per ipsum crediderant, & vita totius abstinentiæ, ac frugi eorum sobriaq; conuiuia, librorum memoriæ mandarentur â viro disertissimo Philone, quem sermo tenet temporibus Claudii Imp. Romam venisse, & Petrum apostolum vidisse, atque eius adhæsisse collo quiis, verbum dei prædicantis. Quod valde est verisimile, quia & scripturam istam, quam diximus, posterioribus ab eo temporibus constat esse compositam. In qua euidẽtissime omnia ecclesię instituta complectitur, quæ & tunc tradita sunt, & in hodiernum seruantur â nobis. Sed & abstinentium vitas, eorum duntaxat, qui nunc in ecclesiis vel monasteriis degunt, describit ad liquidum. Vnde planè manifestissime proditur, non solum sciens quæ nostra sunt, sed & amplectens: quippe qui diuinis laudibus extulit sui temporis Apostolicos viros, ex Hebræorum (quantum intelligi datur) præcipue genere credẽtes:

Marcus Alexandrinis Christum prædicat.

Apostolici viri ex Hebræorũ genere

quoniam quidem constat, quod hi qui sub Apostolis ex Israelitis credebãt, Iudaicis adhuc institutionibus, & legis obseruationibus inhærebant.

Qualia de abstinentibus apud Ægyptum Philo scribat. CAP. XVII.

περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν.

HIc igitur describens hęc in libello, quem De vita theoretica supplicum adtitulauit, nihil omnino de proprio vel extrinsecus addit, sed primo omniũ viros ipsos cultores, & fœminas cum ipsis, ait cultrices appellari. Causam verò huius vocabuli, vel ex eo ductam, quod conuenientiũ ad se animas, tanquam rudes & agrestes excolerent, vel quod erga dei cultum pura & integra conscientia perdurarent. Quod nomẽ siue ipse imposuit primus illis, ex ipsorũ actibus colligens: siue verè in initiis ita appellabantur, qui secundum euangelium viuebant, antequam Christianorũ appellatio per omnem locum diffunderetur: nihil interest, dummodo ex ipsis rebus nomen ad quos pertineat, comprobetur. Dicit ergo primò omnium, quod renuntient cunctis facultatibus suis, qui se ad huiusce modi philosophiam dederint, & bonis suis quibus interest, cedant. Tum deinde, quod omnes etiam vitæ sollicitudines procul abiiciant, & extra vrbem egressi, in hortulis, vel exiguis quibusq; agellulis degant, refugientes imparis propositi consortia, & vitæ dissimilis contubernia, scientes impedimento esse hęc arduum volentibus iter virtutis incedere. Tali quippe ordine calore fidei incitati hi qui primitus credebant, vitam duxisse memorantur, sicut euidenter in Actibus Apostolorum legimus scriptum, quia omnes qui credebant sub Apostolis, possessiones suas & prædia vendentes, precia ponebãt ante pedes Apostolorum, & diuidebantur vnicuiq; prout opus erat, ita vt non esset quisquam in eis egens. Quia ergo & hic similia scribit geri ab his, qui apud Alexandriam credebant, sicut illi qui in Hierosolymis ante crediderãt, certum est quod idem actus, eademq; institutio, eandem sine dubio & religionis fidem designet. † Denique libro

Cultores
Cultrices

Christiani.



ipsi (de quo supradiximus) tale initium dedit. In mul
tis, inquit, est orbis terræ partibus hoc genus homi
num. Oportebat nanque perfecti huius boni partici
pem fieri omnem Græciam, omnemq; Barbariam.
In Ægypto tamen maior est copia per singula quæq;
territoria, præcipue autem circa Alexandriam. Nam
optimus quisq; ex omnibus locis, velut ad vberis pa
triæ glebam festinus accurrit colonus. Regio quæ
dam est philosophiæ magis quàm frugibus opportu
na, supra lacum, cui Mariæ nomen est, sita, colliculis
quibusdam molliter & clementer erecta, ad muni
mentum simul atque aëris temperiem commoda.
Post hæc descriptis eorum habitaculis, vt se habeat
singulorum qualitas & situs, etiam de ecclesiis quæ
apud eos sunt, ita dicit: Est autem, inquit, in singulis
locis consecrata orationi domus, quæ appellatur Σεμ
νεῖον, vel Μοναστήριον. Σεμνεῖον autem in nostra lingua si
gnificare potest honestorum conuenticulum, in quo
secedentes, inquit, honestæ & castæ vitæ mysteria ce
lebrant, nihil illuc prorsus quod ad cibum potumq;
pertinet, inferentes, vel ad reliqua humani corporis
ministeria, sed legis tantum libros, & volumina Pro
phetarum, hymnos quoq; in deum, cæteraq; his simi
lia, in quorum disciplinis atque exercitiis instituti, ad
perfectam beatamq; vitam studiis iugibus coalescũt.
Et post aliquanta iterum dicit: Ab ortu autem diei vs
que ad vesperam omne eis spacium studiorum exerci
tiis ducitur, quibus ad diuinam philosophiam per sa
cras literas imbuuntur, patrum leges in allegoricam
intelligentiam deducentes. Quoniam quidem formas
esse & imagines, ea quæ in legis litera scripta sunt,
opinantur, latentis intrinsecus profundi cuiusdam di
uinique mysterii. Habent autẽ etiã disputationes quas
dam, & interpretationes veterum virorũ, qui & auto
res ipsius † αἱρέσεως extiterunt, quos eis allegoricæ ac
figuralis intelligẽtiæ normam, quàm plurimis scripto
rum suorum constat tradidisse monimentis. quorũ illi
velut itineris sui ducum, & autorum instituta pariter

Initiũ libri Philonis de vita nostrorũ, id est, de apostolicis viris. quem inscripsit De vita cõtemplatiua supplicũ, ꝗd videlicet cẽlestia contẽplantur, & semper deũ orent.

Id est, instituti, sectæ.

Universidad de Deusto



Euangelici atq; apostolici libri.

sequuntur,& morem.Hæc autem dixisse hunc virum certum est de Euangelicis atque Apostolicis libris,in quibus quomodo lex & prophetia spiritualiter intelligi debeat,edocetur. Post pauca rursum etiam de eo

Componũt nouos psalmos

quod psalmos faciant nouos, ita scribit : Itaque non solum subtilius intelligunt hymnos veterum , sed & ipsi faciunt nouos in deum,omnibus eos & metris,et sonis,honesta satis & suaui compage modulantes.

Multa quidem & alia in eodem libro enumerat, quæ à nostris vel in ecclesia,vel in monasteriis exercentur. Sed properandũ nobis est illa ex omnibus dicere,quę ecclesiasticam proprie continent formam, ex quibus cuiuis manifestum esse debeat, ad ecclesiam pertine-

Continentia

re quæ scripta sunt. Ait ergo: Continentiam verò velut fundamentum quoddam primò in animo collocant,& ita demum reliquas super hanc pergunt ædificare virtutes. Cibum potumq; nullus eorum capit ante solis occasum:videlicet tempus lucis cum philosophię studiis,curam verò corporis cum nocte sociantes. Nonnulli autem etiam post triduum in communionem veniunt cibi,quos scilicet edacior studiorum fames perurget. Iam verò hi qui in eruditionibus sapientiæ,& in profundiore intelligentia sacrorum voluminum conuersantur,tanquam copiosis dapibus inhiantes , expleri nequeunt , & contuendo acrius inflammantur,ita vt nec quarto iam,nec quinto, sed sexta demum die non tam desideratum quàm necessarium corpori indulgeant cibum . Hęc Philonem de nostrorum institutis referre,quis potest dubitare ?

Quod si cui videtur adhuc ambiguum,adhibebimus etiam alia eius dicta , quæ nulli omnino, nisi nostris tantummodo conuenire etiam infidelissimus quisque

Fœminæ virgines,

fatebitur. Ait ergo : Cum viris autem quos dicimus,sunt & fœminæ, in quibus plures iam grandæuę sunt virgines , integritatem casti corporis non necessitate aliqua, sed deuotione seruantes: dum sapientiæ

Monialiũ origo.

studiis semet gestiunt non solum animo sed & corpore consecrare, indignum ducentes , libidini mancipare



cipare vas ad capiendam sapientiam præparatum,& ædere partum eas, à quibus diuini verbi concubitus sacrosanctus & immortalis expetitur,ex quo posteritas relinquatur, nequaquam corruptelæ mortalitatis obnoxia. Quod si adhuc parum videtur istud , audi quid post aliquanta scribat. Tractatus autem sacrorum,inquit,voluminum huiusmodi habent,vt magis allegoricis opinionibus vtantur, quoniam quidem omnis lex viris istis videtur animali esse similis , qđ corpus quidem habeat ipsam literam , & ea quæ secundum literam designantur:animam verò occultum in litera spiritalem & inuisibilem sensum , quem illi ab autoribus suis edocti,sublimius & nobilius velut inspicientes per speculum contemplantur, ex ipsis etiam nominibus admirandas quasdam species intelligentiæ proferentes. Quid autem addere his opus est , etiam de conuentibus eorum quæ scribit , & vt seorsum quidem viri,seorsum etiã in iisdem locis fœminæ congregentur:& vt vigilias,sicut apud nos fieri moris est, peragant, & maxime diebus illis cum passionis dominicæ solennitas celebratur, cum in iisuniis pernoctare , & lectionibus sanctis auditum præbere consueuimus ? Quæ omnia supradictus vir eo ordine,eadémque consequentia qua apud nos geruntur,expressit. Et vt vnus ex omnibus consurgens in medio , psalmum honestis modulis concinnat,vtque præcinenti ei vnum versiculum , omnis multitudo respondeat: atque in ipsis diebus in terra recumbentes (sicut antiqui moris fuisse dicitur) vinum quidem nemo omnino, vt ipse ait, ne gustu quidem contingat , sed nec quamlibet carnem : tantum autem aqua sit eis poculum , & panis cum sale vel hyssopo cibus. Addit autem adhuc his , quomodo sacerdotes vel ministri exhibeant officia sua, vel quæ sit supra omnia episcopalis apicis sedes . Quæ cuncta si quis plenius vult & exploratius discere, ostendimus ex quo ista fonte debeat haurire. In quibus supradictus vir ecclesiasticæ institutionis initia,

Mod⁹ interpretãdi scripturas.

Allegoria.

Habitatio.

Vigiliæ.

Solennitas dominicæ passionis tẽpore Euseb.

Quomodo se gerant in templo.

& originem Apostolicæ atq; etiam Euangelicæ traditionis intexuit. Est autem idem Philo affluentissimus quidem in eloquentia, in sensibus autem profundissimus, & in interpretatione atq; intelligentia diuinarum scripturarum subtilissimus, copiose inueniens, & copiosius eloquens. Multa deniq; diuini nobis etiam ipse ingenii sui monumenta dereliquit.

Quanti ad nos peruenerint Philonis libri.

CAP. XVIII.

Libri Philonis.

PRimo quidem per ordinem in Genesim scripsit libros, quos adtitulauit, Sacræ legis explanatio figuralis. Tum deinde & alios continentes sparsim de diuersis capitulis quæstiones, in quibus quæ requiri debeant, & proponit, & soluit, quas

Quæstiones & absolutiones de Genesi & Exodo, adtitulauit.

Sunt & alii eius libri, qui superscribuntur,

Propositionum: qui sunt,

De agricultura duo, &

De temulentia duo. Sed & alii quàm plurimi extant eius libri, diuersis vocabulis adnotati, sicut est,

Quæ sint pro quibus mens debet orare deum. Et

De confusione linguarum.

De natura & inuentione.

De his quæ congregari debeant ad erudiendum. Et

Quis sit qui hæres sit diuinorum.

Quę sit æqualium & inæqualium diuisio. Item

De tribus virtutibus quas descripsit cum cæteris Moyses. Item

De his quorum in scripturis nomina commutata sunt & quibus ex causis commutata sint. In quibus refert se scripsisse etiam

De testamẽtis primũ & secundũ. Est & alius liber eius

De captiuitate, &

De vita sapientis, eius qui secundum perfectam iustitiam & leges naturales consummatus est.

De gigantibus.

De eo, quod inconuertibile sit quod diuinum est.

De



De Moysi vita libros quinq;.

De eo quòd à deo sint † somnia. Hęc penè omnia in Genesim scripsit. Sed & In Exodum Quæstionum & absolutionum libri quinq;. † omnia

De tabernaculo.

De decem verbis legis.

De his quæ inferuntur sub specie decalogi. Et

De animalib. quę sacrificiis deputata sunt, & quę sunt species sacrificiorum.

Quæ sunt proposita in lege bonis præmia, & malis maledicta.

Tum præterea singulares eius libri:

De prouidentia.

De Iudęis apologetic⁹ lib. hoc est, De vita vrbana. Et

Ad Alexandrũ, dicẽtẽ rationẽ habere muta animalia.

De eo quod seruus sit omnis qui peccat. Item alius,

De eo quod liber sit omnis qui bonis studiis operam præbet.

De vita theoretica, vel supplicum. Hic ipse in quo & de Apostolicis viris esse quæ scripta sunt, supra edocuimus. Sed &

Interpretationes nominum Hebraicorum, quę sunt in lege & prophetis.

Hic temporibus Caii imperatoris Romam profectus, cum de impietate atque impuritate Caii quàm plurima scripserit, quæ per ironiam De virtutibus adtitulauit, & ea Senatui recitasset, in tanta dicitur admiratione habitus, vt bibliotheca digna eius scripta decernerentur. Verum per idem tempus Paulo apostolo ab Hierusalem in circuitu, & vsque ad Illyricum prædicationem verbi dominici ministrante, Claudius imperator Iudæos vrbe depellit. Tunc Aquila & Priscilla cum cæteris Iudæis expulsi, Asiam veniunt, ibiq; cohærent Apostolo, tum primum ecclesiæ inibi fundamenta iacienti, sicut docet liber de Actibus apostolorum conscriptus. Caligula An. do. 40

Cuiusmodi clades compresserint Iudæos ipso die paschæ.

CAP. XIX.

Tricies mille Iud. oppressi

CLaudio verò adhuc in imperio perdurante, in ipsa solennitate Paschæ tãta Iudæis perturbatio & vastitas Hierosolymis accidit ex seditione commota, vt illi soli qui in foribus templi constipatione populi necati sunt, triginta milia Iudeorum numerarentur. Et conuersus est dies festus eorum in luctum. Sed & alia quàm plurima Iudæis mala irrogata Iosephus per hæc verba designat.

Qualia etiam sub Claudio Hierosolymis gesta sunt. CAP. XX.

An.do.43. Agrippa Iudæorũ rex. Felix procurator Iudeę

CLaudius, inquit, Agrippam, filium Agrippæ, Iudæorum regem constituit: Felicem verò totius prouinciæ, Samariæ quoq; & Galileæ, & regionis quę dicitur Transiordanem, procuratorem misit. Et post pauca addit etiam hæc: Inflammatur autem & seditio acerbissima à pontificibus aduersum sacerdotes & primos plebis Hierosolymorum, quorum singuli cõquirentes sibimet perditorum iuuenum, & nouis rebus gaudentium manũ, duces semetipsos propriæ factionis instituebant. Qui confligentes adinuicẽ primo conuiciis lacessere, tum deinde & saxis inuicẽ sternere: nec

Põtifices sacerdotũ decimas inuadebant

quisquam erat qui coerceret, sed agebantur omnia tanquam in vrbe non habente rectorem. Igitur pontifices in tantã venere proteruiam, vt seruis suis ad areas missis inuaderent decimas, quæ sacerdotibus debebantur. Et accidebat, vt nonnulli ex minoribus sacerdotibus, quorum alimonię vi fuerant direptę, inedia deperirẽt. Ita seditionũ violentia ius fasq; confuderat. Item post pauca subiungit etiam hæc: Nonnunquã autem etiam in media ciuitate occurrentes sibi trucidabant, præcipue in diebus festis sicarii plebibus admixti, occultatis pugionibus oberrantes, vt quisque designatus eis cominus incideret, perimebãt. Et arte nefaria cum corruisset is, quem occulto vulnere strauerant, tum iidem ipsi percussores velut indignari se simulabant aduersum eos, qui hæc in media vrbe committerent: atque hoc modo occulta eorum facinora permanebant. Et

Ionathas põtifex interficitur

primus omnium Ionathas interficitur: post illũ quàm plurimi



plurimi iugulantur, ita vt iam ipsis mortibus esset grauior metus mortis, dum vnusquisq; quasi in procinctu semper positus, per momẽta singula sperare interfici. Post hæc autem interiectis quibusdam, addit etiã ista.

De Aegyptio cuius actus Apostolorum faciunt mentionem. CAP. XXI.

An.do 54 Io.ant.20.12

GRauius verò omni hac vastatiõe afflixit Iudæos Aegyptius quidam falsus propheta. Qui cum venisset ad Iudæam, homo magus, fidem sibi prophetæ magicą arte conciliauit, & continuo ad triginta miliaviorum congregans & ductans eos per desertum, peruenit cum ipsis ad montem qui vocatur Oliueti, paratus inde irruere Hierosolymam, & vi ac potestate vrbem tenere, simulq; Romanorum præsidia, ac plebem tyrannidi suæ subiugare, fretus per omnia his quos secum eduxerat satellitibus. Sed conatum eius præuenit Felix, confestimq; cum armatis obuiam pergẽs, secum etiam plebe reliqua conspirante, congressione facta, Aegyptium quidem cum paucis in fugam vertit: per emptis verò aliis, aliis etiam captis, temere cœpta facile restinxit. Hæc in secundo historiarũ libro Iosephus refert. Operæprecium tamẽ est, hæc quæ de Aegyptio scribit cum illis quę in apostolorum Actibus designata sunt, cõparare, vbi sub Felice Tribunus, qui in Hierosolymis erat, ad Paulum, in quem Iudeorum fuerat commota seditio, dicit: Nonne es tu Aegyptius ille, qui ante hos dies concitaueras populum, & eduxeras in desertum ad quatuor milia hominum sicariorum? Sed sufficiant ista de Felice.

Felix Aegyptiũ profligat

An.do.56. Festus procurator Iudeæ.

Quemadmodum de Iudæa Paulus Romã missus in vinculis, omni culpa liberatus sit. CAP. XXII.

An.do.57.

INterea Claudio tredecim annis & octo mensibus Romanorũ imperio perfuncto, Nero suscepit principatum. A quo Festus mittitur in Iudæam succedere Felici, apud quẽ causa dicta Paulus vinctus mittitur Romam, Aristarcho se concomitante, quem cõsequenter in epistolis suis conceptiuũ appellat: sed & Lucas, qui

quí & actus eius, cæterorumq; apostolorum scribit, sed præcipue Pauli: de quo etiam hoc in fine designauit, quod biennio in vrbe Roma positus, verbum dei prædicabat, nemine prohibente. Quem tamen affuisse sibi & defendisse se apud Neronem, & rursum profectum esse ad prędicationis officium sermo confirmat, & post hoc denuò rediisse ad supradictam vrbē, vbi & martyrio consummatus est. Tunc cum in vinculis positus, secundam ad Timotheum scribebat epistolā, in qua & de prima sua defensione, et de pręsenti simul
2. Tim. 4. d indicat passione. Suscipe ergo de his singulis testimonia. In prima (inquit ipse Paulus) mea defensiōe nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt. Nō illis imputetur, Dominus enim astitit mihi, & confortauit me, vt per me prædicatio compleretur, & audiāt omnes gentes, quia liberatus sum de ore leonis. Manifestissime per hæc designat, quia primo quidem vt per
Nero, leo. ipsum cœpta prædicatio compleretur, liberatus est de ore leonis, Neronem scilicet in leone pro crudelitate significans. Tum deinde in consequentibus adiicit, & dicit: Liberauit me dominus de ore leonis Præuidebat enim in spiritu consummationem suam, propter quod & dixit: Quia liberatus sum de ore leonis. Et iterum: Liberauit me dominus ab omni opere malo, & saluum faciet in regnum suum cœleste: significans per hæc, quod esset confestim martyrio coronandus.
2. Tim. 4. a De quo tamen euidentius in eadem epistola dicit, scribens: Ego enim, inquit, iam immolor, & tempus resolutionis meæ instat. Hæc autem dicta sunt à nobis, vt ostenderemus, quia non eo tempore, quo Pauli actus in vrbe Roma conclusit Lucas, martyrio perfunctus est Paulus. Potuit enim fieri, vt in initiis adhuc lenior esset Nero, & defensionem Pauli pro nostro dogmate non aspernanter acciperet, processu verò temporis cum cæteris malis aucta sit eius etiam in apostolos ęquitiæ rabies.

Vt sit Iacobus passus qui frater domini est dictus.

CAPVT XXIII.

Igitur



IGitur Iudæi posteaquam Paulus ad Cæsarem, quē appellauerat, à Festo transmissus est, & frustratas insidias quas ei tetenderant, vident, in Iacobum fratrem domini immanitatem nequitiæ suæ vertunt, cui episcopalis in Hierosolymis delata ab apostolis fuerat sedes. Quem̄q; hoc modo adorti sunt. Productum in medium, abnegare eum fidem Christi coram omni populo expetunt. At ille contra omnium opinionem, voce satis libera, & multo maiora quàm vellent, coram vniuerso populo cum omni fiducia profitetur, filium esse dei Saluatorem & dominum nostrum Iesum Christum. Tum illi non ferentes tam graue & tam liberum testimonium viri, pro eo maxime quod iustissimus apud omnes habebatur ob religiosæ & continentissimæ vitæ meritum, in necem eius vertuntur, sa uente sibi occasione temporis ex morte rectoris. Cō tigit enim Festum per idem tempus obire apud Iudęam, & sine rectore ac principe esse prouinciam. Nam mortis Iacobi modus iam quidem & in superioribus à nobis, Clementis sermonibus indicatus est, cum de pinna templi eum præcipitatum, & fullonis percussum vecte describit. Exploratius tamen de eo Egesippus, qui post ipsas statim primas apostolorum successiones fuit, in quinto commentariorum suorum libro, his verbis refert: Suscepit, inquit, ecclesiam cū apostolis frater domini Iacobus, qui ab omnibus cognominatus est Iustus, ab ipsis domini temporibus perdurans, vsque ad nos. Et multi quidem Iacobi vocati sunt, sed hic ex vtero matris suæ sanctus fuit. Vinum & siceram non bibit, sed neque animal manducauit: ferrum in caput eius non ascendit, oleo non est perunctus, balneis non est vsus. Huic soli licebat introire in sancta sanctorum. Neque enim laneo vtebatur indumento, sed tantum sindone. Solus ingrediebatur templum, & iacebat super genua sua, orās pro populi indulgentia, ita vt orando callos faceret in genibus ad modum cameli, semper genua flectendo, nec vnquam ab oratione cessando. Itaque pro incredibili

Ioſe. 20. 16. An. do. 58.

Iacobus frater dominī Christū profitetur.

Festus moritur

Iacobi Iusti mores.

conti-

Iustus. Oblias.

continentia & summa iustitia appellatus est Iustus, & Oblias, quod est interpretatum, munimentum populi, & iustitia, sicut & prophetæ indicarunt de eo.

Septem hæreses.

Quidam ergo de septem hæresibus quæ erant in populo (de quibus superius scripsimus) interrogabāt eum, quod esset ostium Iesu. At ille dicebat, hunc esse Saluatorem. Ex quibus aliquanti crediderunt, quia Iesus est Christus. Illæ autem hæreses (quas supra diximus) nō crediderunt, neque surrexisse eum, neque vēturum vt retribuat vnicuique secundum opera sua. Qui verò crediderunt, per Iacobum crediderunt. In quibus cum multi etiam ex principibus credidissent, perturbatio erat Iudæorum & Scribarum & Pharisæorum, dicentium: Nihil iam superest, quin omnis populus credat in Iesum, quod ipse sit Christus. Conuenientes igitur ad Iacobum, dicebant ei: Oramus te, vt reuoces populum, q ecce erat in Iesu, putās quod ipse sit Christus. Deprecamur ergo te, vt suadeas omnibus conuenientibus in die paschæ de Iesu. Tibi enim omnes obtemperamus, & de te tam nos, quàm populus testimoniū ferimus, quia iustus es, & personam nullius accipis. Tu ergo suade populo de Iesu ne erret, quia omnes tibi obedimus. Ascende itaque in excelsum locum pinnæ templi, vt in edito positus appareas omnibus, & verba tua audiantur à cunctis, quia in diebus paschæ conuenit nō solum Iudæorum, sed & Gentilium multitudo. Statuerunt igitur supradicti Scribæ & Pharisæi Iacobum supra pinnam templi, & voce magna clamantes, ad eum dicunt: Virorum iustissime, cui omnes nos obtemperare debemus, quoniam populus errat post Iesum qui crucifixus est, enuntia nobis quod sit ostium Iesu. Tunc Iacobus ingenti voce ad eos respondit: Quid me interrogatis de filio hominis? Et ecce ipse sedet in cœlo à dextris summæ virtutis, & ipse venturus est in nubibus cœli. Cumq; hac responsione & testimonio Iacobi multis satisfactū esset, & libenter audissent quæ Iacobus contestatus est, cœperunt glorificare deum, & dicere: Osanna filio Dauid. Tunc rursum

Iacobi pœna & mors.



rursum ipsi Scribæ & Pharisæi cœperunt ad inuicem dicere: Male fecimus tale testimonium præstare de Iesu. Sed ascendamus & præcipitemus hunc deorsum, vt cæteri terreantur, & non credant ei. Simul & voce magna exclamauerunt, dicentes: O ô, & Iustus erravit. Et compleuerunt scripturam, quæ in Esaia scripta est, dicentem: Auferamus Iustum, quoniam inutilis est nobis, propterea fructum operum suorum manducabunt. Ascenderunt ergo & præcipitauerūt eum, & dicebāt ad inuicem: Lapidemus Iacobum Iustum. Et cœperunt eum vrgere lapidibus. Qui deiectus, nō solum mori non potuit, sed conuersus & super genua sua recumbens dicebat: Rogo domine deus pater, remitte eis peccatum, non enim sciunt quid faciunt. Cumq; eum talia orantem desuper lapidibus perurgerent, vnus de sacerdotibus de filiis Rachab filii Rechabin, de quibus protestatur Hieremias propheta, exclamauit, dicens: Parcite quæso. Quid facitis? Pro vobis orat iustus hic, quem lapidatis. Et vnus ex ipsis fullo arrepto fuste, in quo res exprimere solent, cerebro eius illisit, & tali martyrio consummatus est, ac sepultus in eodem loco prope templum. Hic est qui extitit veritatis testis Iudæis & Gētibus, quia IESVS est CHRISTVS. Et non multo post oppugnatio consequuta est Vespasiani. Hæc latius quidem, sed consonanter Clementi etiam Egesippus retulit, quod ita mirus quidem, & apud omnes homines opinatissimus in obseruatione totius iustitiæ Iacobus habebatur, vt & Iudæorum prudentes quique crederent hanc esse causam statim consequutæ oppugnationis Hierosolymorum, quod in illum rursus sceleratas iniecerint manus. Et Iosephus ita sibi videri euidenter indicat per hæc verba: Quæ omnia, inquit, acciderunt Iudæis, pro vindicta Iacobi Iusti, qui erat frater IESV, qui dicitur CHRISTVS, quem iustissimum & piissimum omnium confessione virum Iudæi interfecerunt. Idémque etiam mortem eius in vigesimo Antiquitatum libr. his verbis designat.

Propter occisum Iacobum Hierosolymam euersam.

Mittit

An. do.59. Albinꝰ procurator Iudææ post Festum.

Mittit autem Cæsar Albinum Iudææ præfectum, Festi morte comperta. Ananias autem iunior (quem pontificatum suscepisse supra diximus) proteruus admodum, & insolens moribus, hæresim defendebat Sadducæorum, qui in iudiciis crudeliores Iudæis cæteris videntur, sicut iam supra diximus. Hic insolentiæ suę tempus datum credens ex morte Festi, consessum iudicum conuocat, & introducit in medium fratrem Iesu, qui dicitur Christus, Iacobum nomine, & alios q̃ plurimos, quos velut contra legem gerere incusans, tradidit lapidandos. Quod facinus, si quis ex ciuibus modestior fuit, & æqui ac legis obseruantior, grauissime tulit. Qui etiam occulte legationem ad Cæsarem mittunt, orantes eum scribere Ananiæ, ne hæc agat: quia nec prius huiusce modi facinora recte commiserit. Quidam autem ex ipsis etiam Albino occurrunt, de Alexandria ad ipsos iter agenti, atq; edocent, quod non licuerit Ananiæ se inconsulto consessum iudicũ conuocare. At ille commotus ex his quæ dicta sunt, cum indignatione scribit ad Ananiam, comminatus ablaturum se ab eo iudicandi potestatem, qua non recte vtebatur, quia & Agrippa rex eum tribus solis mensibus functum hoc honore, priuauerit, & Iesum †Dammei filium in locum eius subrogauerit. Hactenus etiam de Iacobo, cuius illa habetur epistola, quæ prima scribitur inter eas quæ Catholicæ appellantur. Sciendum tamen est, quod à nonnullis nõ recipiatur, nec facile quis antiquorum meminerit eius. Sicut nec illius quidem quæ dicitur Iudæ, quæ & ipsa est vna de septem. Nos tamen scimus etiam istas cum cæteris ab omnibus penè ecclesiis recipi.

Ioseph Ananiã vocat Ananũ, & Festũ Sextum.

Al. Damnei Epistola Iacobi.

Epist. Iudæ.

Quod post Marcum primus episcopus Alexandrinæ ecclesiæ ordinatus sit Annianus. CAP. XXIIII.

An. do.56. Annianus Alexandrinꝰ episcopus post Marcũ Euãgelistã.

IGitur Neronis primo imperii anno, post Marcum euangelistam ecclesiæ apud Alexandriam Annianus sacerdotium suscepit. Sed Nero regni sibi potestate conualescente, post multa quæ animo conceperat nepharia & impura flagitia, ad ipsam quoque iam dũ uinitatis



uinitatis tẽdebat iniuriã. Longum est, & nostro operi inconueniens, probra eius flagitiaq; describere, maxime cũ multi de his plenius scripserint. Ex quorum libris si quis dedecorosam eius vitã atq; omnibus sceleribus obnoxiã scire vult, facilius potest: in quibus eũ inueniet in tantũ sceleris esse progressum, vt ne à propriis quidem ac domesticis tẽperauerit, sed & in matrẽ, & in fratres, & in vxores, atq; in omnes sanguinis proximos, & parricida extiterit, & incestus. His igitur oĩbus deerat, vt ipse primus ex Imperatoribus Romanis etiã in ipsum deũ impietatis arma cõuerteret, sicut Tertullianus, vir scriptorũ nobilissimus, refert dicens: Consulite cõmentarios vestros, illic reperietis primũ quoq; Neronẽ in hanc sectã, tũ maxime Romę orientẽ, Cæsareano gladio ferocisse. Tali dedicatore dãnationis nostræ etiã gloriamur. Qui enim scit illũ, intelligere potest, nõ nisi grãde aliquod bonũ à Nerone damnatũ. Tentauerat & Domitianus portio Neronis de crudelitate, sed quasi & homo facile cœptũ repressit, restitutis etiam quos relegauerat. Tales nobis semper insequutores iniusti, impii, turpes, quos & ipsi damnare consueuistis, à quibus damnatos restituere soliti estis. Hæc Tertullianus.

Nero qualis

An. do.65. Ruffinus addidit.

De persequutione Neronis, sub quo Paulus & Petrus pia confessione decollati sunt. CAP. XXV.

IGitur Nero, vt apertum se hostẽ diuinitatis, pietatisq; professus est, ipsorũ prius apostolorũ, quippe qui duces & signiferi erant in populo dei, expetit neces. Et Paulum quidem capite in ipsa vrbe Roma, Petrum verò crucis patibulo condemnat. Horũ testimonium quærere extrinsecus superfluum puto, cum rem gestam insignia vsq; in hodiernum, & splendidissima eorũ monumenta testentur. Veruntamẽ scribit de his etiã Caius quidam scriptor antiquus, qui cum Zephirino episcopo Romano aduersum Proculum quẽdam Cataphrygam disputans, hæc de apostolorum cõmemorat locis: Ego, inquit, habeo trophæa apostolorũ, quæ ostendam. Si enim procedas via regali, quæ ad

An. do.68. Paulus decollatus. Petrꝰ in crucem actus.

Caius scriptor.

Vaticanum ducit, aut via Ostiensi, inuenies trophæa defixa, quibus ex vtraque parte statutis Romana communitur ecclesia. Quod autem eodem tempore ambo passi sint, Corinthiorum episcopus Dionysius, cum in vrbe positus esset, & † de scripturis disputaret, hoc dicit: Sed & vos habentes cõmonitionem à Petro & Paulo, plantationem Romanæ & Corinthiorum ecclesię coniunxistis. Ambo etenim simul aduentantes, & in nostra Corinthiorum ecclesia docuerunt, & per omnem Italiam, atq; in hac vrbe simul docentes, etiã martyrio pariter vno eodemq; tẽpore coronati sunt. Hæc autẽ retulimus, vt historia quæ in opinione omnium est, confirmatior habeatur. Ioseph⁹ autem scribens quantę clades Iudæorum gentem peruaserint, & vt eorum vastitas propagata sit, addit etiam hæc.

Dionysius Corinthiorũ episcop⁹. Alias, & scripti disput. Ecclesia Romana. Ecclesia Corinthiorũ.

Vt innumeris Iudæi malis afflicti sint, ac nouissime contra Romanos arma mouerint. CAP. XXVI.

VErum ad innumera mala quæ Iudæis acciderant, addit etiam hoc Florus qui per idem tempus Iudęæ procurationem tenebat, vt honorabiles quosque viros flagris verberaret, & in ipsa vrbe sacratissima Hierusalem patibulo suffigeret, eo tempore quo perturbari Iudæorum statum nouarum rerum molitionibus accidit, duodecimo scilicet anno imperii Neronis. Sed & per omnem Syriam in seditiosos Iudæorũ atrocissimam refert exercitam esse sæuitiã, ita vt etiã illi qui per vrbes singulas admixti gentibus commanebant in hostium numero deputarentur. Et videres repletas inhumatis corporibus ciuitates, iacẽtes mortuos simul cum paruulis senes, fœminarumq; absq; vlla sexus reuerentia nudata in publico reiectaq; cadauera, atq; vniuersam prouinciã innumeris malis refertam. Sed tamen tam diro hoc, & tam atroci spectaculo, multo grauius eos futurorum & per dies agnoscẽtium malorum metus & formido terrebat. Hæc ad verbum Ioseph⁹ refert. Verum in hoc loco de Iudæis ista sufficiant.

An. do. 67. Ioseph. 20. 17.

EVSE-

# EVSEBII PAMPHILI

EPISCOPI CAESARIENSIS ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ,

LIBER TERTIVS.

In quibus locis Christum apostoli prædicauerint. CAPVT PRIMVM.

GITVR IVDAEI DEBITIS CLAdibus perurgebantur. Sancti verò apostoli domini et Saluatoris nostri, cæteriq; discipuli; ad prædicandum verbum dei, per singulas quasque orbis terrę prouincias dirimuntur. Thomas (sicut nobis traditum est) sortitus est Parthos, Matthæus Æthiopiam, Barptolomæus Indiam citeriorem, Andreas Scythiam, Ioãnes Asiam: vnde apud Ephesum & commoratus est, & defunctus.

Apostoli. Thomas. Matthæus. Barptol. Andreas. Ioannes.

Qui primus Romanorum rex ecclesiam. CAP. II.

PEtrus Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam, cæterasq; confines prouincias, Iudæis dunta-xat prædicans, circumisse deprehenditur, & ad vltimum in vrbe Roma commoratus, vbi & crucifixus est, deorsum capite demerso: quod ipse ita fieri deprecatus est, ne exequari domino videretur. De Paulo autem quid dicam, qui ab Hierusalem vsq; ad Illyricum repleuit Euangelium CHRISTI, & ad vltimum sub Nerone martyrium duxit? Hæc ita per ordinem in tertio libro Explanationum Geneseos Origenes exponit.

Petrus. An. do. 68. Paulus.

De epistolis Apostolorum. CAP. III.

VErum Petrus apostolus prædicationis suæ monumenta nobis perpauca dereliquit. Vna etenim eius epistola est, de qua nullus omnino dubitauit. Nam de secunda multis incertum est, apud plurimos tamen etiam ipsa legenda suscipitur. Ille verò libellus q dicitur Actus Petri, & quod nominis eius Euangeliũ nuncupatur, sed & quę dicitur eius Prędicatio vel reuelatio, in scripturis prorsus Canonicis nõ

Epistolæ Petri. Actus Petri. Euãg. Petri. Prædicatio siue reuelatio Petri.

Universidad de Deusto
Biblioteca



habetur: sed ne aliquis quidem scriptorũ veterum vti eorum testimoniis inuenitur. Verum procedente nobis historię narratione per opportunitatem locorum, cum scriptores ecclesiasticos memorabimus, necessario etiam scripturarũ libros qui in autoritate esse debeant, & quorum minus sequenda sit autoritas, exponemus. Interim Petri (vt diximus) prima epistola ab omnibus veteribus est recepta. Pauli quoque manifeste quatuordecim sunt epistolæ quæ in autoritate habentur, licet sciam apud Latinos de epistola quæ ad Hebræos scribitur, haberi dubitationem. Sed & de ipsa quid vnusquisque veterum scriptorum senserit, in tempore proferemus. Et libellus Hermæ, qui dicitur Pastoris, cuius Paulus in epistolis suis meminit, à plurimis non est receptus: ab aliis autem necessarius iudicatus est, propter eos, qui primis ad fidem institutionibus imbuũtur. Vnde & in nõnullis ecclesiis legitur, & multi veterum scriptorum vsi sunt testimoniis eius. Hæc interim nobis præmissa sunt de diuinorum librorum fide, quam mox etiam veterum adstipulatione firmabimus.

Epistolæ Pauli ad Hebr.

Liber Hermæ qui inscribitur pastoris.

## De successionibus Apostolorum. CAP. IIII.

PAulus autem quod ab Hierusalem in circuitu vsque ad Illyricum gentibus Euangelium prædicauerit, ex ipsius vocibus cõprobatur, & ex his quæ Lucas in Actibus Apostolorum scribit. Sed & Petrus in quibus etiam ipse prouinciis his qui ex circumcisione sunt, prædicauerit CHRISTVM propriis vocibus in ea epistola, quã ipsius absq; ambiguitate claruit esse, designat, in qua ad eos qui in dispersione sunt, scribit sine dubio Hebræos. Ipsi etenim dispersi dicũtur, tam quam propriis è sedibus pulsi, & positi in dispersione, vt ait ipse, Ponti, Galatiæ, Cappadocię & Asiæ ac Bithyniæ. Ex quibus si qui constantes in fide, & æmulatores verbi dei reperti sunt, etiam regẽdas ecclesias quas apostoli fundauerant, susceperunt, quorum nomina non est facile explicare per singulos. Ex Apostoli tamẽ Pauli sermonibus colligere possumus, permultos esse

Paulus. Petrusq; bus prædicauerit Euãgeliũ

Dispersi, hoc est Hebræi.



tos esse quos ille nunc adiutores, nunc commilitones, nunc etiam concaptiuos & conlaborantes in Euangelio, & comites nominat, sed & Lucas in Actibus apostolorum, plurimos eius socios memorat, & participes prædicationis, sicut Timothei meminit & Titi: quorum alter in Epheso episcopus, alter ordinandis apud Cretam ecclesiis, ab eo præficitur. Ipse autẽ Lucas, genere quidẽ Antiochenus, arte medicus, comes verò Pauli, & cæterorum apostolorum socius & necessarius fuit. Is ergo secundum hanc medicinam, quã ex apostolorum vel societate, vel traditione susceperat, duos nobis medicinales libros, quibus non corpora, sed animæ curentur, explicuit: Euangelium scilicet in quo etiã sic præfatur: Sicut tradiderũt nobis, inquit hi qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt verbi dei, quos & ab initio sequutus sum: & actus apostolorum, quos non iam auditu perceperat, sed oculis inspexerat. Tradunt autem quod Euangelium suum ex Pauli ore descripserit, & ipsum sit quod Apostolus suum Euangelium soleat nominare, cum dicit, Secundum Euãgelium meum. Sicut & Marcus, quæ ex ore Petri fuerãt prædicata, cõscripsit. Memoratur autẽ ex comitibus Pauli Crescẽs quidã ad Gallias esse profectus, Linus verò & Clemens in vrbe Roma ecclesiæ præfuisse: qui comites & adiutores eius fuisse, ab ipso Paulo perhibentur. Sed & Dionysium Areopagitam apud Athenas, quem Lucas descripsit primum Paulo prædicante credidisse, & inter socios eius fuisse, & ecclesiæ Athenienſium constat sacerdotium suscepisse. Sed nunc interim ad historiæ ordinem redeamus.

Timotheus
Titus
Lucas

Euangeliũ Lucæ.

Lucas in prologo suo.

Gesta apostolorũ, quę vocamus Acta.

Lucas ex ore Pauli suũ scripsit euangeliũ.

Marcus ex ore Petri.

Crescens
Linus
Clemens
Dionysius Areopagita.

## De Iudæorum expugnatione post Christũ. CAP. V.

IGitur post Neronem, qui tredecim annis obsedit Romani culminis principatum, Galba & Otho anno & sex mensibus detẽto principatu defuncti, Vespasianus Cæsar. idem tempus in procinctu belli, quod Iudæis intenderat, vbi ab ipso exercitu, cum quo oppugnabat Iudæã, subrogatur imperio. Isq; cõfestim Romã tẽdens,

An.do.70.

Vespasianus Cæsar.

An.do.71.

Ioſ.bel.Iu. li.5.cap.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Tito filio suo curam belli,& Hierosolymorum oppugnationis iniungit. Verum post ascensionem domini & Saluatoris nostri,Iudæi vel in ipsum commissi piaculi vel persequutionis in apostolos, & necis in Stephanum,sed & obtruncationis in apostolum Iacobū, & in Iacobum nihilominus fratrem domini,qui appellatus est Iustus, sceleris admissi, cæterorumq; omnium,quos propter fidem CHRISTI insidiis,dolis,atque omni fraude nequitiæ circumuenerant: Pro his, inquam, omnibus pœnam diuinitus reposcebantur, Et apostoli quidem ab illis prius fugati, ac per omnem locum dispersi (sicut supra diximus) pergebant in virtute CHRISTI, qui eis præceperat,dicens:Euntes baptizate omnes gentes in nomine meo.Ecclesia verò quæ in Hierosolymis fuerat congregata,responso à deo accepto, emigrare iubetur, & transire ad oppidum quoddam Pellam nomine,trās Iordanem quo ablatis ex vrbe sanctis & iustis viris, vindictæ cœlesti fieret locus, tam de vrbe sacrilega,quàm de populo impio,per excidium patriæ, euersionemq; sumendæ. Quantis ergo malis gens tunc vniuersa mulctata sit,vtq; ipsa Iudææ terra, bello,fame,igne,cædibusq; vastata sit,quāta populorum milia,patres simul cum coniugibus ac paruulis liberis,absque numero,absq; discretione trucidati sint, quæ etiam diuersarum vrbium obsidiones,sed & ipsius magnificæ & famosissimę ciuitatis Hierusalem, quanta vastitas, & quanta fuerit diuersarum mortium strages, quisq; per hęc singula bellorum extiterit modus, & vt (secundum id quod Prophetæ prędixerant) abominatio desolationis in ipso quondam dei famosissimo collocata sit templo, vtq; ad vltimum cuncta ignis populatus sit, & flamma consumpserit,si quis plenius nosse vult,historiam Iosephi relegat. Nos verò ex his ea tantū quę ad explanationem susceptī operis sufficiunt, assumemus : In quibus refert , quod ex omni Iudæa populi in die solenni paschæ Hierosolymam velut exitiali quadam manu cogente conuenerant,quos tricies centena milia hominum dicit fuisse,iusto scilicet dei iudicio tempore hoc vltionis electo, vt qui in diebus Paschæ saluatorem suum , & salutare Christum domini cruentis manibus,& sacrilegis vocibus violauerant, in ipsis diebus velut in vnum carcerem omnis multitudo conclusa, feralis pœnæ exitiū quod merebatur, exciperet. Præteribo quæ in eis vel gladii cæde , vel aliis belli machinis collata sunt,explicare:ea tantummodo quæ diræ famis exitio pertulerint , supradicti historiographi sermonibus proferā, quo legētes hæc, intelligāt quantum piaculi sit,audere aliquid in Christum,& q̄ grauibus ausa suppliciis expientur.

Ecclesia Hierosolymorū Pellam trāsfertur.

An.do.73. Capta exustaq; Hierusalem.8. die Septemb.

De fame quæ oppressit eos. CAP. VI.

AGe itaq; sextus Iosephi historiarum liber ponatur in medium , ex quo omnis illorum luctuosa Tragœdia pernoscatur: Diuitibus autem permanere, inquit,atq; perire vnum atque idem erat. Si enim in vrbe permansissent, facultatum suarum caussa crimine obiecto,quasi qui de transfugiēdo cogitarent,perimebantur.Necessitas verò famis factiosorum extollebat arrogantiam,& vtrunq; simul inedia cum temeritate crescebat. Publice quidem frumentum nusquam omnino erat,sed irruentes vrbis prædones, perscrutabantur domos.& si quidē inuenissent,tanq̄ de his qui fefellerant,pœnas sumebant.si verò nō inuenissent,nihilominus tanquā eos qui occultius et diligentius absconderent,cruciabant.Indiciū verò haberi ab eis pabula capiebāt,hoc ipso,q̄d adhuc viuere & subsistere corporibus videbantur,tanq̄ qui profecto iam interissent,nisi absc̄oditos victū tegerēt cibos.Si quos fanè tabescētes macie vidissent,hos cū venia præteribant, superfluum putantes perimere,quos paulò post absumeret fames. Multi tamen in occultis omni censu suo mercati sunt vnum metrum: si diuites, frumenti horrei,si inferiores fuerunt,& concludentes se in interioribus quibusq; penetralibus domus,nōnulli nec in panes confectas fruges edebant. Alii verò, in quantum vel necessitas, vel metus permitteret excoquebant.

Ioſ.li.6.bel. Iu.ca.11.circa finem.

Metrū vocat mensuram seu modiū frumētū.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Et mensam quidem nullus expectabat apponi, sed ex ipso semiusta igni rapientes, propria velut furtiua deuorabant. Et erat infelicis ipsius cibi spectaculum miserabile, cum validiores quicq; inuenta diriperent, imbecillioribus verò nihil præter luctum superaret & lachrymas. Et omnium licet acerbitates rerũ superet fames, nihil tamen ita subruit & subuertit, sicut verecundiam. Quicquid enim saluis rebus pudore dignum est id in hac necessitate contẽnitur. Deniq; & vxores de virorum manibus, & filii de parentũ, & (quod est infelicius) matres cibos de paruulorum suorum ore rapiebãt. Et cum dulcissimi liberi in manibus atq; ante ora positi tabescerent, exigua vitę subsidia dentibus ipsis eximere nemo parcebat. Verum nec ipsos quidem infelices & perexiguos sumentes latebant cibos, sed continuo aderat prædonum quis, & statim vt clausas cuiuspiam conspexisset fores, indicium credebat hoc esse quod intrinsecus positi ederent: & repente despicatis foribus præcipites irruebant, atq; ab ipsis (vt ita dicã) faucibus exprimentes, si quid forte insumptũ iam fuerat reuocabant. Verberabantur senes, si cibum vẽdicare tẽtassent. Sparsis etiam crinibus mulieres trahebantur, occultare nitentes, si quid forte deprehẽsum fuisset in manibus. Nulla senibus pro canicie reuerentia, nulla erga paruulos miseratio, sed in exiguo panis fragmẽto paruulos inhærentes, & ex ipso cui inhæserant, suspensos, elidebant in terram. In eum verò qui raptores cibo præuenisset absumpto crudelius fœuiebant, & excogitabant dira supplicia, obturantes infelicibus naturales digestionum meatus. Aliis verò præacutas sudes per eadem verenda adigentes (horresco quę gesta sunt referens) ad confessionem per hęc vnius panis, aut cyathi farinę miseros perurgebant. Nam ipsi tortores nec patiebantur famem (esset enim quodammodo tolerabilius, si hæc compulsi inedia facere viderẽtur) sed vt vel præpararent sibi in posterum cibos, vel vt crudelitas exercitio conualesceret. In his etiam si qui fortè furtim per stationes hostiũ pro colligendis herbis erepsissent,

Fames



occurrentes eis qui se hostium manus effugisse gauderent, diripiebant quicquid attulerant. Supplicantibus autẽ & terribile quoddam sibi nomen dei invocantibus vt vel partem aliquam ex his quæ cũ mortis periculo quæsierant, indulgerent, nihil prorsus prębebãt. Sed & hoc beneficii loco cesserat, si comprehensum viuum licuisset euadere. His autem post aliquanta adiungit, dicens. Iudæis verò cum egressu vrbis omnis pariter spes excludebatur salutis. Et inualescẽs acerbitas famis, domos simul & familias, gentemq; vastabat, ita vt in penetralibus strata iacerent mulierum paruulorumq; cadauera, per plateas verò infelicium senum corpora, fame magis quàm ætate consumpta. Iuuenes verò, atq; omnis ætas robustior, velut simulacra quædã in viis & egressibus oberrabant, corruẽtes quocunq; loci gressum subruisset inedia. Sepelire autẽ cadauera proximorum, nec defunctorum multitudo, nec virium debilitas permittebat, simul & pro suæ vnusquisq; vitæ incerto. Denique aliquanti supra eos quos sepeliebant, animas emisere, multi etiam dum prosequuntur funera, priusquam ad sepulchra veniretur, efflabant. Sed nec planctus ex more defunctis exhibebatur, aut luctus: quia hoc sibi totum vendicauerat fames. Sed nec ariditas inediæ, humorem cuiquam reliquerat lachrymarum: obsederant ciuitatem profunda silentia, & nox plena mortis cuncta cõtexerat. Quibus malis omnibus grauiores soli vigebant prædones, qui nec sepulchra quidem diripere, & spoliare cadauera illicitum ducebant, non tam prędam petentes, quàm scelus irrisione cumulãtes, & aciem gladiorum suorum in cadauerum obtruncatione probantes. Inter dum etiam in nonnullos adhuc spirantes mucro examinandus agebatur: quod alii semineces cum viderẽt supplices dexteras protendebant, vt in se quoque beneficii loco conuerterent scelus, quo scilicet cruciatibus famis velocius absoluerentur. Sed nouo crudelitatis genere necem quàm spõte inferebant, si rogarentur negabant; cum tamen vnusquisque deficientium

Lib. 6. ca. 14 de bel. Iud.

cum gemitu oculos retorqueret ad templum, non de morte propria dolens, sed de impunitate prædonum, quos superstites relinquebat. Et primo quidem sumptu publico sepelire mortuos iusserant fœtoris intolerantia. Vt verò omnem sumptum cœpit vincere multitudo morientium, de muro cadauera præcipitabant.

Tituscæsar. Ioſ.li.6. ca. 14.bel.Iud.

At cum Titus circumiens peruidisset repletos mortuorum cadaueribus vallos, & humani corporis tabe patriam terram rigari, cum ingenti gemitu eleuatis ad cœlum manibus deum inuocat testem, hoc suum opus non esse. Et post aliquanta iterum talia quædam prosequitur: Non contabor, inquit, proferre quod sentio. Arbitror enim, quod etiam si aduersum impios ciues Romanorum pauliſper arma cessassent, aut hiatu terræ, aut aquæ diluuio, aut Sodomitanis ignibus & fulminibus cœlitus tortis supplicium ciuitas dependisset, quæ multo infaustiorem illis qui hæc perpessi sunt, & nequiorem virorum præsentem hanc protulisset ætatem, pro quibus & omnis gens pariter mereretur extingui. Sed & in sexto libro de eisdem talia scribit: Et eorum, inquit, qui per totam ciuitatem fame inedia corrumpebantur, multitudo innumerabilis erat, quorum nec explicari miseria potest. Per singulas namque domos sicubi fuisset aliquid cibi repertum continuo bella & cædes inter charos, ipsosq; parentes ac liberos nascebantur, dum non solum è manibus, sed ex ipsis etiam faucibus inuicem cibum rapere certabant. Fides autem nec mortuis erat, sed & ipsi cum iam spiritum exhalarent, perscrutabantur à prædonibus, ne cui fortè intra gremium cibi aliquid resedisset. Alii autem per inediam hiantes veluti rabidi canes, huc atque illuc ferebantur, & quasi insania quadam exagitati in easdem domos sub momento temporis iterum ac sæpius irruebant. Omnia tamen necessitas vertebat in cibum, etiam illa quæ ne mutis quidē animalibus edere vsus fuit. Ad vltimum ne loris quidem vel cingulis, aut ipsis etiam calciamentis abstinuerunt, Scutorum quoque indumenta detrahentes,

Vide 12. cap. & 13. septimi libri de bello Iud. Nã Euseb. Græcorũ distinctionem sequutus est, qui Iosephi libros aliter diuidũt.





conficienda dentibus ingerebant. Nonnulli & fœniveteris festucas edebant: sed & de quisquiliis vndecunque collectis paruissimum pondus drachmis quatuor distrahebant. Sed quid opus est per hæc pondus famis illius explicare, cum gestum sit ibi facinus, quod neq; apud Græcos, neque apud Barbaros vllus accepit auditus. Horrendum quidem dictu, auditu verò incredibile. Equidem libenter tam immane facinus siluissem ne quis me crederet monstruosa narrare, nisi multos memoriæ nostræ viros testes commissi sceleris habuissem. Porrò verò nec aliquid in hoc patriæ præstare me arbitror, si subtraham eorum malorum verba, quorum pertulit facta. Mulier quædam ex his qui vltra Iordanis alueum commanebant, Maria nomine, Eleazari filia de vico Bethezob, quod interpretatur domus hyssopi, genere & facultatibus nobilis, cum reliqua multitudine quæ confluxerat, Hierosolymis reperta, communem cum omnibus obsidionis casum ferebat. Huius reliquas quidem facultates, quas è domo in vrbem conuexerat, tyranni inuasere. Si quid verò reliquiarum ex magnis opibus fuerat, quibus victum quotidianum prætenuem duceret, irruentes per momenta prædonum satellites rapiebant. Pro quibus ingens mulierem velut insania iam quędam ex indignatione fatigabat, ita vt interdum prædones male dictis in necem sui, & conuitiis instigaret. Verũ cum nec iritatus quisquam, neque miseratus eam perimeret, & si quid fortè cibi fuisset ab ea quæsitum, id ab aliis quæreretur, nec iam vsque reperiendi copia fieret, fames autem dira visceribus ipsis insisteret ac medullis & ad furorem iam perurgeret inedia, fame & ira pessimis vsa consultoribus, contra ipsa iam armatur iura naturæ. Erat nanq; ei sub vberibus paruulus filius, hũc ante oculos ferẽs, infelicis, inquit, matris ô infelicior fili, in bello, fame, & direptione prædonũ cui te reseruabo? Nã & si vita sperari posset, iugo Romanæ seruitutis vrgemur. Sed nunc etiã ipsam seruitutẽ præuẽnit fames. Prædones verò vtraq; vi grauiores

Ioſ. bel. Iud. lib. 7. cap. 8. An. do. 72. Maria Iudęa filioli sui deuoratrix

perurgent. Veni ergo ô mi nate, esto matri cibus, prædonibus furor, seculis fabula, quæ sola deerat cladibus Iudæorum. Et cum hæc dixisset, simul filium iugulat: tum deinde igni superpositum torret, & medium quidem consumit, medium verò seruat obtectum. Et ecce confestim prædones irruunt, obustæ carnis nidore concepto: mortem minantur, nisi sine mora cibos quos paratos senserant, demonstraret. Tum illa, equidem partem, inquit, vobis optimam reseruaui. Et continuo quæ superfuerant membra retexit infantis. At illos repente ingens horror inuasit, & immanes quantis animi diriguere, vox faucibus intercluſa est. Illa verò truci vultu, & ipsis iam prædonibus truculentior, meus, inquit, hic filius, meus est partus, & facinus meum est: edite, nam & ego prior comedi quem genui. Nolite effici aut matre religiosiores, aut fœmina molliores. Quod si vos pietas vincit, & execramini cibos meos, ego quæ iam talibus pasta sum ego his iterum pascar. Post hæc illi territi, trementesq; discedunt, qui hunc solum ex omnibus facultatibus miserę matri reliquerãt cibum. Repleta est autem confestim vniuersa ciuitas nepharii sceleris nuncio, & vnusquisque ante oculos facinus quod perpetratum fuerat, adducens, tanquam si ipse id perpetrasset, horrebat. Omnes autem quos famis necessitas perurgebat, festinabant magis ad mortem, beatos dicentes eos, quibus contigit interisse, priusquam talium malorum pollue rentur auditu. Hactenus Iosephus.

De his quæ à Christo prædicta sunt. CAP. VII.

Mat. 24.b.c Luc.21.b

IGitur Iudæos pro his quæ in Christum deũ commisere piaculis, talis cõsequuta est pœna. Dignum est autem huic historiæ adhibere dominicas voces, quibus ipse Saluator talia secutura esse prædixit: Væ autem, ait, prægnantibus & nutrientibus, vel lactantibus in illis diebus. Orate autem vt non fiat fuga vestra hyeme, neque sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna qualis nõ fuit ab initio seculi vsque nunc, neque erit. Colligens autem supradictus historiographus

Christi prædictio de calamitate Iudæorum.

An. do. 72. Ios. bel. Iu. lib. 7. ca. 17.



phus omnem numerum peremptorum, vel fame, vel ferro, vndecies centena milia designauit: cæteros verò latrones & sicarios, ac prædones, post vrbis excidium mutuis declarat interisse vulneribus. Electos autem quoscq; iuuenum, quos decor & procerita corporis cõmendabat, ad triumphum dicit esse seruatos, reliquos autem, qui supra decem & septem annos agebant ætatis, vinctos ad opera Ægypti per metalla destinatos, vel per cęteras prouincias esse dispersos. Alii quidem vt ludis gladiatoriis, alii vt ad bestias traderentur. Si qui verò intra septimum & decimum ætatis reperti sunt annum, per diuersas prouincias in seruitutem distrahi iussi sunt, quorum numerus vsq; ad nonaginta milia perductus est. Hæc verò omnia gesta sunt secundo anno imperii Vespasiani, iuxta ea quæ ipse Dominus & saluator noster IESVS CHRISTVS præ dixerat. Quippe qui ea quæ gerenda erant præsentia iam videret, tunc cum secundum Euangeliorum fidẽ, videns ciuitatem fleuit super eam, & velut in auribus eius proloquutus est hæc verba: Si agnouisses, inquit, & tu in hac die tua, quæ ad pacem tibi sunt, nunc autẽ abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies super te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & perurgebunt te vndiq;, & ad solum deducent te, & filios tuos qui in te sunt. Sed & rursum tanquam de populo dicens: Erit, inquit, necessitas magna super terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladii, & captiui ducentur in omnes gentes, & Hierusalem erit conculcata à gentibus, vsquequo compleantur tempora gentium. Et iterum: Cum autem videritis circundari ab exercitu Hierusalẽ, tunc scitote quia appropinquabit desolatio eius. Comparet nũc vnusquisq; domini & Saluatoris nostri sermones cum historiographi relatione de bello quod gestum est, atq; excidio ciuitatis: & videns miram diuinæ præscientiæ virtutem, agnoscat prædicentis diuinitatem. Hæc quidem Iudæorum gẽti post passionem Saluatoris iusta vltione venerunt, pro eo quod autorem vitæ à semet

Numerus perẽptorũ

Ad triumphum.

Ad metalla

Ad bestias.

Luc.19.f

Prædictio excidii Hierosolymitani.

Luc.21.g

met vniuersa gens conclamauerat auferri. Veruntamen nihil obstat etiam ea addere, per quæ pietas & clementia dei licet ingratis videtur oblata. Quadraginta nanque post admissum piaculum continuis protracta annis, impiorum pœna differtur. In quibus & Apostoli omnes, præcipue tamen Iacobus, qui diceba tur frater Domini, in Hierosolymis episcopus constitutus, indesinenter populum commissæ impietatis & feralis ausi de scelere cõmonebat, si forte possent com missi pœnitudinem gerere, si possent flere pro scelere, & vltrices pœnarum flammas lachrymarum vberta te restinguere. Ostendebat nanq; ei deus per suam pa tientiam, quod ipsorum quæreret pœnitentiam, quia non vult tantum deus mortem peccatoris, quantum vt conuertatur & viuat.

Iacob. frater domini episcopus Hierosolymitanus.

De portentis ante bellum. CAP. VIII.

Prodigiis ad pœnitentiam inuitati Iudæi.

Ioseph. li. 7. c. 12 bel. Iud.

MOllire autem adhuc mentis eorum duritiam nitebatur diuina maiestas signis & prodigiis cœlitus datis, terroresq; simul & minacem dexterã ostendo potius quàm inferendo. De quibus supradicti historiographi fides, vt in cæteris, etiam in hoc sufficiens erit. Relegamus ergo quid in sexto historiarum suarum libro de his ipse signauerit Iosephus: Sed infelicem, inquit, plebem teterrimi quidam homines & deceptores falsa vaticinantes suadebant, vt euidentibus signis & indiciis iracundiæ, & indignationis diuinę non crederent, quibus aperte futurum & vrbis & gentis præsagiebatur excidium: sed velut afflati & amentes, & qui neq; oculos neque animam in se habe rent, spernebant omnia quæ cœlitus nuntiabantur. Etenim stella præfulgens, gladio per omnia similis, imminere desuper ciuitati & comètes præterea exitia libus flammis ardere per totum visus est annum. Sed & ante excidii tempus ac belli, cum populi ad diem festum azymorũ conuenirẽt, octauo die mensis Xanthici, qui est Aprilis, noctis tempore hora nona tantus luminis fulgor aram templumq; circundedit, vt putarent omnes diem clarissimum factum, & perman sit spa-

Noctu lux exorta.



sit spatio horæ dimidiæ. Quod imperitis quidem & ignaris prosperum videbatur, sed legisperitos & probos quosq; doctores non latuit exitiale portentum. In eadem quoque festiuitate vitula sacrificiis admota & aris assistens, inter ipsas ministrorum manus enixa est agnam. Sed & ianua interioris ædis, quæ respiciebat Orientem, cum esset ære solido induta, ac perinde immensi ponderis, quæ vix viginti viris summo conatu impellentibus clauderetur, ferreis quoque vectibus & seris munita, ac pessulis in altum demissis tenere tur obstricta, repente hora noctis sexta apparuit sponte patefacta. Sed & transacto die festo post aliquot dies, prima & vigesima die mensis Artemisii, qui Maius apud nos vocatur, prodigiosus apparuit visus, & fidem penè excedens, quod vere falsum puta retur, nisi oculorum fidem confirmasset malorum con sequuta pernicies. Etenim prope solis occasum visi sunt currus & quadrigæ in omni regione per aërem ferri, & armatorum cohortes misceri nubibus, & vrbes circũdari agminibus improuisis. In alio item die festo, qui Pentecostes appellatur, noctu sacerdotes ingressi templum ad ministeria ex more complenda, primo quidem motus quosdam strepitusq; senserũt, tum deinde voces subitas audiunt, dicentes: Migremus hinc. Additur his etiam aliud terribilius. Etenim quidam Ananiæ filius Iesus nomine, vir plebeius & rusticus, ante quartum belli annum quum ciuitas in pace & abundantia perduraret, in die festo tabernaculorum repente clamare cœpit: Vox ab Oriente, vox ab Occidente, vox à quatuor ventis, vox super Hierosolymam & super templũ, vox super sponsos & sponsas, vox super populum, & indesinenter die noctuq; per omnes plateas circumiens, hæc clamabat: vsque quo quidã primores ex populo viri, velut infausti prę sagii indignatione cõmoti, correptũ hominẽ multis verberibus afficiunt. At ille nequaq; pro se aliquid loquens, sed ne eos quidẽ qui circunsteterant deprecãs,

Ianua templi sponte aperta.

Currus in aëre visi.

Exclamatio hominis plebei

easdem

eadem voces pari obstinatiõe & clamore repetebat. Tum principes intelligentes (vt res erat) numinis esse motus in viro, perducunt eum ad iudicem Romanum apud quem flagris ad ossa vsq; laniatus, neq; preces, neq; lachrymas fudit. sed eandem vocem miserabiliter & cum quodam vlulatu emittens, per singula penè verba proferebat, addens etiam hoc: Væ væ Hierosolymis. Væ væ Hierosolymis. Prosequitur & aliud idem historiographus maiore gestum miraculo, dicens oraculũ quoddam in sacris literis repertum, quod per idem tempus virum designaret ex eorum regione processurum, qui totius orbis potiretur imperio. Cuius oraculi præsagium idem historiographus Vespasianum declarare est suspicatus, sed Vespasianus non aliis quàm illis solis gentibus, quæ Romano imperio videbantur subditę, dominatus est. vnde iustius ad Christum hęc responsa referuntur, ad quem dixerat pater: Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionẽ tuã terminos terrę, & cuius per idem tempus per Apostolos suos in omnem terram exierat sonus, & in fines orbis terræ verba eorum. Psal.2.c Psal.18.a

## De Iosepho & quos reliquerit libros. CAP. IX.

OPeræpretium sanè est post ista noscere quis fuerit hic Iosephus, & vnde, vel ex quo genere originem ducens, qui tantam nobis materiam rerum gestarum cognitionemq; præstiterit. Exponit ergo etiã hæc ipse de se, hoc modo scribens: Iosephus Matathiæ filius, Hebræus genere, ex Hierosolymis sacerdos, qui & ipse primo bello Romanos oppugnauerim, & posterioribus nihilominus interfuerim prælijs, necessitate constrictus. Constat igitur hunc virum per idem tempus non solum apud Iudæos proprios ciues, verumetiam apud Romanos habitum esse nobilissimũ, ita vt literarũ merito in vrbe Roma etiam statua donaretur, & libri eius bibliothecæ traderẽtur. Conscripsit nanque Antiquitatum historiam in viginti libris, Belli verò Iudaici cum Romanis habiti historiam septem voluminibus comprehendit, quam non solum Antiquit. lib. xx. Bel. Iud. lib. vii.



solum Græca facũdia, verum & patrio, id est, Hebręo sermone suis etiam ciuibus se ædidisse confirmat, dignus cui præ cæteris omnibus debeat credi. Sed & alia eiusdem viri extant de Iudęorum vetustate duo volumina, in quibus cõtradicere Apioni cuidã Grammatico videtur, qui illis temporibus aduersum Iudæos scripserat, & ad alios quosdam, qui morem gentis Iudęorum atq; instituta lacerauerũt. In primo ergo ex his duobus libro, quæ volumina apud Hebræos in auctoritate habeantur, secundum maiorum traditionem, per hæc edocet.

## Vt diuinarum meminerit scripturarum. CAP. X.

NEque igitur innumera, inquit, apud nos habentur volumina inter se in vicem discordantia, sed duo tantum & viginti sunt libri, qui omnium temporum seriem continẽt, qui & iuste creduntur diuinitus inspirati. Ex quibus quinq; sunt Moysi, continentes leges vitę, & successionis humanę prosapiam vsque ad ipsius Moysi terminum pertendentem, qui paulò minus ad tria milia annorum continentiam gerunt. A morte verò Moysi vsq; ad Artaxersen, q̃ post Xersen regnauit apud Persas, quæ gesta sunt, Prophetæ quinq; per ea tempora tredecim voluminibus conscripserũt. Reliqui verò quatuor libri hymnos in deum, & vitæ instituta, ac monita mortalibus tradunt. Ab Artaxerse verò vsq; ad nostrum tempus scripta sunt omnia, fide tamen non eadem quæ primis habetur, digna ducuntur, pro eo quod non ita extiterit Prophetarum iugis & explorata successio. Rebus igitur his constat, quàm nos venerabiliter vtamur scripturis nostris. Nam cum tot secula intercesserint, neq; addere quis vnquam, neq; auferre, aut permutare quid ausus est: sed omnibus gentis nostræ hominibus insita hæc quodammodo atq; ingenita fides est, credere hæc deo esse consulta, & his iugiter inhærere, ac pro ipsis (si ita res popoſcerit) libenter & animã ponere. Sit hæc etiã pars historiographi, his in locis à nobis (vt arbitror) non incõpetenter inserta. Est adhuc & aliud eius elegans xxii. libri. Quinq; Moseos Prophetarum. xiii. Quatuor reliqui

gans satis volumen, quod animus sit qui imperium teneat in nobis: Quem libellum quidam Machabæorum attitulauerunt, pro eo quod certamina inibi & agones pro pietate à Machabæis fratribus desudata contineat. Sed et in fine vigesimi Antiquitatum libri, Quatuor libros adhuc promittit. significat idem ipse proposuisse se quatuor voluminibus comprehensurum secundum fidem & religionem patriam, de deo & de substãtia eius ac legibus, & cur quædam apud eos liceant, quædam verò non liceant. Sed & alia nonnulla opuscula à se dicit esse composita. In fine etiam supradicti vigesimi libri Antiquitatum, Iustum quendam ex Tiberiade, qui conatus sit In Iustum æmulum suum. hoc idem operis, quod ipse explicuerat, aggredi, arguit falsitatis per hæc verba. Sed non ego te imitatus sum in his quæ conscripseram. Ipsis etenim Imperatoribus obtuli libros meos, cum adhuc ipsa quæ gesta sunt, penè in oculis haberentur. Quippe qui conscius mihi essem seruatæ in omnibus veritatis. Nec me de eorum testimonio fefellit opinio. Sed & aliis pluribus obtuli, quorum multi etiam ipsis interfuere bellis, sicut Agrippa rex, & nonnulli eius propinqui. Et Imperator quidem Titus intantum probauit ex istis debere libris ad omnes homines rerum gestarum notitiam peruenire, vt manu sua subscriberet, publice ab omnibus eos legi debere. Rex verò Agrippa sexaginta & duabus epistolis de operis nostri veritate testatus est, ex quibus & duas inserui. Sed & de his satis dictum est, nunc ad narrationis nostræ seriem redeamus.

Quemadmodum post Iacobum Symeon Hierosolymorum rexerit ecclesiam. CAP. XI.

Apostoli & discipuli domini cõueniunt. POst martyrium Iacobi, & cõtinuo consequutum ciuitatis excidium, traditur Apostolos, cæterosq; domini discipulos, qui ad illud tempus reliqui erant, in vnum è locis omnibus conuenisse, simul cum his qui propinqui secundum carnem domini dicebantur (plurimi nanq; & ex his per illud tempus supererãt) & habuisse in cõmune consilium, quem oporteret di-

An.do.62. gnum



gnum successione Iacobi iudicari, omnesq; vno consilio atq; vno consensu Symeonem Cleopæ filium decreuisse (cuius mentio in euangeliis facta est) vt episcopatus sedem susciperet. Consobrinus is secundum carnem Saluatoris fuisse dicebatur: quia Cleopam fratrem fuisse Ioseph, Egesippus contestatus est.

Vt Vespasianus posteritatem Dauid iusserit inquiri. CAP. XII.

An.do.79. In familiã Dauidicã inquiritur PEr idem tempus Vespasianus post excidia Hierosolymorum omnes, si qui forte ex familia Dauid superfuissent apud Iudæos, velut regalis prosapiæ viros perquiri iubet. Vnde etiam pro hac caussa grauissima Iudæis persequutio exorta est. Sed Vespasiano decennio principatu ministrato, Titus filius in imperio succedit. Cuius secũdo regni anno, Linum duodecim annis in sacerdotio transactis, vrbis Romę episcopatum tradidisse Anacleto ferunt. An.do.81. An.do.82.

Quod Alexandriæ ciuitati secundus Abilius præfuerit. CAP. XIII.

Domitianꝰ Cæsar SEd Titus non amplius quàm duobus annis, totidemq; mensibus, principatu Romani apicis ministrato, Domitiano fratri summã rerum reliquit. Quarto igitur anno Domitiani, apud Alexandriam Annianus viginti & duobus annis ministrato sacerdotio defunctus est, in cuius locum secundus succedit Abilius. An.do.83. An.do.86.

Quod Romæ secundus episcopus Anacletus fuerit. CAP. XIIII.

An.do.92. IN vrbe verò Roma duodecim Anacletus annis in episcopatu exactis, sacerdotii sedem Clementi tradidit.

Vt tertius ab hoc Clemens. CAP. XV.

Philip.4.3 QVem adiutorem suum Paulus Apostolus Philippensibus scribẽs, designat, dicẽs: Cum Clemente & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.

De Epistola Clementis. CAP. XVI.

Clementis epistola ad Corinthios scripta.

HVius Clementis epistola habetur ad Corinthios scripta, præcipua planè & valde mirabilis, quam velut ex persona Romanæ ecclesiæ dictauit, cum dissensio apud Corinthios fuisset exorta: quã epistolam in plurimis ecclesiis publice legi, & veterũ, & nostris etiam temporibus constat. Verum de seditione facta apud Corinthios, ac dissensione plebis, testis valde fidelis Egesippus indicat, hoc modo dicens:

Egesippus.

De persecutione sub Domitiano. CAP. XVII.

An.do.86. Domitian⁹ Christiano rum persecutor.

MVlta erga multos crudelitate Domitianus exercita, plurimisq; in vrbe Roma nobilibus & illustribus viris, nullo iure, nullaq; ratione trucidatis, innumeris etiam in exilium trusis, & bonorũ direptione mulctatis, ad vltimum Neronianæ theomachiæ & impietatis successor efficitur. Secundus hic quippe ab illo persequutionem molitur in nostros, cum vtiq; pater suus Vespasianus nihil prorsus nostris irrogauerit iniuriæ.

An.do.96.

De Ioãne apostolo & reuelatione eius. CAP. XVIII.

Ioannes in Pathmos relegatur.

QVo in tempore Apostolus & Euangelista Ioannes, ob prædicationẽ verbi diuini, & testimonium veritatis, in insulam Pathmos traditur ablegatus. Denique Irenæus scribens de computo nominis antichristi, quod continetur in reuelatione quæ dicitur Ioannis, quinto aduersus hæreses libro, hæc de ipso Ioanne cõmemorat: Quod si oportet, inquit, apertius in hoc tempore de isto nomine prædicari, â quo magis poterat aperiri, nisi ab eo, qui ipsam reuelationem vidit? Neq; enim multũ temporis est quod reuelata est, sed penè nostra ætate. In fine etenim Domitiani principatus exorta est. In tantum verò per idem tempus fidei nostræ instituta florebant, vt etiam nonnulli alieni â religione nostra scriptores historiarũ suarum tradiderint monimentis, vel de persequutionibus illius temporis, vel etiam de martyriis. Qui etiam diligenter explorato tempore designant, quintodecimo anno Domitiani principis, cum aliis plurimis, ab eo etiam Flauiam Domicillam sororis filiam, Flauii Clementis



mentis vnius tunc ex cõsulibus viri, ob testimonium quod Christo perhibebat, in insulam Pontiam nomine deportatam.

An.do.67.

Quemadmodũ Domitianus posteritatem Dauid iusserit occidi. CAP. XIX.

An.do.90. Interficitur posteritas Dauid.

APud ipsum verò Domitianum, cum iussisset omnes perimi, qui de genere Dauid & regia stirpe descenderẽt, vetus traditio tenet, quod delati sint quidam, quasi essent de posteritate Iudę, quem fratrem fuisse Saluatoris secundum carnem tradunt. Quiq; dupli ci vrgebãtur inuidia, velut q ex Dauid genere, & ex ipsius Christi propinquitate descenderent. Quæ Egesippus per ordinem his verbis refert.

De prosapia Saluatoris. CAP. XX.

Nepotes Iudę delati falso Reuocatus.

ADhuc autem viuebant quidam de carnali genere domini nostri, nepotes Iudæ, eius qui secundũ carnem frater domini dicebatur, quos quidam detulerunt, tanquam ex Dauid stirpe venientes. Hos Reuocatus quidã nomine, qui in hoc missus fuerat, perducit ad Domitianum Cæsarem: & ipse enim formidabat de aduentu Christi, sicut & initio Herodes. Interrogati ergo â Domitiano, si essent ex familia Dauid, confessi sunt. Tunc quæsiuit ab eis, quantis possessionibus, vel quantis essent facultatibus prędi ti, At illi responderunt, quod vtriq; non amplius esset in bonis nouem milibus denariis, ex quibus singulis pars media pro portione deberetur. Nec hæc sibi in pecunia subsistere, sed in æstimatione terræ, quæ eis esset in quadraginta minus vno iugeribus cõstituta, quam suis manibus excolentes, vel ipsi alerentur, vel tributa penderent. Simul & testes ruralis & diurni operis, manus labore rigidas & callis obduratas præferebant. Interrogati verò de Christo, quale sit regnum eius, vel quis ipse, aut vnde, aut quando venturus: respondérunt quod non huius mundi regnum, neq; huius terræ ei designetur imperium, sed quia cœleste ei regnum per angelorum ministeria in consummatione seculi præparetur, quando scilicet aduentans in glo

Facultates nepotum Iudæ.

Rogantur de regno Christi qua le sit.

gia,de viuis & mortuis iudicabit,& restituet vnicuique pro factis ac meritis suis. Ad hæc Domitianus, cum neque in eis quicquam criminis inueniret,& vilitatem eorum quammaxime contemneret, abire eos liberè iubet. Sed & persecutionem, quam aduersum ecclesias agitari iusserat datis rursum compescit edictis. Illi verò dimissi ab eo, vel martyrii merito vel propinquitatis prerogatiua pacis iam tempore duces ecclesiæ effecti, vsque ad Traiani tempora permanserunt:Hæc quidem Egesippus.Sed & Tertullianus de Domitiano similia refert,dicens: Tentauit aliquãdo & Domitianus simile aliquid,portio Neronis de crudelitate:Sed quasi homo cito destitit,ita vt etiam eos quos in exiliũ miserat,reuocaret. Post Domitianum verò quindecim annis imperio potitum.Nerua susce-

An.do.98. pit principatum.Sub quo omnes quidem honorum tituli,qui in Domitianum collati fuerant,detrahuntur. Reuocati autẽ quicunque ab eo in exilium trusi sunt, ac recipere facultates ex Senatusconsulto iubentur:de quibus singulis testimonium perhibent, qui gesta illorum temporum conscripserunt. Tunc igitur etiam

Ioannes Ephesum redit. Apostolum Ioannem post absolutionem insulę,Ephesum quasi ad scholam propriam rediisse,nostrorũ scriptores declarant.

Quod Alexandrinorum ecclesiæ tertius præfuerit Cerdon. CAP. XXI

NErua verò post annũ plus minus defuncto, Traianus succedit imperio. Cuius primo principatus anno Abilius apud Alexandriam tredecim annis sacerdotio ministrato diem obit:cui succedit Cerdon tertius in sacerdotiũ. Qua tempestate in vrbe Roma Clemens quoq; tertius post Paulum & Petrum pontificatum tenebat.

Quod Antiochenæ ecclesiæ secundus præfuerit Ignatius. CAP. XXII.

Euodius Ignatius Symeon SEd & apud Antiochiã Euodius primus fuerat,et secũdus Ignatius,Hierosolymis quoq; Symeon secundus post Iacobum fratrẽ domini iisdem temporibus gubernabat ecclesiam.



Relatio de Ioanne apostolo. CAP. XXIII.

INhis superstes adhuc apud Asiã demorabatur ipse ille,quem amabat dominus Iesus, Apostolus simul atque Euangelista Ioãnes,ecclesiarum quæ inibi erãt gubernacula regẽs,post Domitiani (vt diximus)obitum regressus ex insula. Quod quia ita se habeat,duobus fidelibus testibus approbabo.Irenæus & Clemẽs Alexandrinus huic veritati astipulantur. in secundo aduersus hæreses libro, Irenæus hoc modo scribens: Et omnes,inquit, presbyteri testes sunt, qui in Asia Ioannem discipulum domini viderunt, & sciunt hæc tradidisse Ioannem, qui & permansit apud eos vsque ad tempora Traiani. Item in tertio eiusdem operis libro,idem scriptor de eisdem ita testatur:Ecclesia,inquit, quæ apud Ephesum, à Paulo quidem fundata est,à Ioanne verò ædificata,qui permansit in ea vsque ad tempora Traiani. Habes hunc testem fidelem de Apostoli temporibus contestantẽ.Accipe quid etiam Clemẽs (cuius pariter promisimus testimonium) dicat,historiam quandam perneceſſariam simul texens, quam nos quoque si inseramus , vtilem fore legentibus credimus. Scribit ergo hæc: Audi, inquit, fabulam & non fabulam,sed rem gestam de Ioanne Apostolo,& memoriis omnium tranditam. Cum post tyranni obitum de Pathmos insula Ephesum rediret, rogabatur etiam vicinas lustrare prouincias, quo vel ecclesias fundaret,in quibus nõ erant,locis: vel in quibus erant,sacerdotibus ac ministris instrueret, secundum quod ei de vno quoq; spiritus sanctus indicasset. Cum igitur venisset ad quandam vrbem haud longe positam,omnibus ecclesiasti:is solẽniter adimpletis, vidit iuuenem quendam validum corpore, & vultu elegantem,sed & animis acrem nimis,respiciensq; ad episcopum qui nuper fuerat ordinatus, hunc, inquit, tibi summo studio commendo sub testimonio Christi & totius ecclesiæ.Tum ille susciipiens, omnem se adhibiturum,sicut præcipiebat, diligentiam pollicetur.Sed iterum atq; iterum eadem sæpius repetens,iu-

Ioannes euangelista.

Iuuenis ad meliorẽ vitam reuocatur per Ioãnẽ euãgelist.

uenem commendabat attentius,& post hęc Ephesum rediit.Tum verò presbyter in domū suam adolescentem suscepit commendatum,& cum omni diligentia enutrit,amplectitur, fouet, ad vltimū etiam baptismi gratiā tradit.Post hęc iam velut confidens gratię,qua fuerat cōmonitus,paulò indulgētius iuuenem habere cœpit.Sed ille vbi ætate immatura, libertate potitus est,continuo per æquæuos, quibus luxus & desidia cordi est,amare vitia & corruptæ vitę incedere trami tem perdocetur.Et primo quidem conuiuiorum illece bris decipitur, inde nocturnis eum furtis socium sibi participemq; consciscunt, post hæc etiam ad maiora flagitia pertrahunt:cum interea sensim iuuenis forma batur,& instituebatur ad scelera,& quia esset acer ingenio,sicut equus infrenis & validus,diris morsibus obfirmatis,recti itineris lineam derelinquens, rectore contempto, rapido cursu totus fertur in præceps, ita succedentibus sibi malis, vt desperationem sibi quoque à deo præstitæ salutis acceperit. Dedignatur iam de paruis sceleribus cogitare, grandia quæque moliatur,& ex integro perditioni se tradens, nullo inferior esse in flagitiis patitur. Denique illos ipsos,qui prius magistri criminum fuerant,discipulos facit, & latronum ex his turmam,quibus ipse dux & princeps violentus præesset,instituit, & cum his omni crudelitate grassatur. Verum tempore elapso (cum rei ita popo scisset vtilitas) inuitatur iterum ad illam vrbem Ioannes, & cum cætera (quorum gratia venerat) ordinasset,age,inquit,ô episcope,depositum repręsenta,quod tibi ego plane & CHRISTVS commendauimus,ecclesia teste quā regis.At ille obstupuit, primo pecuniam putans à se reposci,quam non acceperat. Sed rursum cōsyderabat nec posse fallere Ioannem, nec quod non dedit,quærere.Hærebat ergo stupens.Quem Ioannes hærentem videns,iuuenem illum, inquit, repeto abste & animam fratris. Tunc grauiter suspirans senior, & in lachrymas resolutus,ille,ait, mortuus est. Quomodo,inquit,vel quali morte? Deo, ait, mortuus est, quia



quia pessimus & flagitiosus euasit,ad vltimum etiam latrocinium adgressus est. Denique nunc montē quendam cum multa latronum manu occupauit. Quibus auditis Apostolus vestem continuo,qua erat indutus, scidit,& cum ingenti gemitu feriens caput suum, bonum te,inquit,custodē fratris animæ dereliqui.Sed iā nunc mihi equus paretur,& dux itineris.Et cōfestim ab ipsa ecclesia ascendens,cōcitus properabat.Cumq; peruenisset ad locum,attinetur ab his latronibus,qui custodias obseruabant.At ille neq; effugere,neq; prorsus declinare vsquam nitens,ingenti tantum voce proclamabat,quia ad hoc ipsum veni,adducite mihi principem vestrum.Qui cum veniret armatus,eminus agnito Ioanne apostolo,pudore actus, in fugā vertitur. Ille equo post eum admisso,confestim insequitur fugientem,etiam ætatis oblitus,simul & clamans: Quid fugis ô fili patrem tuum? Quid fugis inermem senem? Miser hære,noli timere,habes adhuc spem vitæ.Ego Christo rationem reddam pro te.Certe & mortem libenter pro te excipiam, sicut & dominus excepit pro nobis,& pro tua anima dabo animam meam.Sta tantum & crede mihi,quia CHRISTVS me misit.At ille audiens,restitit,ac vultum demisit in terram,post hoc arma proiecit, tum deinde tremefactus flebat amarissimè,&accedentis ad se senis genibus prouoluitur,gemitibus & vlulatibus quibus poterat satisfaciens, & vberrimis lachrymarum suarum fontibus iterum baptizabatur,occultans solam dexteram suam. Apostolus verò iurisiurandi sacramento se ei à Saluatore impetraturum veniam pollicens, simulq; genibus eius prouolutus,atque ipsam dexteram,ex cuius cędis conscientia torquebatur,tanquam iam per pœnitentiam purgatam deosculaus,ad ecclesiam reuocat, & indesinenter pro eo orationes profundens,& cum ipso pariter ducens crebra ieiunia,indulgētiam à deo,quam ei pollicitus fuerat,expetebat.Sed & variis sermonū cōsolationibus,velut quibusdā præcātationibus efferos & exterritos eius animos mitigabat.Nec prius absti-

tit,quàm eum in omnibus emendatum etiam ecclesiæ præficeret:præbens per hoc magna exẽpla veræ pœnitentiæ,& documentũ ingens nouæ regenerationis,atq; insignia quædã & trophæa visibilis in eo resurrectionis ostendens.Hęc à Clemente dicta,non solũ ad scientiam rerum, sed & ad vtilitatẽ legentium profutura, hunc in nostris quoque libris teneant locum.

De ordine Euangeliorum. CAP. XXIIII.

Euãgelium Ioannis

AGe iam etiam huius apostoli quæ sint scripta, quæ in autoritate habeantur,cum his pariter explicemus. Est igitur primo Euangelium nominis ipsius,quod in omni orbe personuit. Quod autem post cætera tria euangelia quarto à vetèribus statutum est loco,hęc erit ratio. Venerabiles & vere deo digni apostoli Christi,cum essent in omnibus puritate vitæ & animi virtutibus clari, non magnipendebant sermonis ornatum:quippe in quibus anima erat diuinis ornata virtutibus,simul & signorum gratia quę eis à domino nostro IESV CHRISTO concessa fuerat:qua confidentes,non in suasoriis humanæ sapientię verbis summam prędicationis dominicæ collocabãt,sed in ostensione spiritus & in virtute,per quam mirabilibus consummatis & verborum suorum fide facta, vniuerso orbi regni cœlorũ scientiam tradiderunt,paruiducentes plures libros condere,quod huiuscemodi prædicationis assertio, non argumento humani sermonis, sed adstipulatione diuinę virtutis indigeat. Denique Paulus,qui inter omnes apostolos eruditior etiam in verbis videtur, & in sensibus prępotens,non amplius quàm paruum epistolarum suarum corpus reliquit, qui vtique immensa contineret intra se atque innumera sacramenta,vtpote qui etiam vsque ad tertium cœlum raptus,quę gererẽtur inspexerat,& in ipsum quoque deo dignum paradisum abductus,audierat ibi ineffabilia verba, & doctrinam (quęcunque illa inibi est) siue corporeus, siue incorporeus, illius interim scholæ discipulus effectus, exceperat. Sed & reliqui domini ac Saluatoris nostri discipuli,nõ solum ex illis duodecim,

Apostolinõ affectarunt elegantiam sermonis

2.Cor.2.d.

Apostoli pauca scripserunt Paulus Apostolorum eruditissimus



duodecim,sed & si qui extra hunc numerum de schola tamen domini & Saluatoris nostri, sermonem aliquem,diuinitus inspirati,memoriæ reliquerunt, breuem hunc & succinctum per omnia esse voluerunt.

Matthæus

Igitur ex ipsis discipulis domini, Matthæus tantummodo & Ioannes ad scribendum appulisse animũ traduntur, necessitate quadam in hoc ipsum prouocati. Matthæus enim primo Hebræis prædicauerat. Verum cum pararet transire ad gentes,patria lingua scripturam composuit, & ea quæ prędicauerat comprehendens,dereliquit his ad memoriam à quibus profiscebatur,vt gentibus prædicaret. Post hunc Lucæ & Marci scriptura euangelica secundum eas causas, quas superius diximus,æditur.Ioannem verò tradunt vsque ad vltimum penè vitæ suę tempus, absque vllius scripturæ indiciis euangelium prędicasse. Sed cum horum trium euangeliorum, etiam ad ipsum notitia peruenisset,probasse quidem dicitur fidem & veritatem dictorum,deesse tamen vidit aliqua,& ea maxime,quæ primo prędicationis suę tempore dominus gesserat. Certum enim est, quod in superioribus tribus euangeliis hæc videntur sola contineri,quæ in eo gesta sunt anno,quo Ioannes Baptista vel inclusus est in carcerem,vel punitus. Deniq; si obserues, statim in initiis narrationis posteaquã refert Matthæus de quadraginta dierum ieiunio,& de tentatione eius, continuo subiicit,dicens: Audiens autem,quia Ioannes traditus est,discessit de Iudæa,& venit in Galilæam. Sed & Marcus similiter,posteaquam (inquit) traditus est Ioannes,venit IESVS in Galilęam. Lucas verò etiam priusquam incipiat aliquid de actibus referre IESV dicit: Quia adiecit. Herodes super omnia mala quæ gesserat,& concluſit Ioannem in carcerem. Quia (inquam)ab his hæc videbantur omissa,rogatus dicitur Ioannes apostolus,vt ea quæ præterierant priores ante traditionem Ioannis, Saluatoris gesta conscriberet. Et ideo dicit in euangelio suo: Hoc fecit initium signorum IESVS. Et iterum in alio loco indicat,dicẽs:

Matthæus

Lucas
Marcus
Ioannes

Matth.4.b

Mar.1.b

Luc.3.d

Ioan.2.c

Non

Ioã.3.c Nondum enim Ioannes erat missus in carcerem. Ex quibus constat quod ea quæ antequam Ioannes traderetur à Iesu fuerant gesta describit. Et ideo si quis hoc diligentius consyderet, euidenter inueniet, nõ sibi euangelia dissonare, sed alterius temporis gesta esse quæ scribit Ioannes, alterius verò quæ cæteri. Vnde quia natiuitatem secundum carnem Saluatoris, vel Matthæus, vel Lucas descripserant, reticuit hoc Ioannes, & à theologia atque ab ipsa eius diuinitate sumit exordium. Quæ pars sine dubio ipsi velut eximio per spiritum sanctum reseruata est. Hæc etiam de Ioãnis euangelio dicta sint. De Marci verò euangelio sufficienter supra comprehensum est. Lucas autem in initio euangelii sui, causam cur scriberet, indicauit: videlicet quoniam multi alii temere præsumpserant enarrare, quæ sibi magis erant ad liquidum comperta: volens ergo abstrahere nos à cęterorum narrationibus, fidem facit per se conscriptæ veritati, certus quod eam vel Paulo exponente, vel aliis Apostolis, qui ab initio ipsi viderant, ac sibi tradiderant, consecutus sit: & hanc nobis per proprium euangelium tradat. Hæc à nobis etiam de Luca breuiter dicta sint. Oportunius verò & plenius in tempore insertis his quæ antiqui autores scripta reliquerunt, vt se cuncta habeant, indicabimus.

Lucas

## De indubitatis diuinis suspectisve scripturis.

CAPVT. XXV.

Epistola Ioannis prima. Apocalyp. IOannis tamen extant præterea epistolæ, de quarũ prima, neque ab antiquis vnquam, neque à posteris dubitatum est. De reliquis verò duabus, & de Reuelatione, etiam nunc anceps sententia habetur: de quibus (vt dixi) & à veteribus dubitatum, suis in locis ipsorum vocibus approbabimus. Vt ergo, quãdoquidem in hæc loca deuenimus, omnem noui testamenti Canonem designemus, primo nobis omnium euangeliorum cœlestis quadriga iungatur, his Actus apostolorum copulentur. Post hos Pauli epistolæ socientur, consequatur verò has prima Ioannis epistola, simili-



ter & Petri prima. Hæc sunt de quibus nulla vnquã prorsus extitit dubitatio. Sequenti loco iam sunt illa, de quibus à nonnullis dubitatum est, Reuelatio Ioannis, de qua quid singuli veterum senserint, suis in locis ostendemus: & epistola Iacobi, sed & Iudæ, Petri quoque secunda, & item Ioannis secunda & tertia, sive hæ ipsius euangelistæ, sive etiam alterius eius cognominis ostendẽtur. Post hæc iam scriptura est, quæ dicitur Actus Pauli, sed & libellus qui appellatur Pastoris, & reuelatio Petri, de quibus quàm maxime dubitatur. Fertur etiã Barnabæ epistola, & doctrina quę dicitur apostolorum. Quidam autem his sociant etiã euangelium, quod dicitur secundum Hebræos, quo præcipue vtuntur illi Hebræi, qui Christum suscipere videntur, sed in ecclesia ei contradicitur. Quæ omnia tamen à nobis necessario enumerata sunt, vt absq; vlla ambiguitate clarescceret, quæ sint in veteri autoritate, & quæ sint in quibus vel contradictio aliqua, vel etiam contatio, cum tamen à quàm plurimis ecclesiis recipiantur, soleat admitti. Sed & de illis sciendũ est, quæ sub nomine apostolorum ab hæreticis proferuntur, velut Petri & Thomæ, & Matthiæ, & cætero rum similiter apostolorum quæ appellant euangelia, sed & Andreæ & Ioannis, atque aliorum apostolorũ Actus, quod nusquam prorsus in scriptis veterum, eorum duntaxat qui apostolis successerunt, aliqua mentio eorum aut commemoratio habetur. In quibus & ipse stilus multum ab ecclesiastica cõsuetudine deprehenditur esse diuersus. Sensus quoque ipse, & omnia quæ † his inseruntur, longe ab Apostolica dissonant fide, ex quo figmenta esse prauitatis hæreticæ compro bantur. Vnde ne inter illa quidem, de quibus dubitari diximus, collocãda sunt, sed vt aliena penitus & à pietatis regula discrepantia propellenda. Verum ad historiæ ordinem redeamus.

Epistolę Catholicæ.

Acta Paulĩ. Li. Pastoris Reuelatio Petri. Epistola Barnabæ. Doctrina apostolorũ.

Euãgelium secundum Hebræos.

Euãgelia & Acta quorũ dam apostolorum.

Aliàs, in his inseruntur.

## De Menandro mago. CAPVT XXVI.

Igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca



An.do.88. Menander Samaritanꝰ

IGitur Simoni mago Menander succedit scutū diaboli non inferius primo,& ipse Samarites genere: in arte autem magica solus repertus est, qui non modo æquiparare,sed & supergredi impietatem posset magistri. Maioribus quippe portentis efferebatur, semetipsum saluatorem dicēs,ad hominum salutem de cœlestibus & inuisibilibus seculis destinatum,asserēs non aliter posse vnumquenq; angelos seculi vincere, nisi prius à semet magicæ artis per ordinem susciperet disciplinam,& per baptismum à se datum,immortalis æternus effectus, in hac vita perpetuus fieret.

Iustinꝰ philosophus & martyr.

Quæ omnia ex libris Irenæi,volentibus scire perfacile est.Sed & Iustinus in his ipsis,in quibus Simonis secerat mentionem,etiam de hoc talia quædam scribit: Menandrum quendam Samaritanū,ex vico Cappara thea,Simonis discipulum, stimulis dæmoniacis incitatum venisse Antiochiam,& quàm plurimos per artem magicam decepisse scimus,qui hoc etiam suadere potuit sectatoribus suis,quod non essent morituri. Ex quibus in hodiernum sunt aliqui ex illo eadē cōstentes. Quod est vere diaboli cōmentum,vt homines Magi Christianorū sibi nomen imponerent, quo per hoc sanctum & venerabile religionis nostræ mysterium macularent,qui tamen irrident, & spernūt ecclesiastica dogmata,vel de immortalitate animæ,vel de resurrectione mortuorum. Verum hi talibus freti autoribus,de spe salutis & vitæ penitus exciderunt.

De secta Ebionæorum. CAP. XXVII.

Ebionii An.do.89.

SEd & alios idem dæmon, quos ab amore Christi separare nō poterat,alia nihilominus arte decepit, id est,Ebionæos,qui interpretantur pauperes. Vere enim pauperes sunt & egeni in scientia gloriæ Christi: quoniam quidem solum eum hominem putant,& perprofectum vitæ ac virtutis virum iustum effectum, communi etiā natiuitate ex viro & fœmina procreatum. Custodiendam verò censent etiam legis obseruātiam,nec sufficere ad salutē solam Christi existimant fidem. Quidam tamen ex ipsis refugiunt hanc impietatem,



tatem,vt ex viro & fœmina adserant eum natum,sed confitentur de spiritu sancto & Maria virgine:nec tamen eum semper fuisse deum & verbum,ac sapientiā dei fatentur. Corporalem verò legis obseruantiam custodiunt. Apostoli autem epistolas omnes pariter respuunt, & ipsum apostatam legis appellant. Vtuntur & euangelio vno quodam,quod secundum Hebræos appellatur:cætera omnia nihil ducunt. Sabbata cum Iudæis secundum legem,nobiscum dominicam diem sacratam pro resurrectione domini obseruant. Vnde competenter Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt. Paulus. Ebiones.

De Cerintho prauæ religionis antistite.

CAPVT. XXVIII.

An.do.88. Cerinthus hæreticus. Gaius scriptor eccles siasticus.

IIsdem temporibus etiam alterius hæreseos obortū principem Cerinthum accepimus. De quo Gaius (cuius iam in superioribus fecimus mentionem) in Disputationum suarum dialogo ita scribit:Sed & Cerinthus(inquit) per reuelationes quasdam,quas velut à magno apostolo conscriptas,& per angelos ei reuelatas putaret,talia quædam portenta nobis introducit. Post resurrectionem terrenum dicit futurum esse regnum Christi in Hierusalem, & homines in carne iterum concupiscentiis & vitiis subiectam conuersationem habituros. Contra fidem quoq; scripturarum quosdam mille annos designat:in quibus multa quidem & alia corruptionis opera,& nuptiarum festiuitates dicit futuras, ad eos qui libidini sunt dediti,decipiendos. Sed & Dionysius,cū de Ioānis reuelatione Dionysius Corinthiorū episcopꝰ. dissereret,& quædam secundū ea quæ antiquitus ecclesię tradita fuerant,disputaret:mentionē facit huius ipsius viri,in his verbis: Cerinthus (inquit) à quo & Cerinthiana hæresis oborta est,figmentis suis autoritatē magni nominis acquirere,secūdum scripturæ hūius prauā intelligentiam gestiebat:quippe cuius hæc erat hæresis, vt affirmaret terrenū futurū esse Christi regnū. Et quia erat vētri & gulæ ac libidini deditꝰ,ea futura decernebat,quæ sibi propria libido dictabat.

Ventris

Ventris & eorum quæ sub ventre sunt, incitamentã, cibis, potibus, nuptiis prædicabat explenda. Et vt aliquid sacratius dicere videretur, legales agebat festiuitates rursum celebrandas, & hostias carnales iterum iugulandas. Irenæus verò etiam secretiora ipsius hæretici in primo operis sui libro publicauit, quæ inde discat, si quis plenius scire vult.

De Nicolao & sectatoribus suis. CAP. XXIX.

An. do. 28. Nicolaitæ. Nicolaus.

SEd & alia hæresis, quæ appellatur Nicolaitarum, per pauca tempora viguit, cuius etiam in reuelatione Ioannis mentio facta est. Isti Nicolaum vnum ex illis qui cum Stephano ab apostolis cõstituti sunt diaconi, autorem se habere iactabant. Sed Clemens Alexandrinus in tertio libro στρωμάτων hæc de eo scribit: Pulchram (inquit) valde hic vxorem habuit. Et post ascensionem domini & Saluatoris nostri, cum increparetur ab apostolis tanquam de zelotypiæ iniuria, productam in medium vxorem suam si quis vellet eã habere, permisit. Ex qua occasione isti consequẽs putauerunt, vt secundum hoc factum vel dictum Nicolai, vnusquisq; carne sua in quod delectaret abuteretur. Et obtinentes dictum vel factum huius simpliciter & innocenter, absque vlla reuerentia promiscuos nunc & illicitos cõcubitus expetunt hi, qui sub illius nomine sectam sibi propriæ libidinis assumpserant. Mihi autem compertum est, Nicolaum nullam prorsus agnouisse mulierem, præter eam quam in matrimonium acceperat, Cuius etiam liberi, fœminæ quidem vsque ad vltimam senectutem casta virginitate durarunt: filius autem etiam ipse sanctitatem incorrupti corporis custodiuit. Quæ cum ita se habeant, constat illud quod in medium apostolorum præ zelotypiæ suspitione produxit vxorem, ex contemptu vitii vel libidinis gestum: quo per hoc continentẽ se ostenderet eius rei, quam nimie putabatur expetere, contẽnendam magis quàm expetendam carnis edocens voluptatem. Quoniam quidem nolebat (vt opinior) secundum Saluatoris præceptum, duobus dominis seruire



uire, libidini & deo. Dicunt autem etiam Matthiam ista docuisse, aduersum carnem pugnandum, & in nullo prorsus voluptati eius ac libidini cõcedendum: animam verò alendam sapientiæ pastibus, & scientiæ cibis in maius semper augendam. Hæc de illis hæresibus, quæ temporibus memoratis à veritate declinantes cito extinctæ sunt, retulisse sufficiat. Matthias apostolus.

De his apostolis qui non sunt aspernati iura connubii. CAP. XXX.

CLemens sanè hic, cuius voces adnotauimus, scribens aduersum eos qui nuptias spernũt, inter cætera etiam hæc dicit: An & apostolos improbantẽ? Petrus etenim ac Philippus, & vxores habuerunt, & filias etiam viris nuptum dederunt. Sed & Paulum nõ tedet apostolum, in quadam epistola sua mentionem vel salutationem facere comparis suæ, quam se ideo negat circumducere, vt ad prædicationem euangelii expeditior fiat. Verum quoniam Clementis fecimus mentionem, absurdum non erit, aliam quoq; eius memorabilem narrationem proferre, quam in septimo eiusdem operis libro ita inseruit: Aiunt, inquit, beatũ Petrum, cum vidisset vxorem suam duci ad passionẽ, gauisum esse electionis gratia, ac regressionis ad propriam domum, & exclamasse ad eam cum duceretur, ac proprio nomine compellantem, dixisse: O coniux, memento domini. Talia coniugia sanctorum erant, tã perfecta fuit affectio beatorum. Petrus, Philippꝰ & Paulus fuerunt mariti. Phil. 4. Petri verba ad vxorem suam.

De Philippi & Ioannis apostolorum excessu. CAPVT. XXXI.

IGitur quia de vitæ exitu Petri vel Pauli iam in superioribus explanauimus, sed & tempus Ioannis q̃ vita excessit, ex parte iam diximus, nunc etiam de loco quietis eius, secundũ fidem Polycratis Ephesii episcopi, edocere cõueniens puto. Hic etenim Polycrates Victori episcopo vrbis Romæ scribens, & ipsius & Philippi apostoli, ac filiarum eius pariter meminit, dicẽs: Sicut iam superius inseruimus, quod magna lumina in Asiæ partibus dormierũt, quæ resuscitabit dominus Polycrates Philippus apostolus obiit.

mnus in nouissimo die aduentus sui, cū veniet in gloria, & regret oēs sanctos suos. Dico autē de Philippo, inquit, qui fuit vnus ex apostolis, qui dormiuit apud Hierapolim. Sed & duę eius filiæ ibi virgines consenuere, & alia eius filia spiritu sancto repleta permansit apud Ephesum. Et Ioannes ille qui supra pectus domini recumbebat, qui fuit sacerdos dei, pōtificale τέταλον gestans, & martyr & doctor optimꝰ apud Ephesum dormiuit. Hæc etiam de locis, in quibus requiescunt in somno pacis, adiecisse sufficiat. Sed & Gaius (cuius ante mentio facta est) in dialogo suo, quē cum Proculo disputans scribit, de filiabus Philippi simul & obitu ipsius consonis vocibus memorat dicēs: post hæc aīt prophetisse quatuor fuerūt Philippi filiæ, cuiꝰ sepulchrum extat apud Hierapolim Asię vrbem, vna cū filiabus suis. De his autē & Lucas in Actibus apostolorū meminit cū adhuc apud Cęsareā degerent. Dicit ergo ita: venimus, inquit, Cæsareā, & egressi in domū Philippi euangelistæ, qui erat ex septē, mansimus apud eū. Huic autē erant virgines filiæ quatuor prophetantes. His igitur à nobis de apostolorū tēporibus vel excessibus, prout potuimus, ex scripturis veterum congregatis, sed & de scripturarū canone, qui in autoritate habeātur libri, vel qui penitus repudientur: qui verò medii quodam modo ad instructionē solam ab ecclesiis nō etiam ad indubitatam autoritatē recepti sint, consequenter expositis, tendamus ad cætera.

Philippi filiæ.

Ioannes apud Ephesum.

Id est, mittā

Gaius scriptor. An. do. 100.

Lucas. Act. 21. b.

Digressio p epilogū

Quemadmodum Symeon Hierosolymorum episcopus passus sit. CAP. XXXII.

Symeō Cleopæ F. episcopus Hierosolym. An. do. 99.

POst Neronem Domitianumq́, sub hoc (cuius nūc tempora memorauimus) per singulas ciuitates ex insolentia populi persecutionem in nostros accepimus motam. Quo in tempore etiam Symeon Cleopę filius, quem secundum Hierosolymis ordinatum episcopum supra edocuimus, per martyrium carnis vinculis resolutus est. horū adstipulator ipse ille est Egesippus, quem in pluribus iam produximus testem. Is ergo refert, quod à quibusdam hæreticis accusatus sit supra



supradictus vir tanquam Christianus, & multis supplicijs afflictus per multos dies, ita vt etiam iudex ipse cum amicis suis de eius patiētia miraretur, & ad vltimum iuberet simili eum, quā dominus pertulit, passione vitā finire. Sed & ipsa verba, quibus hæc protestatur, audire gratius puto. Ait ergo cū de hæreticis diceret: Ex his igitur ipsis accusauerūt quidā Symeonē Cleopæ filiū, tanq́ qui esset ex genere Dauid, & Christianus, Et ita martyr effectus est, cū esset annorū centum xx. sub Traiano Cæsare apud Atticum consularem. Addidit autem etiā hoc, quod accusatores eius, cum in illis tēporibus perquireretur, si qui ex genere Dauid, & ex regia tribu descenderent cōprehensi sint inter ipsos. Quod autem Symeon vnus fuerit ex ipsis auditoribus domini, vel longæuitas eius indicio est, vel euāgeliorū fides, vbi etiā mater eius Maria, Cleopæ vxor refertur. Sed & alios quosdam idem scriptor refert, præter eos de quibus supra diximus, nepotes Iudæ, vnius ex fratribus domini, per idem tēpus superstites inuentos, & Domitiani temporibus martyres factos, hoc modo scribens, Veniunt igitur hi, & præsunt omni ecclesiæ, tanq́ martyres & propinqui dñi, & reddita pace ecclesiæ, permāserūt vsq́ ad tempora Traiani Cęsaris, vsq́quo cōsobrinus dñi Symeon de q̄ supra diximus, filius Cleopæ, calumniā pateretur ab hæreticis Christianus cōsulari delatus. Cumq́ multo tēpore suppliciis fuisset affectus martyrio cōsummatus est, oībus qui aderāt, & ipso iudice mirantibus vt centū viginti annorū senex crucis suppliciū pertulisset. Post hæc idē scriptor addidit etiā hoc, quod vsque ad illa tēpora virgo mūda & immaculata p̄manſit ecclesia, corruptoribus veritatis, & diuini verbi temeratoribus, aut nusquā oīno extātibus, aut etiā si q forte fuerāt, in occultis & abditis hiatibus terrę delitescēti bus. Vt verò & apostolorū chorus, & oīs illa ætas q̄ â dño susceperat viuæ vocis auditū, de hac luce discesserit, tū velut in vacuā do mū, falsę doctrinæ impiꝰ se error immersit, et tanq́ vbi nullꝰ iā diuini cēsus defensor existeret

Nepotes Iudæ fratris domini.

Symeō. 120. annos natꝰ, in crucem agitur.

Hæreticī quando cœperint.

Prouerbiũ citra pudorẽ & palam.

existeret, nudato (vt aiunt) capite corripientes arma mẽdacii, oppugnare apostolicam veritatem nituntur. Sed istud bellum intrinsecus gerebatur. Persecutionũ verò extrinsecus pondus vrgebat ecclesiã, & tam immensæ cateruæ martyrum quotidie iugulabantur, vt

Plinius secundus. An.do.iii.

Plinius secundus, qui tunc prouinciam administrabat, multitudine interemptorum permotus referret ad imperatorem, quòd innumera hominũ milia quotidie obtruncarentur, in quibus nihil omnino sceleris deprehenderetur admissum, aut aliquid contrarium Romanis legibus gestum. nisi hoc solum, quod antelucanos hymnos Christo cuidam canerent deo. Adulteria verò, vel cætera huiusmodi crimina apud eos & illicita haberi, & penitus arceri: cætera verò secundũ leges eos agere communes.

Vt Traianus Christianos vetuerit inquiri.

CAPVT XXXIII.

Traianus rescripsit Plinio.

AD quæ tũc Traianus rescripti sui autoritate decernit, vt Christiani quidem non requirantur: si qui tamen inciderint, puniantur. Per quod ex parte aliqua persecutionis sedatum putabatur incendium. Sed his qui nequitiam suã aduersum nos exercere cupiebant, lædendi occasio non videbatur exempta. Interdum enim populus instigabatur, interdum etiã iudex occasionibus vtebatur, & negabat quęsitos, quos punire voluisset oblatos. Hæc Tertullianus in Apologetico suo dicit, ex quo possunt instrui plenius scire cupientes.

Quod ecclesiam Romanam quartus rexerit Euaristus. CAP. XXXIIII.

An.do.102. Euaristus Rom. Pon. post Clemẽtem.

IGitur in vrbe Roma tertius ab apostolis Clemẽs nouem annis sacerdotio perfunctus, Euaristo diuini verbi tradidit ministerium.

Quod tertius præfuerit Hierosolymis Iustus.

CAPVT XXXV.

An.do.97. Iust⁹ Symeoni sufficitur

IN Hierosolymis verò, Symeone (de quo superius diximus) defuncto, Iustus quidã ex his qui de circũcisione ad fidem Christi venerant, episcopatũ suscepit.



pit. Quibus temporibus apud Asiam supererat adhuc & florebat ex apostolorum discipulis Polycarpus, Smyrneorum ecclesiæ episcopus, & Papias similiter apud Hierapolim sacerdotium gerens. Polycarpus Papias.

De Ignatio & eius epistolis. CAP. XXXVI.

Ignatius Petro successit. An.do.109.

SEd & in nostra quoq; tẽpora famæ celebritate vulgatus Ignatius apud Antiochiam post Petrũ secunda successione episcopatum sortitus est. Quem sermo tradidit, de Syriæ partibus ad vrbem Romã transmissum & pro martyrio CHRISTI ad bestias datum. Quicq; cum per Asiam sub custodia nauigaret, singulas quasq; digrediens ciuitates, ecclesiæ populos Euãgelicis cohortationibus edocebat in fide persistere, & obseruare se ab hæreticorũ contagiis, qui tunc primum copiosius cœperant pullulare: & vt diligentius ac tenacius apostolorũ traditionibus inhęrerent, quas traditiones cautelæ gratia, & ne quid apud posteros remaneret incerti, etiã scriptas se asserit reliquisse. Denicq; cũ Smyrnam veniisset, vbi Polycarpus erat, scribit inde vnã epistolam ad Ephesios, eorumq; pastorẽ, in qua meminit & Onesimi: & aliam Magnesiæ ciuitati, quæ supra Mæandrum iacet, in qua & episcopi Dammei mentionẽ facit. Sed & ecclesiæ quæ est Tralis scribit, cuius principem tunc esse Polybiũ designauit. In ea verò quam ad Romanam ecclesiam scribit, deprecatur eos, ne se tanquã suppliciis suis parcentes, velint spe priuare martyrii, & his post aliquanta vtitur verbis: A Syria, inquit Romã vsq; cũ bestiis terra mariq; depugno, die ac nocte connexus & colligatus decem leopardis, militibus dico ad custodiã datis, qui ex beneficiis nostris fœuiores fiunt. Sed ego nequitiis eorum magis erudior. Nec tamen in hoc iustificatus sum. O salutares bestias quæ præparantur mihi. Quãdo venient? quando emittentur? quando eis frui licebit carnib⁹ meis? quas & ego opto acriores parari, & inuitabo ad deuorationẽ mei, & deprecabor ne forte (vt in nonnullis fecerunt) timeant contingere corpus meum. Quin imò & si contabuntur, ego vim faciam.

Traditiões apostolorũ. Epistolæ Ignatii.

ego me ingeram. Date quæso veniam, ego noui quid expediat mihi. Nũc incipio esse discipulus CHRISTI. Faceſſat inuidia vel humani affectus, vel nequitiæ ſpiritalis, vt IESVM CHRISTVM merear adipiſci. Ignes cruces, beſtiæ, diſperſiones oſſium, diſcerptionesq; mẽbrorum, ac totius corporis pœnę, & omnia in me vnũ ſupplicia diaboli arte quæſita †cumulentur, dummodo Ieſum Chriſtũ merear adipiſci. Hæc & multa alia his ſimilia ad diuerſas eccleſias ſcribit. Sed & ad Polycarpum, velut apoſtolicum virum, datis literis, Antiochenam ei eccleſiam præcipue cõmendat. Ad Smyrnęos ſanè ſcribẽs, vtitur verbis quibuſdã, vnde aſſumptis neſcimus, quibus hæc de Saluatore proloquitur. Ego autem poſt reſurrectionem quoque in carne eũ ſcio fuiſſe, & credo. Nam & cum veniſſet ad Petrum cæteroſq; ait eis: Accedite & videte, quia nõ ſum dæmonium incorporeum. Qui & contingentes eũ crediderunt. Scit autẽ & Irenæus martyrium eius, & mentionem facit ſcriptorum eius per hæc verba: Sicut dixit (inquit) quidam ex noſtris, pro martyrio Chriſti damnatus ad beſtias, Frumẽtum, inquit, ego ſum dei: beſtiarũ dentibus molor & ſubigor, vt panis mũdus efficiar Chriſto. Sed & Polycarpus horum memoriã facit in epiſtola quam ad Philippenſes ſcribit per hæc verba: Deprecor, inquit, omnes vos, obedientiæ operam dare, & meditari patientiam, quã vidiſtis in Ignatio & Ruſo, & Zoſimo beatis viris, præcipue autem in Paulo, & cæteris apoſtolis, qui fuerũt apud vos ſcientes, quod hi omnes non in vacuũ, ſed per fidem & iuſtitiam cucurrerunt, vſquequo peruenirent ad locũ ſibi à domino præparatum: quoniã quidem paſſionũ eius participes extiterunt, nec dilexerũt præſens ſeculum, ſed eũ ſolum, qui pro ipſis & pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit. Et poſt pauca ſubiungit: Scripſiſtis mihi & vos, & Ignatius, vt ſi quis vadit ad partes Syriæ, deferat literas ad vos. Quod faciam, cum tempus inuenero. Mittam vobis & Ignatii epiſtolas, & alias, ſi quæ ſunt, quæ ad nos tranſmiſſę ſunt, ex quibus vtilitatem

Al. conſentiuntur.

Polycarpus.



litatem maximam capiatis. Continẽt enim de fide & patientia inſtructionem perfectam ſecundum Domini præceptum.

De iis Euangeliſtis qui id temporis eminebant.

CAP. XXXVII.

HActenus de Ignatio. Poſt hunc rexit eccleſiam ciuitatis Antiochenæ Heros. Inter eoſdem ſanè floruit, vir, æquè inſignis, Quadratus, qui vnà cum Philippi filiabus in prophetica gratia celeberrimus fuiſſe perhibetur. Sed & alii plurimi per idem tempus Apoſtolorum diſcipuli ſuperſtites erant qui eccleſiæ fundamentis, quæ ab illis iacta fuerant, digniſſima deſuper fidei ædificia conſtruebant, augentes in omnibus prædicationẽ verbi dei & ſalutaria ſemina regni cœlorum per omnem terrã latius diſſerẽtes. Deniq; nonnulli ex his ardentiore diuinæ philoſophiæ cupiditate ſuccenſi, animas ſuas verbo dei conſecrabãt, explentes perfectionis ſalutare præceptũ, vt facultates ſuas primo indigentibus diuidentes, expediti ad prædicandum euangelium fierent, vt ſi quibus forte prouinciis nomen fidei eſſet incognitum, prædicarent. Primaq; apud eos fundamenta euangelii collocantes, atq; electis quibuſq; ex ipſis officium regendę eccleſię, quam fundauerant, committentes, ipſi rurſum ad alias gentes, aliasq; prouincias properabant, & Euangeliſtarũ fungebantur officio: quouſq; ſimiliter, vt in exordio Apoſtolos, diuinorũ ſignorũ comitabatur effectus, et ſancti ſpiritus gratia, ita vt videres vna alloquutione integros ſimul populos ad cultum diuinæ religionis adduci, & prædicantium verbis nõ eſſe tardiorem audientium fidem. Verum quoniã impoſſibile nobis eſt ſingulos enumerare, qui poſt Apoſtolorũ primas ſucceſſiones in eccleſiis quæ per orbẽ terræ ſunt, vel principes, vel Euangeliſtæ fuerunt, vel paſtores: illos tantummodo commemoraſſe ſufficiat, quorum libris inſerta ad nos vſq; fidei & prædicationis monimẽta venêre, vt Clementis & Ignatii, cæterorumq; quorum ſuperius fecimus mentionem.

Heros Antiochiæ ſucceſſit Ignatio.

An. do. 110. Quadratus diſcipuli Apoſtolorũ quomodo ſe geſſerint.

## De epistola Clementis, aliisq; scriptis eius. CAP. XXXVIII.

An. do. 94 Epistola Pauli ad Hebr.

CLemens tamen in epistola quam Corinthiis scribit, meminit epistolæ Pauli ad Hebræos, & vtitur eius testimoniis. Vnde cõstat, quod apostolus tanquam Hebræis mittendã, patrio eam sermone conscripserit: & (vt quidã tradunt) Lucã euãgelistam, alii autem hunc ipsum Clemẽtem interpretatũ esse. Quod & magis verũ est, quia & stilus ipse epistolæ Clementis cum hac concordat, & sensus nimirũ vtriusq; scripturæ plurimam similitudinẽ ferunt. Dicitur tamen esse & alia Clementis epistola, cuius nos notitiam non accepimus, sed & alia eius opuscula non minima à nonnullis haberi perhibentur, velut Petri & Apionis disputatio, quæ in vsu à veteribus habita minime reperimus, quia nec pura in eis & incorrupta apostolicæ fidei regula mansisse deprehenditur.

Epistola Clementis

Disputatio Petri & Apionis

## De libris Papiæ. CAP. XXXIX.

An. do. 97 Papiæ quinque libri, q̃rum titulus Explanatio verborũ dominicorum Papias Ioannis auditor

PApiæ quoq; feruntur quinq; libri, qui adtitulãtur, Verborũ dominicorum explanatio. Horum facit & Irenæus mentionẽ per hæc verba: Hæc autẽ & Papias Ioannis auditor, Polycarpi verò cõdiscipulus & sodalis, vir vnus ex antiquis, protestatur in primo libro suo: quinq; enim volumina conscripsit. Hæc quidem Irenæus de Papia. Ipse verò de se ita indicat, tanquam qui non ab apostolis sed ab eorũ discipulis susceperit fidem, per hæc verba: Non pigebit autẽ nos tibi omnia quæ quondã à presbyteris didicimus, & bene retinemus, recordãtes exponere cum interpretationibus suis, & vt eorum veritas habeat explicare. Neq; enim multa dicentibus, sed vera tradentibus auscultauimus: neq; his qui hominum præcepta, sed qui domini mãdata memorabãt ab ipsa veritate suscepta. Quod si quando adueniſſet aliquis ex his qui secuti sunt apostolos, ab ipso sedulo expiscabar, quid Andreas, quid Petrus dixerit, quid autem Philippus vel Thomas, quid verò Iacobus, quid Ioannes, aut quid Matthæus, vel alius quis ex discipulis domini, quæ ue Aristion, vel



vel Ioannes Presbyter, cæteriq; discipuli dicebãt. Nec enim tantum mihi librorum lectiones prodesse credebam, quantũ viuæ vocis præsentisq; magisterium. Sed mihi dignum videtur intendere, quod secũdo nomen Ioannis enumerat, & eum quidem cuius primo meminit, Petro & Iacobo ac Matthæo, cæterisq; apostolis sociat, quem sine dubio ipsum euangelistã esse & apostolum constat. Alium verò Ioannẽ, distinctione quadam facta, extra apostolorũ numerũ collocat, præferẽs ei Aristionem quendam, & euidenter eum presbyterum nominat, vt per hæc comprobetur verum esse illud, quod quidam Asiani scribunt, quod duo sint apud Ephesum sepulchra, & vtrũq; Ioannis appelletur. Quibus si diligentius intendamus, fortassis secundus hic erit Ioannes, si ille non creditur primus, sub cuius nomine reuelatio habetur, quæ appellatur Ioannis. Sed & hic ipse, de quo nobis sermo est, Papias, Apostolorum se verba ab his, qui sequuti eos fuerant, Aristione videlicet, & Ioanne presbytero asserit suscepisse. Vnde & frequenter nominatim in commentariis suis à Ioanne & Aristione traditũ sibi de singulis quibusq; commemorat. Meminit sanè idem ipse etiam de quibusdã mirabilibus in opere suo, quæ prætereũda minime censeo. Per Philippi enim Euangelistæ filias prophetissas hæc sibi tradita esse designat, mortuum resurrexisse suis tẽporibus dicit. Sed & de Iusto, qui cognominatus est Barsabas, refert miraculũ ingẽs, quia venenum biberit, & nihil ex hoc triste pertulerit propter domini fidem. Iustus autem ipse est hic, qui post Saluatoris ascensum à sanctis apostolis cum Matthia ad apostolatus sortẽ statutus est, sicut in Actibus apostolorum cõmemoratur. Dicit autem & alia plurima à maioribus sibi tradita miracula, & nouas quasdam parabolas Saluatoris, & doctrinam incognitam magisq; fabulosam, mille annos futuros post resurrectionem, quibus corporaliter regnum CHRISTI in hac terra futurum sit, Sed ego puto eum spirituales & mysticas Apostolorum traditiones corporaliter & secundum

Ioãnes duo

Ioannes euangelista

Aristion

Ioãnes presbyter

Iustus Barsabas

Milenariorum error quos Græci χιλιασὰς vocant

Eusebii iudicium de Papia

dum literam suscepisse, nec potuisse discernere ea, quæ illi in figuris velut lactentibus & paruulis loquebantur, qui & reuera etiam ex ipsis quæ cõscripsit opusculis exigui sensus vir, & minus capacis ostenditur. Multis tamen post se ecclesiasticis viris erroris huius præbuit causas, autoritatẽ dogmati tantũ ex vetustate tribuens, non etiam ex ratione dictorum, sicut Irenęo, & si quis alius eum in hac parte visus est sequi. Alia quoque quamplurima supra memorati Aristionis refert tanquam ei ex verbis domini tradita, & Ioannis presbyteri, quę si quis vult plenius noscere, ipsos eius relegat libellos. Nos tamen aliud assumimus ex his, quod de Marco euangelista his protulit verbis: Etiam hoc (inquit) presbyter narrabat, quod Marcus interpres fuerit Petri, & quæcunq; meminerat ab eo dicta, conscripserit. Non tamen per ordinem ea quæ à domino dicta sunt vel facta, digesserit: quia non ipse auditor domini fuerit vel sectator, sed nouissime (vt dixi) Petro adhæsit ad vsum ac ministerium prædicandi, non ad conscribendos domini sermones. Itaque nihil peccauit Marcus in eo quod ita quædam scripserit, quasi qui sparsim audita recordari videatur. Et hoc solum satis egit, ne quid ex auditis omitteret, aut aliquid falsum scriberet. Hæc de Marco scribit Papias. Sed & de Matthæo ita refert: Matthæus quidẽ scripsit Hebræo sermone. Interpretatus est autem ea quæ scripsit, vnusquisque sicut potuit. Hæc etiam de Matthæo. Vtitur sanè idem Papias testimoniis ex epistola Ioannis prima, & Petri similiter prima. Simul & historiam quandam subiungit de muliere adultera, quæ accusata est à Iudæis apud dominum. Habetur autem in euangelio, quod dicitur secundum Hebræos, scripta ista parabola. Sed de his ista sufficiant.

Marcus euãgelista

Matthæus

EVSE-



# EVSEBII PAMPHILI

EPISCOPI CAESARIENSIS ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBER QVARTVS.

## Qui sub imperio Traiani Romanorũ, vel Alexandrinorum Episcopi fuerint. CAP. I.



DVODECIMO ANNO PRINCIPAtus Traiani Cæsaris Cerdon (quem paulò ante memorauimus Alexandrinorum gubernare plebem) diem obiit, post quẽ quartus ab Apostolis, Primus nomine, sacerdotii inibi iura suscepit. Eadẽ tẽpestate Alexander quoq; Romæ cum octauum annũ Euaristus sacerdotalis administrationis implesset, quinta successione post Petrum atq; Paulum plebis gubernacula sortitus est. Et quidẽ Saluatoris nostri institutio: ecclesiarumq; profectus crescebat indies. Iudæorũ porrò funera densissimis cladibus exagitabantur. Itaq; postquam prędictus imperator annum decimũ octauum principatus ingressus est, rursum Iudęorũ tumultus exarsit, quo magnus mox numerus gentis eius occubuit. Nam & Alexandriæ & per Ægyptũ vel Cyrenen tanquã atroci quodam seditioso; spiritu exagitati, primo simul cõmanentibus vicinisq; gentibus inferre certamina. Tũ deinde paulatim seditione crescente, sequenti iam anno bellum publicũ & non minimum intulere Romano duci tunc Lupo cuidam in partibus Ægypti. Ac sanè primo prælio Iudæos sequuta victoria est. Sed gentiles, qui ex acie fugerant, irrumpentes Alexandriam, Iudæos, si quos forte inibi repererant, captos interemêre. Quorũ auxilio destituti, reliqui qui apud Cyrenen rebelles extiterant, velut desperantes ad agros Ægypti & castella vastanda vertuntur duce Luca. Aduersus hos Imperator mittit exercitum peditum atque equitum, sed & nauali manu Martium

Turbo

An.do.110 Cerdõ Alexandrię epi scopus obiit Primus succedit

An.do.110 Alexander Romæ Euaristo substi tuitur.

An.do.116 Iudæi tumultuãtur

An.do.117

Martius Turbo. Turbonem: qui multis sanè prælijs, nec paruo tempore consumptis, multa milia Iudæorũ, non modo apud Cyrenen, sed & in Ægypto, qui Lucæ auxilium ferebant, prostrauit ac perculit.

Qualia sub eodem passi sint Iudæi. CAP. II.

An.do.117. PRinceps verò Romanus etiam eos, qui apud Mesopotamiam consistebant, Iudæos ratus similia ausuros, Lucio Quieto præcepit delere prouinciam funditus, ac totam gentem penitus excindere. Tum ille directa acie magnam eorum multitudinem sternit. Cuius facinoris gratia Quietus remunerationis vice ab Imperatore prouinciæ Iudææ adeptus est præsidatum. Sed hæc etiam Græcorum gentilium historiographi per singulas quiq; ætates ordine eodem memorię tradiderunt.

Qui sub Adriano fidei defensiones scripserint. CAP. III.

An.do.119. Imp.Cæs. Ælius Adrianus TRaiano autẽ viginti annis minus sex mensibus principatu perfuncto Ælius Adrianus in sceptra succedit. Huic Quadratus oratione splendidissima Apologeticum librum pro nostra religione conscriptum, et validissimis communitum assertionibus obtulit: quoniam quidem maligni quidam homines sub eodem principe nostros nitebantur incessere. Qui liber hodieq; seruatur, & apud nos, & apud multos ex fratribus nostris. Ex quo volumine indicia magni cuiusdam viri & mentis ac fidei Apostolicę, eius scilicet qui conscripserit, colliguntur. Idem igitur ipse suę antiquitatis specimen talibus exprimit verbis: Nostri autem Saluatoris, inquit, opera semper aderãt viua & vera in his qui sanati fuerant. & in his qui à mortuis excitati sunt. Non enim visi sunt tantummodo vel resurgere, vel sanari, sed perpetuo ab hominibus videbantur, non tantum Saluatore præsente, sed & post discessum eius multis temporibus, ita vt aliquanti qui ab eo vel curati, vel resuscitati sunt, etiã ad nostra vsq; tempora perdurarint. Et de hoc quidem satis dictum. Sed & Aristides vir fidelis, & pietate nostræ religionis



his imbutus, Quadrato simile volumẽ ad Adrianum pro fidei nostræ ratione conscripsit. Cuius etiam nunc scripta seruantur. An.do.119. Aristidis Apologetici ꝓ Christianis.

Qui sub eodem Romanorum Alexandrinorumq; fuerint sacerdotes. CAP. IIII.

TErtio autem eiusdem principatus anno, Alexander episcopus Romanę vrbis sacerdotium simul ac vitã finiuit decennio expleto. Huic subrogatus est Xystus, sed & Alexandriæ eodem tempore defuncto Primo, duodecimo sui sacerdotii anno, episcopatum Iustus excepit. An.do.121. Xystus Romæ põtifex Iustus Alexandriæ.

Episcopi Hierosolymorum ab exordio Saluatoris vsque ad tempora memorata. CAP. V.

IN Hierosolymis sanè episcoporum tempora successionesq; nullis ad integrum monimentis conseruata reperimus, eo quod valde ad breue tempus mortis celeritate prærepti, sacerdotio singuli quiq; functi perhibeantur, ita vt, quantũ ex veterũ lectione comperio, ad tempora vsq; principis Adriani, sub quo Iudæi excidium passi sunt, tradant quindecim episcoporum successiones esse decursas. Quos omnes aiunt Hebræos antiquæ originis extitisse, & scientiam Christi fideliter recepisse, & ideo incunctanter ab his qui poterant de fidei merito iudicare, sacerdotio quoque visos esse dignissimos. Quippe cum omnis tunc ecclesia ex Hebræis fidelibus coaceruata firmataq; videretur, incipientibus ab Apostolis, & perdurantibus nimirũ vsque ad illud tempus excidii, quo Iudæi iterum deficientes à Romanis, magnis rursum prælijs subiugati sunt. Igitur quia per idem tempus assumere episcopos ex circuncisione cessatũ est, necessarium videtur omnes à primo vsque ad id temporis enumerare pariter sacerdotes. Primus itaque Iacobus, qui domini frater est habitus, post hunc Symeon electus est, tertius Iustus, Zachæus quartus, deinde Tobias quintus, & Beniamin sextus, ac septimus Ioãnes, tum Matthias, quem Philippus excepit, cui decimus Seneca subrogatus est, Iustus exinde, ac duodecimus Leui, post hũc xv. episcopi Hierosolymorꝫ vsq; ad tempora Adriani Cęsaris Hebręi fuerunt.

Effrem,

Effrem, & quartusdecimus Ioseph, ac finis omnium Iudas. Isti sunt ferè omnes qui Hierosolymis episcopi ab Apostolis ad illa vsq; tempora, quę superius designauimus, plebi illi ex circuncisione præfuerunt. Romæ autem duodecimo anno memorati principatus Xysto duodecim annis ecclesię gubernaculis functo, Telesphorus septimus ab Apostolis subrogatur. An. 134 no post quem & vno mense Alexãdrinæ ecclesiæ moderamen Eumenes sexta successione suscepit, cum decessor eius vndecim annis populo præfuisset.

Excidium nouissimum Iudæorum temporibus Adriani. CAP. VI.

Rufus Iudæos occidit. VErum Iudaicis motibus ac factionibus rursus ad maiora progressis, Rufus Iudęæ præsidens, armata manu sibi ab Imperatore decreta, insolentiam gentis acerrime comprimebat, multa milia passim virorum, fœminarum, puerorumq; conficiens quorum terras iure belli Romano vendicabat imperio. Tempo- An. 131. re quo ista gerebantur, ducebat exercitum Iudæorum Barchochabas quidam, quod nomẽ significat stellam, cęterum vir crudelis & sceleſtus. Sed ex vocabulo suo velut vilibus mancipiis persuadebat, se ob salutẽ eorum sydus magnum cœlitus esse delapsum, ęgris mortalibus, & longa obscuritate damnatis, ferre lucis auxilium. Igitur cum maxime belli huius fomenta concrescerent, decimooctauo anno principatus eiusdem An. 136 apud Bethera oppidum prævalidũ Hierosolymis vicinum, cum longior à Romanis tenderetur obsidio, fame ac siti perduellibus intrinsecus ad extremum interitionis adductis, postquam dux ipse præcipue meritas suo facinore pœnas exoluit, omnis hęc natio iam ex illo ab omni regione finitima Hierosolymorum penitus arcebatur, cum sanctione diuinæ legis tum maxime constitutionibus & decretis Adriani, ita vt ne de excelsiore quidem prospectu eminus eis saltem paternum solum prophanis obtutibus liceret inspicere. Ariston Pellæus historiographus ista prosequitur. Ita factum est, vt ciuitas post interitum Iudaicæ gentis,

Barchochabas dux Iudæorum.

Bethera oppidũ.



gis, incolis mox in eam peregrinæ nationis confluentibus, permutatis ciuibus, etiam ipsa Hęlia appellaretur ex cognomento Imperatoris Helii Adriani, & vt in Romanorum ius conuersa ritum pariter mutaret & nomen.

Qui temporibus iisdem falsi nominis scientię principes extiterint. CAP. VII.

IGitur ex gentibus vt inibi cœpit ecclesia congregari primus post episcopos ex circuncisione, sacerdotium ciuitatis illius accepit Marcus. Cumq; iam refulgentibus in modum clarissimorum syderum ecclesiis vbique terrarum, vigente etiam per omne hominum genus fide, qua cuncti pariter in Saluatorem ac Dominum nostrum Iesum Christum integre & constanter crediderant: ille totius bonitatis æmulus dæmon, vtpote veritatis inimicus & salutis humanæ hostis perpetuus, omnia molimina contra dei ecclesiam versans, qui prius externis eam persequutionibus & hostilibus oppugnauerat, nunc malignis quibusdam viris & deceptoribus repertis, intestino bello eam quatere nititur: scilicet vt fraudulenti fallacesq; homines nostræ religionis simulato tantum nomine induti, fidelium quidem si quos forte persuasionis suę fraude deciperent, pessundarent: ignorantes verò fidei nostræ mysterium, peruersis & feralibus suis vel gestis vel assertionibus impeditos, à desiderio veræ fidei & salutis longius submouerent. Igitur humani generis deceptor antiquus post Menandrum, quem supra retulimus Simonis successorem, velut quandã bestiam bino ore sibilantem, binisq; linguis diabolica venena vibrantem. Saturninum quendam Antiochiæ genitũ, An. 134 & Basilidem Alexandriæ ortum produxit. Quorum vterq; suis in regionibus officinas impiæ ac deo inuisæ condidit disciplinæ. Et quidẽ in omnibus penè Saturninum eadem quæ Menandrum commentatũ esse significat Irenæus. Basiliden verò prætextu mysticæ doctrinæ in immensum tetendisse mentis impiæ cogitatum, dum prodigiosa fabularum figmenta sibimet complacerent. Qui

An. 115. Marcus primus Hierosolymorũ episcopus ex gentilibus.

Saturninus hæreticus. An. 138.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## Qui fuerint tunc ecclesiastici scriptores. CAP. VIII.

SEd econtrario multi admodum ecclesiastici viri pro veritate fortiter stare, ac scriptis quoq; & assertionibus vera ratione subnixis, pro Apostolica & ecclesiastica traditione certare, vt ex librorum monimentis etiam posteris ad cauenda hæreticorum venena, munimen & subsidium præberetur. E quibus peruenit ad nos liber celeberrimus, scriptoris id temporis Agrippæ Castoris confutationem Basilidis valdissimam continens, per quem versutia ac calliditas viri ad decipiendum nimis apta detegitur. Denicq; cū publicaret eius arcana, dixit eum de Euangelio quidē quatuor & viginti commentarios condidisse: Prophetas verò sibimet nuncupasse quosdam Barchaban & Barchob aliosq;, qui nunquam extiterint, quos ipse tamen constituerit sibi, ac Barbaris vocabulis vt esset appellatio ipsa terribilis, nominarit. Docere etiā eum refert immolata absq; vllo respectu conscientiæ degustanda, & sine scrupulo atq; indifferenter fidem negandam persecutiōis tēporibus. Sectatoresq; suos ad morem Pythagoricum docuit quinquennio silere. Addit alia quoq; non pauca, quibus sectæ huius errorem penitus à se deprehensum & confutatum esse declarat.

Agrippę Castoris liber aduersus Basilidem. Hæresis Basilidis

Apud Hieronymū legitur Marcob.

An. do. 142.

Sed & Irenæus scribit coæuum tempore & moribus memoratorum fuisse Carpocratem quendam, superstitionis alterius, qui Gnostici appellantur, vocabulo †ab scientia conficto autoris. Qui fanè præstigias Simonis magi, non vt ille clam, sed publice ac palàm tradebat, & velut pro summis atq; optimis studiis laudē confessam ac publicā de nepharijs artibus à deceptis auditoribus requirebat, & magicas tenebras in luce publica perorabat, de amatorijs duntaxat somniisq; immissis, ac dęmonijs Parhedris, aliisq; similibus fraudibus. Deq; his consequenter doceri oportere omnem hominem decernebat, qui ad perfectionem sui mysterij, vel potius sceleris cuperet peruenire, asserens non aliter vnumquemq; effugere posse mundi huius principes, vel declinare, nisi per huiuscemodi facinora sua cuiq;

Al. ob scientiam



euisq; nepharia debita soluerentur. His igitur ille totius boni æmulus vtens suę malignitatis ministris, tā eos qui post fidem ab his decipiebantur, rapiebat ad tenebras sempiternas, quàm illos qui necdum crediderant, tanq; hæc esset nostræ religionis infamia, submouebat à fide: dum ob execrabilem horū hominū vitā, ipsam Christianorū professionem audiēs quisq; vitaret. Nec aliunde hæc suspitio de nobis, tanquam vere impiis & incæstis fuerat exorta, quàm vt assereretur inlicitis plebem nostram stupris, ac promiscue habitis in matribus ac sororibus pollui, atque ab execrandis infanticidij dapibus funestari. Sed non in longum durauit infamia, vbi seipsa cœpit veritas aperire: quin imò & clarius ac splendidius illucescente vita nostrorum extinguebatur continuo superstitiosi cauilligo figmenti. Et singulis quibusq; sectis quæ aduersum veritatem exortæ fuerant, euanescentibus, vel in multifidas ac multiformes species diffluentibus, profitiebat & extollebatur indies solus veræ & catholicæ ecclesiæ splendor, nulla temporum varietate fucatus: quia castimonia sui ac puritate & diuinę conuersationis gloria per omne genus hominum sapientia, doctrina, fide, & actibus refulgebat. Etenim ipso confestim tempore quo cœperat, opprobrij huius flamma restincta est. Permansit autem apud singulorum mentes veritas, quæ suis semper viribus nitens conuincit & arguit falsitatem, nec passa est adulterino maledicorum fuco ecclesiæ castitatem pudicitiamq; lacerari: intantum vt ex illo ad nostra vsque tempora nullus tam sæuę mentis extiterit, qui honestatem & castimoniam plebis nostræ ore sacrilego concinnatis macularet opprobrijs, sed ad Romanos & Græcos, & Scythas ac Barbaros, & ad ipsas penè in vltimis orbis partibus reconditas nationes intantum suauis odor de ecclesiæ gestis & diuinum quiddam respirans sanctæ conuersationis aura peruenit: intantum ad aures omnium ac mentes felix Christianorum fama peruecta est, v tomne hominum genus legibus & superstitionibus

Christiani infimulabātur infanticidii & promiscui concubitus.

Veritas ecclesiæ.

tionibus patriis derelictis, se ad fidem Christi conuerteret, omnisq; barbaries genuina feritate deposita, ad Iesum cõcurreret discere ab eo, quia mitis est et humilis corde. Extiterunt præterea per diuinam gratiam viri ea tẽpestate eruditissimi, qui probabiliter & sufficienter obscœna hæreticorum commenta conuincerent, & quid vera fides in ecclesia catholica castitatis haberet, ostenderent. In quibus Egesippus celeberrimus habebatur, qui integerrimam traditionem Apostolicæ prædicationis simplici sermone conscriptam in quinq; libris memoriæ tradidit. Vbi & de suis ipse temporibus aliquanta commemorat, & de quibusdã qui simulacra collocauerãt, talia quędam scribit: Quibus, inquit, templa, imò potius sepulchra fecerunt, sicut etiam nũc videmus. E quibus est vnus Antinous seruus Adriani Cæsaris, cui agones annui celebrãtur, qui Antinoii appellantur, nostris adhuc temporibus instituti. Nam & ciuitatem condidit eius nomini Antinoon, & templum ei & sacerdotes instituit, ác prophetas. Sed & Iustinus fidelissimus nostrę philosophię sectator, & in Græcorum disciplinis eruditissimus, scribens ad Antoninum apologeticum pro nostra religione librum, horum meminit, ita dicens: Non mihi videtur absurdum, meminisse in his etiam de Antinoo quod nuper gestum est, quem omnes timore principis quasi deum colere cœperunt: quum bene nouerint, quis, qualisve paulò ante fuerit, & vnde duxerit genus. Idem quoque ipse etiam Iudaici belli, quod tunc gerebatur, memoriam faciens, talia quædam refert: etenim in hoc, quod nunc geritur, bello Iudaico, Barchochabas princeps Iudaicæ factionis, Christianos solos, nisi negarent Christum, tanquam blasphemos ad supplicia rapi iubebat. In quibus libris etiam de conuersione sua, quam habuit á gentili philosophia ad veræ religionis fidem, quod non absque probabili ratione & examinato iudicio ad hæc conuersus sit, hoc modo scribit: Nam & ego ipse, inquit, sectis Platonicis institutus, audiens infamari Christianos,

Ecclesiastici aduersus hęreticos.

An. do. 176

An. do. 131.

Iustinꝰ philosophus & martyr.

An. do. 141.

An. do. 131. Barchochabas dux Iudæorum in Christianos.

Iustinꝰ qũo factus Christianus.



nos, & videns eos impauidos ad suscipiendam mortem, atque omne supplicium tolerandum, considerabam quod impossibile esset, in malitia eos, & in libidine conuersari. Quis enim aliquando voluptuosus & luxuriis deditus, & qui humanis carnibus vesci delitias putet, mortem libenter amplectitur, quo scilicet ipsa confestim careat, pro qua infirmari maluit voluptate? Quinimo viuere perpetuo (si liceret) & latere iudicia, in hoc magis operam daret, nedum semet ipsum statutæ ac professę morti studeret offerre. Sed & idem ipse vir scribit Adrianum principem, suscepti á Serenio Graniano clarissimo viro præside literis, in quibus de Christianis percontabatur, rescripsisse, quod nõ esset iustum Christianos nullius criminis reos, absq; iudicio legibusq; puniri. Simul et exemplũ epistolæ ipsius subiicit continentis hunc modum:

Epistola Adriani qua persecutionem á nostris removerat. CAP. IX.

EXEMPLVM EPISTOLAE IMPERATORIS ADRIani ad Minutium Fundanũ, Proconsulem Asiæ.

ACcepi literas ad me scriptas á decessore tuo Serenio Graniano clarissimo viro, & nõ placet mihi relationẽ silentio pręterire, ne & innoxii perturbẽtur, & calumniatoribus latrocinandi tribuatur occasio. Itaq; si euidenter prouinciales huic petitioni suę adesse valent aduersum Christianos, vt pro tribunali eos in aliquo arguant, hoc eis exequi non prohibeo. Precibus autem in hoc solis, & adclamationibus vti, eis non permitto. Etenim multo æquius est, si quis volet accusare, te cognoscere de obiectis. Si quis igitur accusat & probat aduersum leges quicquã agere memoratos homines, pro merito peccatorum etiam supplicia statues. Illud me hercule magnopere curabis, vt si quis calumniæ gratia quenquam horum postulauerit reum, in hunc pro sui nequitia suppliciis sæuioribus vindices.

Ethnici Christianorũ virtutẽ dictã pertebant.

Qui principatu Antonini Romanorum Alexandrinorumve fuerint sacerdotes. CAP. X.

An.do.139 Antoninus Pius Cæsar An do.140. Hyginus Ro. pōr.

VErum Adrianus post hęc vigesimo & primo sui principatus anno diem obiit, & Antoninus cognomento Pius, Romanorū susceptt imperium. Huius primo anno Telesphorus annis vndecim sacerdotio in vrbe Roma administrato, vita decessit, & Hyginus episcopatus sortem Romanæ susceptt ecclesiæ. Veruntamen Irenæus refert, Telesphorum martyrio vitam finisse, simul indicans, Hygini episcopi temporibus, Valentinum autorem Valentinianæ hæresis extitisse, & Cerdonem quendā erroris illius principem, quem postea Marcio sequutus est, eosq; vno tempore Romæ, sed diuersis impietatibus ferbuisse. Scribit autem ita.

De his qui sub eodem tempore deuias asseruerunt sectas. CAP. XI.

An.do.142. Valentinus hæreticus Cerdon Vide Irenæum li 3. cap. 4. circa finē

NAm Valentinus venit Romam sub Hygino. Invaluit autem temporibus Pii, & ad Anicetum vsq; durauit. Cerdon verò qui ante Marcionem fuit & ipse sub Hygino, qui erat in vrbe Roma ab Apostolo nonus episcopus, venit. Qui tamen aliquando quidem quasi pœnitens, & errorem confitens excusabat, aliquando rursum occulte, interdum etiam publice impietatem docebat. In quo conuictus, à cœtu fraternitatis arcetur. Hæc autem Irenæus dixit in tertio aduersus hæreses libro. In primo autem libro nihilominus de Cerdone hæc dicit: Cerdon verò à sectatoribus Simonis impietatis suæ occasionibus sumptis, Romam venit sub Hygino: ibiq; docuit, quod is qui à lege & Prophetis prædicatus est deus, non esset ipse pater domini nostri Iesu Christi: quia ille quidem notus esset, hic autem ignotus: & ille iustus, hic autē bonus. Cui succedens Marcion Ponticus, absq; reuerentia vlla blasphemans auxit doctoris insaniam. Idem quoq; ipse Irenæus, immensum profundum Valentini erroris de materia & cæteris validissime coarguit, & serpentis in modū, cæcis semetipsum latebris obtegentem, in lucem protrahit, ac denudat. Iis adiūgit & de Marco quodam, quem dicit magicis artibus imbutum,

Marcion An.do.142



tum, & apprime enituisse, De cuius prophanis superstitionibus, & arcanis non tam sacris q̄ sacrilegis, & mysticis mysteriis ita scribit: Etenim quidam eorum thalamum construunt, & nepharīū quoddam initiandi celebrant genus, tanquam secretis quibusdam carminibus, ac verbis, non tam sacris q̄ execrabilibus eū q̄ introducitur, consecrantes, spirituales nuptias aiunt esse quod faciunt, instar videlicet supernarum coniugationum. Adducentes verò eos ad aquam, & baptizantes, hæc super eos proferunt verba: In nomine, aiunt, ignoti patris omnium, & in veritate omniū matre, & in eo qui descendit in Iesu. Alii verò Hebraica nomina ad pauorem audientium super eos quos initiant, terribiliter loquuntur. Hæc de sectatoribus Marci Irenæus scribit. Quarto autem episcopatus sui anno cum decessisset Hyginus, Romanæ ecclesiæ sacerdotium Pius suscepit: apud Alexandriam verò Marcus, decimotertio anno episcopatus sui Eumenide defuncto. Qui Marcus cum decem annis sacerdotium administrasset, Celadioni post obitum suum ecclesiæ gubernacula dereliquit. Pius verò in vrbe Roma quindecim annis in sacerdotio expletis, Aniceto post se tradidit sedē. Cuius temporibus Egesippus refert semetipsum Romam venisse, & permansisse inibi vsque ad Eleutherum, qui post Anicetū subrogatus est in episcopatū. Quibus temporibus simul florebat Iustinus in habitu philosophi diuinum prædicans verbum, & fidei nostræ rationem tam scriptis voluminibus, q̄ viuę vocis assertione defendens. Qui & aduersum Marcionem scribens, cōmemorat de eo quod adhuc superesset eo tēpore quo scribebat. Deniq; ita dicit: Marcio verò quidam Ponticus, qui hodieq; superest, docet hoīes alium credere esse deum maiorē conditore deo. Hæc ille hominibus ingerēs, et dæmonib⁹ adiutoribus vtens, multis blasphemare persuasit, vt negarent creatorem omniū deum ipsum esse patrem Christi, sed alium quendā, qui quasi maior hoc esset. Et tamen oēs sectatores eius Christiani appellantur,

Marcus hęreticus. An.do.148.

Pius Rom. pontif. An.do. 144. Marcus Alexandrinus An.do. 159. Egesippus quādo venerit Romā. An.do.179

Universidad de Deusto
Biblioteca



Iustini liber aduersus omnes hæreses.

ita nimirum sicut omnes communi vocabulo, cum diuersæ sint sectæ, philosophi nuncupantur. Sed & post pauca nihilominus dicit. Est autem & nobilis liber aduersus omnes hæreses compositus, quem si vultis decurrere, dabimus.

De Iustini defensione apud Antoninum. CAP. XII.

Iustini volumen aduersus gentes.

HIc autem ipse Iustinus scribit etiam contra Paganos volumen insigne. Sed & alios libros pro nostra religione, in quibus ad Antoninū principem, qui cognominatur Pius, sermonem dirigit, scribens & ad Senatum. In vrbe etenim Roma maxime consistebat. Denique in vno ex iis libris, etiam de semetipso volens, quis, vel vnde esset, ostendere, hoc modo scribit:

An. do. 142

Titulus, seu potius subscriptio libri, quē Iustinus pro religione Christiana scripsit ad Antoninū Cæsarem.

IMPERATORI AELIO ADRIANO ANTONINO Pio, Cæsari Augusto, & verissimo philosopho: & Lucio philosopho Cęsaris proprio filio, ac Pii adoptiuo, amatori sapientiæ: & sacro Senatui, atq; omni populo Romano, pro viris ex omni genere hominū cōgregatis, & iniusto odio laborantibus, ac nō digna patientibus, Iustinus Prisci filius Bacchiadis, ex vrbe Neapoli Palestinæ, vnus pro omnibus hoc defero postulatū. Sed interpellatus idem Imperator in Asia ab his qui vario iniuriarum genere affligebantur, tale rescriptum ad vniuersos Asiæ populos promulgauit.

Epistola Cæsaris Antonini ad Asianos de professione nostrorum. CAP. XIII.

Epist. Antonini Cæsaris ad Asiaticos pro Christianis

IMP. CAES. MARCVS AVRELIVS ANTONINVS AVG. ARMENICVS. PONT. MAX. TRIB. POT. XV. COS. III. VNIVERSIS SIMVL PLEBIBVS ASIAE SALVTEM.

EGo quidē nō ambigo, etiam diis ipsis curę esse, ne quis noxius lateat. Multo enim magis illis conuenit punire eos, qui ipsis immolare nolūt, q̄ vobis. Sed vos confirmatis eorum quos persequimini sententiā, quam de vobis habent, dicentes, vos impios & sine deo esse. Vnde & optabilius habēt animā ponere pro deo suo, & mortē libenter amplecti, q̄ vobis talibus adquiescere, & in vestræ religiōis iura cōcedere. De motis



motibus autem terræ qui vel facti sunt, vel etiam nūc fiunt, absurdum non erit mœrorem vestrum iusta cōmonitione solari. Quoniam quidem comperi, quod in huiuscemodi rebus, ad illorum inuidiam cōmunes causas transfertis. In quo illi quidem maiorem fiduciā accipiunt apud deum. Vos autem in omni tēpore, quo de talibus ignoratis, cæteros quidem deos negligitis: cultum vero immortalis dei, quem Christiani colūt, expellitis & deturbatis, vsque ad mortem cultores illius obseruantiæ persequentes. Super quibus plurimi ex prouinciis Iudices etiam venerabili Patri nostro scripserant. Quibus rescriptum est ab eo, vt nihil omnino molestiæ huiuscemodi hominibus generarent, nisi fortè arguerentur aliquid aduersum Romani regni statum moliri. Sed & mihi ipsi de his quamplurimi retulerunt. Quibus ego paternam secutus sententiam, pari moderatiōe rescripsi. Quod si quis persistit huiuscemodi hominibus absque vllo crimine mouere negotia, ille quidē qui delatus pro hoc nomine fuerit, absoluatur, etiam si probetur id esse quod ei obiicitur, Christianus. Is autem qui crimen obtendit, reus pœnæ ipsius quam obiecit, existat.

Proposita Ephesi publicè in conuentu Asiæ. Quæ de Polycarpo discipulo apostolorum ferantur. CAPVT XIIII.

HÆc ita gesta esse testatur etiam Melito episcopus Ecclesię Sardensis, in eo libro, quē ad imperatorē Verum pro fide nostra ac religione conscripsit, qua tēpestate etiam Aniceto Romanæ ecclesiæ præsidente, Polycarpū Romā venisse, atq; habuisse sermonem cū ipso Aniceto de paschæ die Irenæus refert. Sed & alia quædā de eodē Polycarpo scribit, quæ mihi dignū videtur corpori huic nostræ narrationis inserere. Tertio igitur lib. aduersus hæreses hæc de eo cōmemorat Irenæus, Polycarpus inqt, q nō solū ab apostolis eruditus est, neq; solū cōuersatus est cū his q dūm viderāt, sed et ab ipsis apostolis ordinatus est Smyrnæorū ecclesię episcopus, quē nos q̄q in prima ætate nostra vidimus.

Melito Sardensis episc. An. do. 170.

Diu etenim permansit in vita,& longæua ætate perdurans,nobilis viuendo,sed & moriendo nobilior extitit,quippe qui vitam martyrio consummauit. Docebat autem semper ea quæ ab Apostolis ipsis didicerat An.do.169 & hæc ecclesiæ tradebat,quæ sola vera ducenda sunt. Quorum testes sunt omnes ecclesiæ, quæ in Asia constitutæ sunt,& hi qui per tempus etiam nunc in Polycarpi successione perdurant. Multo autem verior & fi Vide Irenęũ aduersus hęreses lib.3. cap.3 de dignior hic autor ecclesiæ est, & veritatis testis, quàm Valentinus & Marcion,& cæteri peruersę mẽtis homines. Qui etiam sub Aniceto Romã perrexit, & multos ex supradictis hæreticis ad ecclesiam dei conuertit, hanc solam prædicans tenendam esse veritatem,quam ipse sciret se ab Apostolis suscepisse,quã & tradebat ecclesiæ. Et sunt adhuc etiam nunc, qui audierunt ab ipso, quod Ioannes Apostolus discipulus domini, apud Ephesum cum balneas lauandi gratia fuisset ingressus,& vidisset ibi Cerinthum, exiluerit continuo,& discesserit non lotus, dicens: Fugiamus hinc,ne & balneæ ipsæ corruant,in quibus Cerinthus lauatur,veritatis inimicus. Idem etiam ipse Polycarpus, Marcioni aliquando cum occurrisset, dicenti sibi: Agnosce nos. Respondit: Agnosco agnosco primo genitum Satanæ. Tanta tunc Apostoli atq; eorum discipuli in religione cautela vtebantur,vt ne verbi quidem communionem cum aliquo eorum qui à veritate deuiauerant habere paterentur. Sicut & Paulus di- Ad Titũ.3.c cit: Hæreticum hominem post vnam & alteram correptionem deuita, sciens quia peruersus est huiusmodi,& peccat,cum sit à semetipso damnatus. Extat & epistola Polycarpi ad Philippenses scripta,perualida ex qua formam fidei eius ac prædicationis(si quis forte salutis suæ sollicitudinẽ gerit)capere potest. Hactenus Irenæus. Polycarpus verò in ipsa epistola, quã ad Philippenses scripserat, vtitur testimoniis de prima Petri epistola.

Vt Polycarpus sub Vero,aliiq; nonnulli,Smyrnę martyrium passi sint. CAP. XV.

Sed



SEd enim Antonino,qui Pius cognominatus est,vicesimo & secundo anno principatus exacto Mar- An.do.162 cus Aurelius Verus,& Antoninus filius eius cum Lu- M.Aurelius cio fratre succedunt. Quo in tempore Polycarpus ma- Verus ximis persecutionibus Asiam quatientibus vitã martyrio finiuit. De quo plane necessarium duximus memoriæ tradere, maximè cum scripta extet epistola ex An.do.169 persona ecclesię Smyrnęorum ad Ponti ecclesias data, quæ de martyrii eius beato fine designat. Cuius exemplum infrà scriptum est.

ECCLESIA DEI Quæ est apud Smyrnam,ecclesiæ dei constitutæ apud Philomeliũ,& omnibus quæ vbiq; sunt sanctis ecclesiis catholicis,misericordia, & pax,& charitas dei patris, & domini nostri IESV CHRISTI multiplicetur. Epistola ecclesię Smyrneorum de martyrio dilui Polycarpi.

SCRIPSIMVS vobis fratres de martyribus, & de beato Polycarpo, qui velut signaculo quodam martyrii sui,finem persecutionibus posuit. Et paulò post describentes etiam cæterorũ martyrum agones, talia quædam scribunt. Deterrere etenim volentes in spectantẽ populũ,nunc flagris vsq; ad interiora viscerum martyres laniabant,ita vt abdita corporis,& quę natura in arcanis locauerat,nudarentur. Nunc autẽ marinas cochleas, quos murices vocant, & acuta quæq; fragmenta in dorsum supinatis martyribus substernebant,in quibus omne tormenti genus & pœnæ speciẽ consumentes,ad vltimum deuorandos eos bestiis exponebant. Sed in his præcipue designatur vir fortissimus effloruisse Germanicus nomine,qui per gratiam diuinæ virtutis metum corporeæ fragilitatis excluſit. Volente nanq; Proconsule persuasionibus aggredi virum,& obiicere ei primæ ætatis florem, debere eum suimet ipsius miserationem capere: ille nihil moratus, sponte dicitur præparatam sibi bestiam prouocasse, veluti tardantes increpans pœnas,& iniquæ huius vitę vltro velocem expetisse discessum. Verum cum ex huius tam insigni morte stuporem cepissent astantis populi

pulí multitudo,& totius Christianorum gentis mirari virtutem de contenenda morte cœpissent,cõclamãt omnes:Tolle impios.Polycarpusrequiratur.Sed cum ex adclamatione grauis perturbatio fieret, Cointhũ quendã natione Phrygẽ nuper de suis regionibus aduentantẽ,accidit primo quidẽ bestias cęteraq; tormenta sponte lacessere, dehinc fractis animis cedere,ad vltimũ etiam salutẽ segnitia perdere. Quæ res eũ ad martyrium procacia potius & temeritate,quàm deuotiõe prosiluisse declarat.Ipse nãq; se iudiciis ingesserat. Victus itaq; exemplum euidens omnibus dedit,cautius in rebus talibus & circũspectius agendũ: quia non temeritas,sed fides &modestia coronatur.Sed de his quidem talia gesta sunt.Insignis autẽ vir Polycarpus,primo quidẽ cum audiret vulgus in se adclamationibus excitatum,in nullo penitus motus est,sed mãsit impauidus.Tranquillus nanq; erat moribus, & serenus aspectu:Qui cum in eadẽ ciuitate vellet interritus permanere,adquiescens tamen deprecantibus se familiaribus suis,ad agrum quendam ciuitati proximũ secedit,atq; ibi cum paucis die noctuq; nihil aliud quàm in orationibus permanet,pro pace ecclesiarũ,quę vbique sunt,supplicans deo: quod ei facere in omni vita sua moris perpetui fuit.Sed is in oratione positus,ante triduum quàm cõprehenderetur, visionẽ videt per noctem,ceruical capitis sui flammis esse consumptũ. Cumq; euigilasset,post visum interpretatus est astantibus somnium suum, dixitq; pro certo se ob Christũ per ignem vitæ exitum sortiturum. Imminente igitur quæstione, rursus fratrũ charitate compulsus, commigrauit in alium locum.Quo non multò post inquisito res eius ingressi,correptis duobus pueris, & altero ex his verberato,per indicium eius ad Polycarpum peruenitũt,cum iam declinaret dies.Et ingressi ipsum quidem offendunt in superioribus quiescentẽ.Vnde cum posset facilis ei transitus esse ad alteram domũ,noluit, dicens:Voluntas domini fiat. Quin imò & cum comperisset adesse comprehensores suos, in occursum eis progres-

Cointhus parũ cõstãs martyr

De pace ecclesiarum



progressus,lęto admodum vultu ac placido cõpellare viros cœpit cum ingenti oris gratia,ita vt illi mirarentur & stuperent,quid tãtum studii fuerit, vt vir illius grauitatis & honestatis in tam longęua ætate,& tanta vitæ autoritate positus, perquiri & comprehendi iussus sit.Sed ille nihil moratus,continuo apponi mensam hostibus quasi hospitibus iubet, atque eis epulas largius ministrari, vnius horæ ab eis spatio orationis gratia impetrato. Orabat igitur tanta dei gratia repletus,vt admirarentur omnes qui aderant, & ipsi qui ad comprehendendũ eum venerant,pœniterẽt,quod tam honestum virum ac deo dignum, & ipsa ætate venerabilem,rapere iuberentur ad pœnam.Et post aliquanta eadẽ scriptura verbis ipsis talia coniungit ex ordine. Postea verò quàm finiuit orationem,memoriã faciens omnium quoscunq; nosse potuit maiorũ minorumq;, nobilium, & ignobilium, & totius catholicæ ecclesiæ, quæ per orbem terrę est, instante iam hora progreditur,& asino sedens ad ciuitatem ducebatur,cum esset dies magni sabbati. Pergenti occurrit ei Præfectus pacis Herodes nomine,& pater eius Nicetas,qui leuantes eum secum in vehiculum, persuadere sedulo conabantur,dicentes:Quid enim mali est,dicere deum Cæsarem,& immolare,& de cætero viuere securum? Hæc ille primo tacitus audiuit. Sed vbi persistebant, ait ad eos: Quid multis opus est? facturus non sum quod dicitis. At illi posteaquàm nihil se profecisse senserunt, indignatione commoti, cum contumelia eum vehiculo deturbant, ita vt pedem læderet præceps actus.Sed quasi nihil fuisset iniuriæ,tota alacritate contentus,pergebat ad stadium quo duci fuerat imperatus. Cum verò tumultus ingens in stadio ex ingressu eius fuisset exortus, vox de cœlo delapsa est: Fortis esto ô Polycarpe,& viriliter age: Sed autorem quidem vocis videre potuit nemo, auditus tamen ad plurimos venit. Interea animatur ad furorẽ tumultus populi videtis,quia Polycarpus introducitur. Cumq; ęmin⁹ à procõsule interrogaret,si ipse esset Polycarp⁹, se esse

Dies magni Sabbati

Herodes prę fectus pacis

Vox de cęlo

se esse confitetur: Ergo, inquit, habeto ætatis tuæ reuerentiam, & parcens vltimæ senectuti tuæ, iura fortunam Cæsaris, gerens de prioribus pœnitudinem, & conclama etiam tu, Tolle sacrilegos. Tum Polycarpus toruo vultu ad populum, qui in stadio residebat, aspiciens, eleuata ad cœlum dextera, cum gemitu proclamauit & dixit: Tolle sacrilegos. Sed insistente proconsule, & dicente. iura fortunam Cæsaris, & dic in CHRISTVM conuitia, & dimitto te. Polycarpus ad hæc. Octoginta, inquit, & sex annis seruio ei, & nihil me læsit vnquã, quomodo possum maledicere & blasphemare regem meum, qui salutem mihi dedit? Cumq; rursum vehementius vrgeretur, vt fortunam Cæsaris iuraret: Si hanc, inquit, iactantiam quæris, vt ego fortunam Cæsaris iurem, & quis sim ignorare te simulas, cum omni libertate audi à me, quia Christianus sum. Si verò etiam rationem vis Christianæ religionis accipere, statue diem & audi. Proconsul dixit: Suade hoc populo. Polycarpus ait: Tibi quidem respondi. Docemur enim principibus & potestatibus iis quæ à deo sunt, honorem deferre, eum scilicet, qui religioni non sit contrarius. Populo autem furenti satisfacere nõ est meum. Proconsul dixit: Bestias habeo paratas, quibus obiicieris nisi cito pœnitueris. At ille respondit: Adhibeantur: Nobis enim immobilis stat sententia. Nec possumus de bono ad malum per pœnitudinem commutari. Melius autem erat, si hi mutarentur ad bona, qui perseuerant in malis. Tunc proconsul: Igni te, inquit, faciam consumi, si tibi bestiæ contemnendæ videntur, nec proposito recipis pœnitudinem. At ille: Ignem minaris, inquit, hũc qui ad momentum incenditur, & paulò post extinguitur, quia ignoras futuri iudicii ignem æternum, qui ad perpetuas pœnas præparatus est impiorum. Sed quid moraris? Adhibe vtrum voles. Hæc & multa alia his similia dicens Polycarpus, confidentia simul & lætitia replebatur, ita vt alacritatem vultus eius, responsionumq; constantiam Procõsul maximo stupore mirare

Iura fortunã Cæsaris.

Magistratibus quatenꝰ obediẽdum

tur.



tur. Misso igitur Curione ad populũ, iubet voce maxima proteſtari, Polycarpum tertio confeſſum Chriſtianum ſe eſſe. Quo audito, vniuerſa multitudo tam Gentilium quàm Iudæorum Smyrnenſium ciuitatis, cum ingenti furore adclamabant: Hic eſt totius Aſiæ doctor & pater Chriſtianorum, noſtrorum autẽ ſubuerſor deorum. Ipſe eſt qui multos docet, ne immolent, nẽve adorent deos. Et poſt hæc verba acclamabant Philippo munerario, vt leonem Polycarpo dimitteret. Qui reſpondit, non ſibi licere, quia iam æditionis ſuæ munus expleſſet. Tunc illi omnes pariter conclamarunt, vt Polycarpus viuus arderet. Oportebat enim viſionem eius quam de ardente ceruicali vidit, impleri. Quæ cum dicto citius gererentur, ipſis populis ligna, vel de balneis, vel de publicis qbusq; locis, & ſarmenta congregantibus, præcipue Iudæis ardentius ad hæc ex more feruentibus, cum omni velocitate extructus eſt rogus. Tum depoſitis ſenior indumentis, ac zona reſoluta, calciamenta quoque pedibus tentabat educere, quæ nunquam niſi à religioſis quibusq; fide & deuotione ſemetipſos inuicem prævenientibus, reſolui conſueuerant. Ita nãque in omni etiam reliqua vita ſua venerabiliter ab omnibus colebatur. Vt ergo expedita ſunt quæ ad ignem pertinebant, cum eum vellent rogo impoſitum etiam clauis affigere, ait: Sinite me. Qui enim dedit mihi ignis ferre ſupplicium, dabit vt & ſine clauorum affixione flãmas immobiliter perferam. Tum illi omiſſis clauis, vinculis vſi ſunt ſolis. Quibus poſt tergum manibus reuinctis, velut electus aries, & ex magno grege aſſumptus, acceptabile holocauſtum omnipotenti oblatus eſt deo, has preces etiam in ipſa paſſione profundẽs: Deus dilecti et benedicti filii tui IESV CHRISTI pater, per quem tui agnitionem ſuſcepimus: Deus angelorum, & virtutum & vniuerſæ creaturæ, ac totius iuſtorum generis, qui omnes coram te viuunt, benedico te, qui me in hanc diem atq; in hanc horam perducere dignatus es, vt particeps exiſterem martyrum, et

calicis

Iudæi perſecutores chriſtianorum.

Precatio Polycarpi ad deum.

calicis CHRISTI tui, in resurrectionem vitæ æternæ animæ ac spiritus mei per incorruptionē spiritus sancti, in quibus suscipiar in conspectu tuo hodie, tanq̄ sacrificium pingue & acceptabile: sicut præparasti & præsignasti, ita & fecisti. Verus es tu, & sine mendacio deus, propterea & in omnibus laudo te, & benedico te, & glorifico te per æternum deum & pontificem Iesum Christum dilectum filium tuum, per quē, & cum quo tibi cum spiritu sancto gloria, & nunc, et in futura secula, Amen. Et cum Amen insonuisset, oratione completa subiiciunt ignem homines ignis æterni. Cumq̄ flamma ingens reluxisset, vidimus miracula omnes nos, quibus ea deus videre concessit. Ex quibus & quamplurimi à domino ad hoc reseruati sunt, vt annuntiarent cæteris quæ viderunt. Flamma enim in modum cameræ curuata specie, quasi velum nauis vento sinuāte, supra corpus martyris stetit: quod corpus in medio positum non erat vt caro ardens, sed tanquam si aurum & argentum in fornace candesceret. Tum præterea odorem naribus hausimus, tanquā thuris incensi, vel preciosissimi fragrantis vnguenti. Ad vltimum videntes scelerum ministri, igne corpus nō posse consumi, iusserunt propius accedere confectorē, & corpus cui ignis cesserat, mucrone trāsfodere. Quo facto tam largus profusus est sanguis, vt restingueret rogum. Populus autem miraculi stupore discessit attonitus, erga electos dei tam insigni eius fauore perspecto. Hic ergo est admirabilis & electus temporibus nostris magister apostolicus, & prophetic⁹ Smyrnæorum ecclesiæ sacerdos, qui omne verbum quod loquutus est, & impletum est, & implebitur in futuro. Sed ille æmulus totius boni & aduersarius omniū iustorum, postquam vidit quod & pro martyrii gloria, & pro vitæ egregiæ virtutibus coronatus est, & per mortem præmia immortalitatis indeptus, satisfacere cœpit, vt reliquias eius ad sepulturam nostris desiderātibus nemo cōcederet. Instigabatur ergo Nicetas Herodis pater, frater autem Dalcæ, adire iudicem

Polycarpi corpus in igne.

Polycarpi corp⁹ negat Christianis sepeliendū.



cem, & petere ab eo, ne humandum concederet corpus, ne forte, inquit, relinquentes illum qui crucifixus est, Christiani hunc colere incipiant: Iudæis maxime ista machinantibus, qui & nostros intentis oculis obseruarunt, ne eum â flammis adhuc ardentibus raperent: ignorantes miserrimi, quia neque CHRISTVM aliquando possumus derelinquere, qui mortem pro totius mundi salute sustinuit, neque alium quenquam colere: quoniam verum deum, & qui solus colendus sit, nouerimus: Martyres verò tanquam discipulos domini diligamus & veneremur, quasi integre fidem magistro seruantes & domino, quorum nos quoque in fide & perseuerantia charitatis optamus esse participes. Vbi autem vidit Centurio tam obstinatam Iudæorum contentionem, positum in medio ipsum corpus exussit: & ita nos postmodum ambusta ossa preciosissimis gemmis chariora, & omni auro probabiliora per ignem facta collegimus, ac (sicut conueniebat) ex more condidimus. Quo in loco etiam nunc, præstante domino, solennes agimus celebréque conuentus, maxime quidem in die passionis eius, sed & cum eorum memorias, qui prius passi fuerant, celebramus, vt sequentium animi ad præcessorum viam exemplis insignibus suscitentur.

Iudæorum odium.

Hactenus de beato Polycarpo, cum quo etiam alii duodecim ex Philadelphia venientes, apud Smyrnam martyrio consummati sunt. Sed & in eadem epistola continebatur etiam de aliis quàm plurimis eiusdem temporis martyribus intexta narratio.

In quibus refertur post Polycarpum, quòd etiam Metrodorus quidam ex Marcionis hæresi presbyter, igni sit traditus. Inter cæteros autem qui per idem tempus martyres extiterunt, famosissimus inibi refertur quidam Pionius nomine, cuius per singulas interrogationes responsionum constantiam, & pro fide nostra ad populum orationes: quamq̄ apud Iudices interritus semper astiterit, docens & disputans etiam in ipsis tribunalibus: vtque his qui in perse-

Metrodor⁹.

Pionius insignius martyr.

Eusebii lib. De antiquis martyribus.

persequutione titubauerant, cohortationibus suis ad consurgendum dexteram dederit: & in carcere positus, qualiter ingressis ad se fratribus, animos ad martyrii tolerantiã roborarit, quóve etiam ipse pro martyrio pertulerit cruciatus, vtq; sit clauis affixus, & ardẽti rogo superpositus: & vt in his beatũ vitæ fecerit finem, si quis vult plenius scire, ex illa quæ nobis de antiquis martyribus scriptura composita est, plenius discet. Post hæc etiam aliorum apud Pergamum Asiæ vrbem martyrum gesta referuntur, Carpi cuiusdã & Papyrii, & Agathonicæ optimæ fœminæ, aliarumq; multarum, quæ pro beatis cõfessionibus martyrio coronatæ sunt.

Vt Iustinus philosophus Christi verbum prædicans, Romæ martyrium meruerit. CAP. XVI.

Iustinus. An. do. 152.

CVm quibus & vir mirabilis, de quo paulò superius fecimus mentionem, Iustinus, cum secundo iam librum pro religionis nostræ defensione conscriptum, temporis illius Iudicibus obtulisset, remunerationem linguæ fidelis & eruditæ, martyrii munus accepit, quodam philosopho Crescente nomine, cane tã professione quàm moribus, dolos viro insidiasq; tendente. Quoniamquidem sæpe cum eo disputans, audi toribus mediis, non solum obtinuerat eum, verum et vehementius veritate sibi suffragante confuderat: vnde & victoriæ suæ palmam, martyrium percepit â domino. Hoc autem ita futurum, etiam beatus ipse, verus philosophus veritatis in ea defensione, quam ab eo conscriptam suprà diximus, aperte, sicut erat futurum, prophetica mente prædixit, his verbis: Nam & ego, inquit, spero me ab aliquo horum, quibus pro veritate obsisto, insidias esse passurum: spero baculo aut clava feriendum: certe vel â Crescente hoc, non philosopho, sed φιλοκόμπῳ, id est, non amatore sapiẽtiæ, sed amatore iactantiæ. Neque enim dignum est philosophum nominari eum, qui de his quæ nescit, publice protestatur: & Christianos sine deo esse, & impios dicit, ad gratiã & libidinem eorum, quos in errore positos

Iustini verba in secundo apologetico pro religiõe Christiana.



sitos, ipse maioribus laqueis erroris inuoluit. Si enim ignoratur ab eo Christi doctrina, & ea arguit q̃ ignorat, nequissimus est, & imperitis multo nequior: quia & imperiti vel idiotæ obseruant, ne disputare audeãt de his quæ ignorant, & de illis testimonium perhibere quę nesciũt. Si verò legit quę apud nos scripta sunt, & aut non intellexit eorum virtutẽ, aut intellexit quidem, sed dissimulat, ne & ipse suspectus habeatur in talibus, multo nequior & detestabilior iudicãdus est, qui imperiti vulgi captans fauorem, veritatis ac pietatis quam probat, hostis existit & proditor. Nam & proposuisse me ei sciatis quædam, ex quorum responsionibus nihil scire conuictus est. Et intantum vera sunt quæ dico, vt putem vobis etiam quæstionis habitæ inter nos disputationes allatas, ex quibus apertissime dinoscitur, quæ nostra sunt, penitus ignorare. Si verò necdum venerunt hæc ad notitiam vestram, paratus sum rursum vobis audiẽtibus disputare. Hæc sunt beati Iustini verba, in quibus secundum ea quæ prędixerat, per Crescentis insidias martyrio consummatus est. Tatianus quoque vir eruditissimus, in prima ætate sua cum magna admiratione oratoriam docens, ex qua non parum gloriæ quæsierat, postmodum ad nostra se studia conuertens, libros etiam ipse aduersum gentes dignos memoria dereliquit, in quibus Iustini meminit his verbis: Sed & admirabilis, inquit, vir Iustinus, satis rectè prosequutus est, similes istos dicens esse latronibus. Et post aliquanta, cum de philosophis quædam dixisset, addit etiam hæc. Crescens denique ille, qui obsedit vrbem magnam, in puerorum quidem stupris omnes præibat, in pecuniæ autem cupiditate nullo inferior erat. Mortem verò cum cæteris contemnendam suaderet, ipse tam pessimam de ea opinionem gerebat, vt Iustinum tanquam vltimo malo traderet morti, pro eo quod veritatem prædicans, voluptuosos & deceptores philosophos arguebat.

Id non obseruãt idiotæ in hoc seculo.

Tatianus Rhetor Christianꝰ.

Tatiani testimonium de Iustino.

Crescens Cynicus. An. do. 152.

De martyribus quos Iustinus in suis commemorat libris. CAP. XVII.

Mulier pudica & Christiana, turpē maritum reliquit.

IDem quoque Iustinus priusquam proprium desudaret, aliorum qui ante se martyres extiterant, describens agones, in primo defensionis suæ libro talia quædam refert: Mulier quædam ait, coniuncta erat viro turpi, quæ & ipsa prius turpiter vixerat. Hæc postquam CHRISTI præcepta cognouit pudica effecta, viro quoq; de pudicitia suadebat, suggerens ei scriptū esse in Christianorū præceptis æternas imminere pœnas his, qui pudicitiam in vita sua iustitiamq; cōtemperint. Sed ille in eadem obscœnitate persistens, actibus iam suis alienam à se faciebat vxorem. Quippe cum nephas esse mulier existimaret, in eius mariti cōtubernio permanere, qui naturę lege contempta, nouas vias libidinis exquirebat. Statuit igitur iura repudiare coniugii. Sed propinquis interuenientibus, & de mariti emendatione pollicentibus, compulsa est in eius rursum consortio residere. Verum ille post hęc Alexandriam profectus, cum turpius agere, atque incestę vitæ maiora nuntiaretur augmēta quęsisse, mulier ne vltra in coniunctione eius manens, particeps incesti hominis haberetur, libello ei repudii dato discedit. Tum ille egregius maritus, quem gaudere oportuerat, quod intantum vxoris suæ castitas profecisset, vt non solum nihil turpe cōmittere, sed ne mariti quidem patienter ferre turpitudinem posset, à quo emendationē refutante pro castimoniæ amore discesserit: nouo criminis genere pro castitate accusat vxorem: Christiana, inquit, est. Et illa quidē libellum tibi obtulit Imperator, vt primo permitteretur ei rem familiarem ordinare: tum deinde responderet obiectis. q̄d & indulsisti. Verum maritus cum mulierem non posset arguere, in Ptolemæi cuiusdam exitium, qui magister mulieris in Christiana religione fuerat, tali arte cōuersus est. Amicū habebat Centurionem quēdam: huic persuadet vt percontaretur à Ptolemæo, si Christianus esset. Hoc tantum Ptolemæus tanquam amator

Ptolemæus Christian⁹.



tor veritatis, nequaquam gloriam suæ professionis occultans, percontati Christianum se esse confessus est. Hunc continuo Centurio in vincula coniecit, & multo tempore squalore carceris maceratum, ad vltimum Vrbicio Iudici obtulit. A quo simili modo hoc solū interrogatus est Ptolemæus, si Christianus esset. Qui rursum tanti boni sibi conscius, diuinam religionem præ se tulit, & de Christi magisterio, ac totius boni institutionibus publica confessione testatus est. Qui enim negat quod est, sine dubio culpabile iudicat esse quod negat. Continuo igitur post confessionem, ab Vrbicio duci iubetur ad mortem. Lucius autem quidam Christianus vir, videns tam temere datam sententiam, ait ad Vrbicium: Quid quæso causæ est, quod neque adulterum, neque corruptorem, aut homicidā, vel latronem, raptoremq;, aut alterius cuiuslibet facinoris reum, sed tantum pro nomine Christiano, quod hoc se vocabulo confessus est nuncupari, ad mortem duci hominem præcepisti? Non sunt hæc digna pio Imperatore, nec sapientissimo puero filio eius, neque sacro senatu quæ agis ô Vrbici. At ille nihil aliud inquirens, ait ad Lucium: Videris mihi & tu Christianus esse. Cumq; Lucius respondisset, hoc planè sum: etiā ipsum Vrbicius duci pariter iussit ad mortem. Ille: Gratias, inquit, ago, quod me nequissimis dominis absolutum, ad bonum & optimum patrem & regem omnium deum remittis. Sed & tertius quidam pari modo libertate vsus, pari quoque sententia punitus est. Post hæc illa Iustinus annexuit ex ordine, quæ paulò ante retulimus. Id est: Et ego, inquit, spero me ab aliquo horum quibus pro veritate obstiti, insidias esse passurum. Et cætera.

Vrbicius iudex.

Lucius homo Christianus.

Quæ Iustini scripta ad nos vsque peruenerint.

CAPVT XVIII.

PLurima autem nobis hic vir studiorum monimēta dereliquit, quibus eruditæ eius animæ, ac diuinis deditæ disciplinis, indicia colligamus: in quibus emolumenti plurimū inuenire possunt ii, qui amorem

Libri Iustini philosophi & martyris.

doctrinę & scięntiæ gerũt. Extat igitur eiꝰ liber hic (de quo superius memorauimus) ad Antoninum qui dicebatur Pius, & filium eius, ac Senatum, pro nostra religione conscriptus. Sed & secundus nihilominus defensionem nostræ fidei continens, quem scribit ad successorem supradicti principis Antoninum Verum, cuius tempora nunc cœpimus explicare. Sed & alius liber est aduersum Paganos, in quo de singulis, vel nostris, vel Græcorum philosophis conferens, disputationem latissimam cõserit. Ibi etiam de natura dæmonum differit quædam, quæ his inserere longum est.

Sed & alius liber est aduersum Paganos, qui superscribitur Confutatio. Est & alius eius De monarchia, quem non solum de nostris libris, sed & de Græcorũ voluminibus texuit. Est & alius, qui superscribitur Psaltes. Et alius velut in subnotationum modo De anima, in quo diuersas quæstiones inseruit, ex his quæ apud Græcorum philosophos agitantur, quibus cõtradicturum se repromittit, & suam de his sententiã in illius responsionis volumine prolaturum. Composuit etiam dialogum quasi cum Iudæis, quem apud Ephesum cum Tryphone Hebræorum nobilissimo doctore habuit: in quo exponit, quomodo ipse per diuinam gratiam ad credulitatem veræ fidei perductus sit, cum prius immensum studium erga philosophorum gesserit disciplinas, perquirendæ veritatis amore detentus. Simulq; refert de Iudæis, quod aduersum ecclesiam CHRISTI, insidiis feralibus agant. Et pro his insimulat Tryphonem, dicens: Quia non solum non pœnituistis pro his quæ à vobis male gesta sunt, sed & viros aptos ad hoc elegistis de Hierosolymis, & misistis per omnem terram, qui circumirent & dicerent impiam hæresim surrexisse Christianorum, simul & criminosa quædam diffamarent aduersum nos, quo scilicet per hæc ignorantes quique deterriti, consortia nostra vitarent: in quo non solum nobis ipsis, sed & aliis opprobria fingendo causa mortis extitistis. Scribit autem quod vsq; ad sua tempora prophe-

Iudæorum odium in christianos

Prophetia in ecclesiis vsq; ad Iustini tẽpora.



prophetiæ gratia in ecclesiis floruerit. Sed & Apocalypsim, Ioannis apostoli esse dicit. Prophetícis etiam quibusdam vtitur testimoniis ad Tryphonem, cõuincens eũ de his, quod Iudæi abscíderint hæc de scripturis, & abstulerint. Sed & multa eius alia apud q̃ plurimos fratrũ feruntur, quæ ita probabilia ac digna à veteribus iudicata sunt, vt Irenæus ex ipsis inueniatur adsumere, & in quarto aduersum hæreses libro de his hoc modo scribere: Et bene, inquit, Iustinus in eo volumine quod aduersum Marcionem scribit, prosequutus est, dicens: Quia ipsi domino nunq̃ adquiescerem, si alium deum diceret præter oĩm creatorem. Et iterũ in quinto eiusdẽ operis libro dicit: Et optime, inquit, Iustinus affirmat, quia ante aduentũ domini nũquam ausus est satanas blasphemare deũ, quippe qui nondũ agnouisset damnationem suam. Hæc autem nobis necessario de opusculis Iustini dicta sint, ad inquisitionẽ librorũ eius studiosos quosq; fideles prouocantibus.

apocalypsis.

Qui tunc viri Romanæ Alexandrinæq; ecclesiæ præfuerint. CAP. XIX.

IGitur octauo anno supradicti principis, Aniceto vndecimo anno episcopatus sui defuncto, successit Soter. Apud Alexandriam verò Celadion quatuordecim annis ministrato sacerdotio, Agrippinum successorem reliquit.

An.do.169. Soter Rom. Agrippinus Alexandrię An.do.171.

Qui Antiochensium. CAP. XX.

APud Antiochiam verò Theophilus per idem tẽpus sextus ab apostolis ecclesiæ pontificatum tenebat, Vbi quartus post Heronem fuerat Cornelius. Post quem quinto gradu Heros successerat.

An.do. 170. Theophilꝰ Antiochiæ. Cornelius Heros.

De his qui memoratis temporibus ecclesiastici scriptores enituerunt. CAP. XXI.

TVnc etiam Egesippus, de quo supra memoraui-mus, insignis habebatur, & Dionysius Corinthiorũ episcopus, sed & Pinytus nobilissimus apud Cretã in episcopis fuit. Philippus etiã & Apollinaris, & Melito, Musanusq; & Modestus, & præcipuus Irenæus, quorũ omniũ ad nos vsq; apostolicæ fidei & sanæ

An.do.176. Egesippus Dionysius Corin.epis. Pinytus Philippus Apoll.&c.

doctrinæ præclarissima monimenta perlata sunt.

## De Egesippo, quæq; ipse commemorat. CAP. XXII.

Egesippus

EX quibus Egesippus in quinto Commentariorū libro, vbi sententiā suæ fidei plenissima cū adstructione designat, indicat hoc etiam, quod cum ad vrbem Romam pergeret, plurimis per loca singula episcopis in sermone & charitate congressus, omnes eiusdem fidei prædicatores doctoresq; reperierit: simul & de epistola Clemētis ad Corinthios scripta, quędā cōmemorat, quę etiā inserere huic opi nostro necessariū duxi. Ait ergo: & permānsit, inquit, ecclesia Corinthiorum in prædicatione recta vsq; ad primum episcopū: quem Romam nauigans vidi, & resedi cum eo apud Corinthum diebus multis, delectatus puritate fidei eius. Cum autem venissem Romam, permansi inibi, donec Aniceto Soter, & Soteri successit Eleutherus.

Conformitas doctrinę

Primus Corinthiorum episcopus.

Primi hæretici.

Sed in omnibus istis ordinationibus, vel in cæteris quas per reliquas vrbes videram, ita omnia habebantur, sicut lex antiquitus tradidit, & prophetæ indicauerunt, & dominus statuit. Item idem ipse etiam de hæreticis qui suo tempore exorti sunt, talia quædam cōmemorat: Et posteaquam, inquit, Iacobus, qui cognominatur Iustus, martyr effectus est, sicut dominus etiam ipse reddēs testimonium veritati: electione diuina Symeon Cleopæ filius episcopus ordinatur, electus ab omnibus pro eo quod esset consobrinus domini. Propterea autem tūc ecclesia virgo vocabatur, quia nondum fuerat adulterini verbi subreptione corrupta. Sed Theobutes quidam, quia repulsam meruit episcopatus, ipse cœpit initio perturbare oia & corrumpere. Qui erat ex septem hæresibus in populo cōstitutis. Ex quibus erat & Simon, à quo Simoniani: Cleobius, vnde & Cleobiani: & Dositheus, vnde Dositheani: & Gortheus, vnde Gortheni: et Masbutheus vnde & Masbutheni: sed & Menander, vnde Menādriani. Ab ipsis & Marcionistæ, & Carpocratiani, & Valētiniani, & Basilidæ, & Saturniani. Quorū vnusquisq; diuersis corruptionibus fidei, seorsum schisma compo-

Ecclesia virgo.

Theobutes hæreticus.

Simon

Cleobius

Dositheus

Gortheus.

Masbutes

Menander



componens, propriam sectam, & proprios habuit sectatores. Ex ipsis processere Pseudochristi, & Pseudoprophetæ, & Pseudoapostoli, qui in diuersas partes fratrum vnitatem scindentes, per corruptelam doctrinæ castum ecclesiæ cubile macularunt, impietatem loquentes aduersus dominum, & aduersus CHRISTVM eius. Sed & antiquas Iudæorū hæreses idem ipse scriptor, quæ, vel quantæ fuerint, per hęc verba designat: Erant, inquit, diuersæ sententię in circuncisione, id est in filiis Israēl quæ maxime aduersabantur tribui Iudę, ex qua CHRISTVS est. Erant ergo Iessęi, Galilæi, Hemerobaptistæ, Masbuthęi, Samaritæ, Sadduceęi, Pharisæi. Sed & alia q̄ plurima scribit, de quibus ex parte iā pro locorū opportunitate in superioribus memorauimus. Disseruit autē & de euangelio secundū Hebrœos & Syros, & quædā etiā de lingua Hebraica disputauit, & Iudaicarum traditionum meminit: per quæ indicat se ex Hebræis ad fidem CHRISTI venisse. Verū & hic ipse, & Irenæus, & omnis antiquorum chorus, librum qui adtitulatur Sapiētia, Solomonis esse dixerunt, sicut & Prouerbia, & cętera. De Apocryphis verò cum ageret aduersum quosdam hęreticos, corrupta in his quædam etiam ac falsata esse perhibuit.

Iessæi

Galilæi

Hemerobaptistæ.

Masbuthæi

Samaritæ

Sadducæi

Pharisæi

Egesippus primum Iudæus.

Sapientia & Prouerbia Salomonis, iudicio veterum.

## De Dionysio episcopo Corinthiorum, & de epistolis eiusdem. CAP. XXIII.

An. do. 169.

Dionysii Corinth. epist.

SEd veniendum nobis est tandem ad beati Dionysii commemorationem Corinthiorum ecclesię episcopi, cuius eruditione & gratia, quā habebat in verbo dei, fruebantur non hi populi solum quos regendos susceperat, sed & procul positi, quibus per epistolas præsentiam sui reddebat. Extat denique eius ad Lacedæmonios scripta epistola de catholica fide, in qua & de pace atq; vnanimitate florētissime docet. Et alia ad Athenięses, in qua ad Euāgelii credulitatē inuitat & cōcitat segniores, simul & arguit quosdā velut penè prolapsos à fide, cū episcop⁹ eorū Publius fuisset martyrio cōsummatus. Sed & Quadrati, q̄ Publio

Publius Athenięsiū episcopus.

martyri succesſerat in ſacerdotio, meminit: ſimul & memorat, quod labore eius & induſtria rediuiuus quidam in eis calor fidei reparatus ſit. Et illud in eadē deſignat epiſtola, quod Dionyſius Areopagites, qui ab Apoſtolo Paulo inſtructus, credidit CHRISTO, ſecundum ea quæ in Apoſtolorum Actibus deſignātur, primus apud Athenas ab eodem apoſtolo epiſcopus fuerit ordinatus. Fertur & alia eius epiſtola ad Nicomedienſes, in qua hæreſim Marcionis impugnat, & eccleſiaſticæ fidei regulam mirabili ratione conſtituit. Scribit & aliam eccleſiæ Gortynenſium, cęteriſq; ſimul eccleſiis Cretæ, in qua epiſcopum ipſorum Philippum velut magnis virtutibus & optimis ſtudiis prędituſ proteſtatur. Dicit autem ab hæreticorum conuiuiis abſtinendum. Scribit etiam aliam eccleſiæ Amaſtrianorum, cæteriſq; cum ea Ponti eccleſiis, in qua Bacchylidis & Elpiſti meminit, tanquam qui eum cohortati ſint ad ſcribendum, & multa in ea ex diuinis ſcripturis explanat, ſimulq; epiſcopi eorum mentionem facit nomine Palmæ. Sed & de nuptiis & caſtitate plurima commemorat & ex quocunq; lapſu reſurgentes, & conuertentes ſe à peccato, etiam ſi ab hæretica peruerſitate reſiliant, ſuſcipi iubet. Cōiungitur & his alia eius epiſtola ad Gnoſios, in qua commonet & deprecatur epiſcopum eorum Pinytum, ne grauia onera diſcipulorum ceruicibus ſuperponat, neue fratribus neceſſitatem compulſæ caſtitatis indicet, in quo nonnullorum periclitetur infirmitas. Ad quæ reſcribens Pinytus Dionyſio ſententiam quidem conſilii melioris amplectitur, ſimulq; obſecrat eum poſt illa quę prius ſcripſerat, robuſtioris iam & validioris cibi de cętero ſcripta tranſmittere, quibus ad meliorem profectū eccleſiæ ſuæ populus aleretur, ne ſemper cibo lactis inhęrētes, paruulorum vitam in corpore iam ſeneſcente perducerent. Simul & recte fidei ſuæ inſignia, & ſollicitudinem quam erga curam plebis expēdit, eruditionisq; ac ſapientiæ verbi diuini in hac epiſtola Pinytus nobis velut in quodam ſpeculo viuentem ſui dereliquit imagi-

Acto. 17. g

Bacchylides
Elpiſtus
Palmeas

Pinytus
Attēdāt hūc locū epiſcopi.



imaginem. Dionyſii autem fertur & alia ad Romanos data ad epiſcopum Soterem, in qua inſtituta antiquitus tradita, in eccleſia Romana cuſtodiri, libenter amplexum ſe his indicat verbis: A principio nanq; moris eſt, inquit, vobis fratres omnes variis iuuare beneficiis, multisq; eccleſiis quæ ſunt per diuerſa terrarū loca, cuncta quibus indigent, deſtinare: ſingulorum quoque neceſſitates in omnibus conſolari: ſed & per metalla fratribus relegatis, quæ vſus poſcit prębere. Hęc ab initio Romanæ eccleſiæ facere moris fuit, à patribus ſibi huiuſcemodi inſtitutione dimiſſa, & ſemper integre cuſtodita. Beatus verò epiſcopus veſter Soter, non ſolum ſeruauit quæ patres tradiderant, ſed & auxit in melius. Qui non tantum ſanctis quæ vſus corporalis poſcit, impertit, verum & aduenientes fratres clementi ſatis & mitiſſimo ſolatur alloquio, & tanquam pium ſe ac religioſum patrem ſingulis exhibet. In hac ipſa ſcriptura meminit etiam epiſtolæ Clementis ad Corinthios ſcriptæ, ſignificans veteri inſtituto, & antiqua conſuetudine ſemper ipſam epiſtolam lectā eſſe in eccleſia. Deniq; ſic dicit: Beatā, inquit, duximus hodiernam dominicam diem, in qua legimus epiſtolam veſtram, quam & ſemper ad noſtri commonitionem legimus, ſicut & illam priorem à Clemēte ad nos ſcriptam. Idem adhuc ipſe de epiſtolis ſuis tanquam falſatis à quibuſdam hæc ſcribit: Epiſtolas enim quaſdam fratribus rogantibus me, ſcripſi, quas tamen apoſtoli Satanæ zizaniis repleuerunt, quædam auferentes, alia autem addētes, quibus væ repoſitū eſt in iudicio dei. Quid autem mirum, ſi dominica verba ſanctæ ſcripturæ falſare conati ſunt, qui vilia hęc quę nos ſcripſimus corruperunt? Fertur adhuc & alia præter iſtas, Dionyſii ad Chryſophorum fideliſſimam ſororem ſcripta, in qua conuenienter vel ſexui, vel menſuræ eius, rationabiles ei diuini verbi exhibuit dapes, Sed de Dionyſio ſatis ſit dictum.

Epiſtola Dionyſii ad Romanos
Antiquus moſ eccleſię Romanę

Soteris Romani Pō. laus

Clemētis ad Corinthios epiſtola

Epiſtolæ Dionyſii falſatæ

Epiſtola Dionyſii ad Chryſophorum

## De Theophilo epiſcopo Antiocheno.

CAP. XXIIII.

An.do. 170. Theophili Antiochiæ epiſcopi, libri Orthodoxi aduerſus hæreticos.

THeophili verò, quem Antiochiæ epiſcopum ſupra diximus, feruntur tres Inſtitutionum libri ad Autolycum ſcripti. Et alius liber aduerſum hæreſim Hermogenis, in quo & teſtimoniis vtitur de reuelatione Ioannis. Sed & alii extant eius inſtructionum variarum libelli. Igitur ea tempeſtate hæreticis per omnem locum, zizaniorum modo, pura verba dei ſemina maculantibus, & areas apoſtolicæ doctrinæ adulterina admixtione fœdantibus ex omni parte ſacerdotes domini, velut vigilantes agricolę, excutere eorum & expurgare mala ſemina nitebantur, & tanquam ſolliciti paſtores inſidiantes lupos gregibus CHRISTI, clamoribus ſimul inſectationibuſq; repellere commonendo fratres, inſtruendo, ſcribendo etiam longe poſitis, ipſos quoq; interdum, ſicubi coràm deprehendiſſent, cominus perurgendo, & verborum lucta, ac diſputationum certamine proſternendo: alii etiam poſteris conſulentes quæſtiones eorum & peruerſas obiectiones æditis commentariis confutando. Inter quos

Maximinꝰ Antiochiæ ſucceſſit Theophilo

& Theophilus, de quo nunc loquimur, non ignobili aduerſum eos, id eſt, aduerſum Marcionem, indicatur ex his quę legimus, diſputatione congreſſus. Huic igitur ſeptimus ab Apoſtolis in Antiochenæ eccleſiæ ſacerdotio Maximinus ſucceſſit. Sed & Philippus, quē

Philippus Gortynēſis epūs aduerſus Marcionem.

Gortynenſis eccleſię epiſcopum ſupra diximus, nobile etiam ipſe monimentū aduerſum Marcionem dereliquit. Similiter & Irenæus.

De Modeſto. CAP. XXV.

An.do.176

MAgnificentius autem cæteris Modeſtus, qui omnes ipſius deceptiones & fallacias retecto, quo velabantur, nequitiæ tegmine denudauit.

De Melitone, quoſq; ipſe cōmemorat. CAP. XXVI.

Melito Sardēſis, Apollinaris Hierapolitanꝰ.

MElito quoq; Sardenſis Antiſtes eccleſię, et Apollinaris apud Hierapolim eccleſiam regens, celeberrimi inter cæteros habebantur. Qui & Imperatori Romano Apologeticos ſimiliter libros pro noſtra fide luculentiſſime conſcriptos porrexerūt. Horū quanta relicta ſint monimenta, quæ ad noſtram vſq; notitiam



tiam peruenerunt, infra oſtenditur.

Libri Melitonis.

Melitonis de Paſcha libri duo.
De optima conuerſatione liber vnus. Sed &
De Prophetis.
De eccleſia.
De die dominica.
De fide hominis.
De figmento.
De obedientia fidei.
De ſenſibus.
De anima, & corpore, & mente.
De lauacro.
De veritate. Item
De fide.
De generatione Chriſti, & de prophetia eius. Item
De anima & corpore.
De hoſpitalitate. Item
Liber qui dicitur Clauis.
De diabolo.
De reuelatione Ioannis.
De deo corpore induto, Et poſt omnia
Liber ad Antoninum Verum

In libello ſuo de Paſcha, tempus quoq; quo ſcribebat inſinuans, ita dicit: Sub Sergio, inquit, Paulo Proconſule Aſiæ, quo in tempore Sagaris martyrio coronatus eſt, quæſtio ingens oborta eſt apud Laodiceam de Paſcha, quibus diebus hæc ſcripſimus. Huius etiã ipſius libelli mentionem facit Clemēs Alexandrinus in opere ſuo, vbi de Paſchæ ratione ſcribit, quod ſe dicit ex occaſione huius ipſius libelli, qui à Melitone prius æditus fuerat ſcribere. In eo autem libro quem ad Imperatorem ſcribit, talia quædam memorat illis temporibus aduerſum nos geſta: Quod nunquam, inquit, factum eſt, nunc perſecutionem patitur genus piorum. Effugantur vndique, nouis decretis per omnem Aſiam promulgatis. Impudentes nanque homines & calumnioſi, qui rapere aliena deſiderant, occaſione accepta Imperialiū præceptorū, more prædonū

Quo tēpore vixerit Melito.

die

die noctuq; grassantur,& diripiunt innocẽtes. Et post aliquanta iterum dicit, Et si quidem te iubente hæc faciunt, bonum credamus, quicquid iusto Imperatore iubente cõmittitur. Sed & nos libenter ferimus mortem, quam à te cognoscimus irrogari. Sed hoc est solum quod te obsecramus, vt ipse prius ministros proteruitatis huius requiras: & si à te mandatæ sint istę, quas irrogant, mortes, ipse discutias. Si verò tuã quoque conscientiam præceptum istud tam immane & barbarum latet, obsecramus ne nos despicias, & patiaris religiosos ciues tam publico latrocinio iugulari. Et iterum post aliquãta addit etiam hæc: Etenim philosophia hęc qua nos vtimur, primo quidem florebat apud Barbaros. Introducta est autem etiam Romanæ vestræ conuersationi Augusti temporibus: ex quo & regni vestri sublimius culmen ascendit, obseruantiæ huius auspiciis eleuatum. Cuius imperii feliciter propagati, tu felix successor existis, & traditum tibi feliciter seruas vnà cum filio. Propter quod & simul tibi cum imperio traditum nostræ philosophiæ ritum pari religione custodi, velut qui ingressu suo patribus tuis causam prosperitatis intulerit. Et fidem, quæ cũ ipsius Augusti felicitatibus adoleuit, integrã tu quoque nunc regnans, illibatamq; conserua: quia nec ipsi Augusto in ingressu eius, vel in progressu, triste aliquid accidit, sed è contrario læta omnia, & omnia magnis successibus plena, obsecrãtibus deum summum pro imperii eius statu, religionis huiusce cultoribus. Nec quisquam principum nisi Nero solus & Domitianus, nequam hominum suggestionibus, aduersati sunt dogmati nostro. Ex quorũ tempore accidit, nos falsis calumniis infamari. Sed illorum errorem, qui ex ignorantia venerat, emendauerunt patres tui, qui frequentibus postmodum decretis animaduerterunt in eos, qui auderent molestiæ aliquid huiusmodi cultoribus irrogare. In quibus auus tuus Adrianus, & ad alios quidem multos iudices, præcipue tamen ad Fundanum Proconsulem Asiæ pro hoc literas dedit. Pa-

Adrianus Cæsar
Minutius Fundanus



ter verò tuus tecum pariter Romani regni apicem gerens, omnibus quidem generaliter ciuitatibus, maxime tamen ad Larissæos, & Thessalonicenses, & Athenienses, pro his mittit edicta. Te verò multo magis eandem credimus seruare sententiam, imò & multo clementius confidimus prouisurum, tanquam qui veræ philosophiæ, ac purę religiõis amator existas. Hæc & multa alia nobiliter ab eo scripta, in libello de quo memorauimus, inseruntur. In his autem quæ de explanatione scripturarum scribit, quasi in præfatione, enumerat quæ sint volumina veteris testamenti, quæ in Canone debeant obseruari. Quam partem scripturæ indere his necessarium puto.

MELITO ONESIMO FRATRI SALVTEM.

Quoniamquidem frequenter me rogasti pro studio, quod habes erga verbũ dei, vt excerpam tibi testimonia ex lege & Prophetis de Saluatore, & de fide nostra, simulq; indicem, qui sit ordo vel numerus veteris testamẽti voluminum, postulata libenter impleui, sciens quod sit in te discendi studium, vel quãta fidei deuotio, & vt vitæ æternæ desiderio nihil præponas. Scias ergo perrexisse me vsque ad Oriẽtis locum, vbi prædicationis nostræ cœpit exordium, & vbi gesta sunt illa omnia, quæ leguntur scripta, ibiq; diligenter de omnibus explorasse, quæ essent veteris testamenti volumina. Ibi igitur quæ cum omni inuestigatione comperi, hæc sunt: Moysi libri quinq;: Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium. Tum dein de Iesu Naue, Iudicum, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipoménon libri duo, Psalmi Dauid, Solomonis Prouerbia, quæ & Sapientia, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Iob. Prophetæ autem Esaias, Hieremias, Duodecim prophetarum liber vnus. Daniel, Ezechiel, Esdras. Ex his ergo ἐκλογὰς tibi, id est, excerpta testimonia in sex libris digesta transmisi. De Melitonis monimentis ista comperimus.

De libris q̃ habẽtur in Canone.

De Apollinare. CAP. XXVII.

Apol-

An.do.176. Apollinaris lucubrationes.

APollinaris verò, cum multa à multis habeantur, ad nos tamen ista sunt quæ venerunt.

Apologeticus liber ad prædictum Imperatorẽ scriptus, Et

Aduersum Paganos libri quinq;.

De veritate libri duo.

Et quos postmodum ædidit aduersum Cataphrygas, Montanum scilicet, & pseudoprophetissas eius, qui tunc primum deuiandi à recto itinere exordium sumpserant.

De Musano. CAP. XXVIII.

An.do.176. Musani liber aduersum Encratitas.

SEd et Musani (cuius in præcedẽtibus fecimus mentionem fertur) libellus multa elegantia scriptus ad quosdam fratres, qui declinauerãt ad hæresim, quę dicitur Encratitarum, tunc nuper exortam. Cuius autorem extitisse Tatianum sermo asserit, illum ipsum de quo in superioribus memorauimus, beato Iustino testimonium dante, cuius eum & discipulum ferũt. De quo tamen Irenæus in primo libro cõtra hæreses hæc refert: A Saturnino, inquit, & Marcione descenderunt & hi, qui vocantur Encratitæ, nuptias refutantes, quę à deo antiquitus institutæ sunt: & subtiliter accusantes illum, qui ab initio masculum & fœminam ad reparationem humani generis fecit. Sed & ab animalibus abstinendum prædicant, ingrati existentes deo, qui hæc humanis vsibus procreauit.

Encratitæ Irenęũ lege de continẽtibus ca. 30. lib. 1.

De secta secundum Tatianum. CAP. XXIX.

An.do.176. Tatianus hæreticus.

CONtradicunt etiam primi hominis saluti. Et hoc nunc inuentum est ab his, quibus Tatianus quidam autor extitit, & huiusce modi blasphemias introduxit. Qui fuit quidem auditor Iustini, sed donec cum ipso fuit, nihil tale se sentire prodidit. Postea verò q̃ ille martyr effectus est, abscidit se ab ecclesiis: & doctoris arrogantia tumidus, & elatione nimia inflatus, tanquam qui se cæteris duceret meliorem, proprium maluit q̃ à veteribus traditũ docendi instituere stilum, secula quædã inuisibilia secundũ Valentini fabulas introducens, nuptias autẽ & fornicatiões corruptionẽq; pari



pari iudicans lege, Similia Marcioni Saturninoq; cõfirmans. De salute verò Adam in dubium deducenda, nouis quęstionibus commentatur, & paulopost idem Irenæus addidit etiam hæc: Non multo autem, inquit, post, Seuerus quidam supradictæ hæresi robur adiungens, fomẽta maxima eius sectatoribus præstitit. Vnde & magis Seueriani appellati sunt. Qui vtũtur quidem lege, & Prophetis, & euangeliis: sed propria quadam interpretatione, scripturarum sensum peruertũt. Obtrectant autẽ Paulo Apostolo, & refutant eius epistolas. Sed neq; Actus Apostolorum suscipiũt. Verum tamen prior eorum autor Tatianus, collationẽ quandam faciens euangeliorũ, nescio quomodo cõposuit Euangelium vnum ex quatuor, quod Diatessaron nominauit, quod etiã nunc habetur à multis. Dicitur autem & nonnulla ex sermonibus Apostoli permutasse, tanq; qui emendare velit ordinẽ cõpositionemq; verborum. Reliquit autem hic ipse infinitũ librorum numerum. Sed ille quem aduersum gentes scripsit, liber ex omnibus scriptis eius præcipuus & valde vtilis cõprobatur. Sed & de his satis dictum.

Seuerus hæreticus. Seuerianĩ.

Tatianus aduersus gentes.

De Bardesano Syro, & scriptis eiusdẽ. CAP. XXX.

PEr idem tempus innumeris hæresibus vbiq; pullulantibus, & præcipue apud Mesopotamiã, Bardesanes quidam vir disertissimus in Syrorum lingua, & vehemens dialecticus: aduersum Marcionẽ alios q; nonnullos, dialogos scribit quos propria lingua compositos ædidit. Sed & plura alia eius extant volumina, quæ discipuli eius in græcum vertêre sermonem. Erat nanque ita potens in verbo & in doctrina, & in disputationibus validus, vt plurimos & nobiles viros habuerit sectatores. Est & eius ad Antoninum de Fato potentissimus dialogus. Sed & alia multa scripsit, quæ satis vtilia & perneccssaria persequutionum quę tunc erãt tẽporibus, extitere. Ferunt autẽ hunc ipsum fuisse primo de Valẽtini schola. Sed cũ magistrũ notasset erroris, et ineptas eius fabulas arguisset, visus est sibi ad meliorẽ et rectam fidei sententiã cõuertisse.

An.do.142. Bardesanes Syr9 aduersus Marcionem.

Dialog9 de Fato ad Antoninũ Cęs. Soter Põt. Ro. morif.

Nec

Nec tamen ex integro veterum errorum sordes macu
lamq; deposuit. Iisdem verò temporibus etiã Romanę
ecclesiæ Soter episcopus, viuendi finem fecit.

# EVSEBII PAMPHILI

EPISCOPI CAESARIENSIS ECCLESIA-
sticæ historiæ

LIBER QVINTVS.

## PROOEMIVM.

An.do.178. Eleutherus Pont.Ro.

IGITVR Soteri episcopo octo annis in vrbe Roma sacerdotio ministra
to, duodecimus ab Apostolis succe
dit Eleutherus septimo decimo an
no imperii Antonini Veri. Quo in
tempore per multas Romani orbis
prouincias, ex acclamatione & sedi
tione vulgi persecutiones aduersum nostros diriſſimę
concitatæ sunt, ita vt multa milia martyrum per loca
singula fierẽt. Quod coniicere ex his facile possumus,
quæ ad rerum gestarum memoriam conseruandam li
teris mandata reperimus. Et quanuis de hoc plenior
nobis narratio, quam de singulorum martyriis prose
cuti sumus, sui sub titulo videatur exposita, quæ in
structionem pariter doctrinæ & scientiæ necessariam
non minimam contineat, tamen quæ etiam præsenti
operi competere duximus pauca inseremus è multis,
Alii nanq; scriptores historiarum, referant bella, tro
phæa, victorias, magistratuum ducumq; fortia gesta
concelebrent, mortesq; ciuium aut hostium narrẽt: pa
triam, coniuges, liberos, diuersis cuncta cædibus con
fusa describant. Noster hic sermo qui narrationẽ con
tinet de his quæ ad deum pertinent rebus, absurdum
non erit, si bella describat, quæ caro pro animę salute
perpessa est, & pugnas quas anima vt cœlestem patri
am recuperaret excepit: si certamina eius referat, quæ
pro fide veritatis exegit, in quibus nõ aduersum mor
tales

Significare videtur op9 suũ De anti quis marty- ribus, cuius ante memi- nit.

Bella & pu- gnæ marty- rum.



tales milites, sed aduersum spiritales dæmones dimi
cauit † non pro libertate carnis, sed pro spiritus liber
tate. Si inquam, monimẽtis literarum mandemus pre
lia, quæ non pro terrarum spaciis, nec prouinciarum
possessionibus, sed pro cœlorum regno, & paradisi hę
reditate peracta sunt: nõ regni mortalis imperiũ quæ
situra, sed ab immortali rege omnium deo triumpho
rum gloriam perceptura.

Aliàs pro li beris carnis

Quanti & quemadmodum sub Seuero apud Gal
liam pro pietate subierint mortem. CAP. I.

GAlliarum nobiliſſimæ vrbes Lugdunensium ci
uitas habebatur & Viennensium, quas præcipiti
lapsu præterfluit Rhodanus nobiliſſimus fluuiorum.
In his quæ & quanta erga dei martyres gesta sint, su
prà memoratis Antonini Veri temporibus, descripta
per ordinẽ, ab eis ad ecclesias Asiæ & Phrygiæ, fideli
relatione trãsmissa sunt. De quibus vt fides certior ha
beatur, ipsa scriptorum exempla subiiciam.

Lugdunũ Vienna Rhodanus

SERVI CHRISTI HABITANTES APVD
Viennam & Lugdunũ Galliæ vrbes, fratri
bus omnibus qui per Asiam & Phrygiam,
eandẽ quã nos redemptionis Christi fidẽ &
spem gerũt, pax vobis, gratia & gloria à deo
patre, & Christo Iesu domino nostro.

Epistola Christiano rum apud Viennã & Lugdunũ habitantiũ

Et cum nonnulla velut in præfatione prosecuti vi
derentur, post aliquanta ita rerum gestarum ordiun
tur initiũ: TRIBULATIONIS aiunt, nostrę magnitudinem
& Gentilium furorem, quem sanctis martyribus in
tenderunt, sicut est, enumerare, ne presentes quidẽ ipsi
sufficimus, nedum scriptura cõprehendere. Omnibus
etenim viribus congressus est inimicus, tanq; qui iam
per acerbitatem persecutionis aduentus sui ostentaret
initia, & per hoc instrueret & informaret ministros
suos aduersum seruos dei, omne ministerium † sceleris
& crudelitatis explere, ita vt primo nobis domorum
prohiberetur habitatio: tum deinde vsus balnearum:
post etiã processus ad publicum: ad vltimum, ne om
nino in quolibet loco domi foris; publico priuato;

Al. sceleris crudelitate explere.

1. Habita- tio domo- rum.

2. Vsus balnearum.
3. Processus in publicũ.
4. Perpetuę latebræ.
Viri stabiliores columnis.
Adclamationes populi in Christianos.

videremur. Sed aderat dei gratia, quæ fragiliores quidem quosq; nostrorum de manibus eorum eripiebat. Producebat autem in mediũ viros stabiliores columnis, qui possint per patientiam suam non solum ferre impetus quos excogitabat inimicus, sed & vltro expetere, & sponte se omnibus vel opprobriorum, vel tormentorum cruciatibus obiectare, & lacessentibus iam penè tortoribus, ipsi adhuc parum putare, pro eo quod moram sibi hanc esse quodammodo ad Christum festinantibus crederent, rebus ferè ipsis, & patientiæ virtute clamantes: quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ferebant ergo fortiter adclamationes aduersum se, & probra atq; iniurias populi: & cõtumelias eorum, laudes suas esse ducebant. Sed & verberari se ab eis, ac lapidari & concludi, patienter accipiebant: æquanimiter suscipientes, quicquid illud furentis vulgi excogitauisset insania. Denicq; quodã tempore astante Tribuno & primoribus ciuitatis, prosolis adclamationibus populi correpti & in carcerem trusi sunt fratres, vsq; ad præsentiam Præsidis: cuique aduenienti offeruntur. In quos ille tanta crudelitate vsus est, vt sæuitiæ eius species singulas nemo possit exponere. Vetius igitur Pagatus vnus ex fratribus, qui & in deum perfectam charitatem, & in homines integram custodiret: cuius vita, cum esset adolescens, ita examinata esset omnibus & probata, vt etiam grauissimis senibus præferretur. Incedebat enim in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela: ad obsequia quoque seruorum dei promptissimus erat. Is cum zelo diuino & feruore spiritus plenus, tam crudelia seruis dei supplicia videret inferri, & cõtra ius fasq; tot pœnas, humanis visceribus excogitari, indignitatem rei vltra non ferens, popposcit se audiri, pro ciuibus optimis, & quibus nihil impietatis cõmissum probari poterat, loquuturum. Erat enim & nobilissimus inter suos, & eruditissimus. Verum cum defensionem eius non reciperet obstinatio iudicis, inquirit

Fratres, hoc est Christiani.
Vetius Pagat⁹, patronus Christianorum.



quirit tantum ab eo, si & ipse Christianus esset. Vtq; Christianum se esse clarissima & libera voce testatus est: tanquam aduocatus (inquit) Christianorum, & ipse vinctorum numero societur. Sed in hoc illi quidem quid dicerent ignorabant. Ille verò habens in se aduocatũ pro nobis IESVM, hoc nomine meruit honorari: sancti presbyteri Zachariæ, qui erga sanctos plenitudinem charitatis ostenderat, secutus exemplum. Qui & ipse dum fratribus adest & defensionem libertatis, quæ in nostra religione consistit exequitur, dominicum secutus exemplum, animam suam pro ouibus suis posuit, & pro amicis. Et ideo cum hoc pariter velut discipuli fideles Christi in regno vẽturo sequentur agnum quocunq; vadit. His igitur optimis, & fidelissimis ducibus vsus omnis reliquus sanctorum chorus, prompti & alacres animas suas pro fidei libertate ponebant. Aliqui autem impares & infirmiores inuenti, & ad illatæ persequutionis euehendum pondus inualidi, decem fermè numero, lapsu suo luctum nobis & ingentem tristitiam reliquerũt, & multorum animos, quos priorum fides succenderat, infregerunt. Vnde & omnes valde perterriti sumus, non propter tormenta, quæ crudelius videbantur inferri, sed pro exitu cõfessionis incerto: quia multo nos grauius lapsus nostrorum, quàm ea quæ inferebantur tormenta, cruciabant. Comprehendebantur tamen quotidie, quos dignos dominus iudicabat in lapsorum numerum subrogari, ita vt ex vtraq; ecclesia omnes qui studiosi & magni videbantur, & quorum labore & industria regebantur ecclesiæ, vniuersi pariter tenerentur. Accidit autem etiam seruos comprehendi quorundam ex nostris Paganos: quoniamquidem publice iussum fuerat requiri omnes & teneri. Quicq; dæmonis instinctu, cum tormenta pertimescerent, quæ inferri sanctis videbant, monentibus se in hoc ipsum militibus, quibus ita fuerat præceptũ, cõmenti sunt aduersum nos, velut Thyesteas cœnas, & incesta Oedipia perpetrãtes: & alia quæ nec proloqui aut

Zacharias presbyter.
Decem negarũt Christum.

cogitare nobis fas est, & qualia ne credere quidem possumus aliquando apud homines gesta, Quæ cum de nobis diffamata fuissent in vulgus, horrori maximo & execrationi apud omnes homines esse cœpimus, etiam apud eos qui prius aliquid moderationis erga nos seruandum esse censebãt. Et omnes simul fremere aduersum Christianos, atq; insatiabili odio furere cœperunt. Tunc vidimus compleri illud quod à Ioan.16.a Domino dictum est: Quia veniet tempus in quo omnis qui occiderit vos, putet se obsequium offerre deo. Post hæc iam supra omne narrationis genus est, suppliciorum & cruciatuum modus, qui sanctis martyribus inferebatur, perurgente satana, quo scilicet etiam illorũ cõfessione tale aliquid eliceretur à nobis esse commissum. In quo omnes pari atque eodem furore persistebãt, vulgus, iudex, officium, milites, perurgentes præcipue Sanctum nomine, quendam diaconum An.do.169 Sanctus diaconus Viennensis. Viennensem: et Maturum neophytum quidem, sed in Maturus fide & patientia robustissimum: sed & Attalum Pergamenum ciuem, qui columna & firmamentum ecclesiæ nostræ in omnibus fuit: & Blandinam fœminam, per quam Christus ostendit, quia ea quæ apud homines despecta sunt, & contemptui habentur, in magna gloria apud deum ducũtur: & quia charitas eius, quæ fragilia sunt per naturam, per gratiam facit esse firmissima. Cum enim omnes nos de ea trepidaremus, sed & ipsa eius carnalis domina, quæ erat vna ex numero Blãdinę mira in tormẽtis constantia. martyrum, vereretur ne forte Blandina cederet in tormentis, & pro debilitate corporis, vix ad primæ confessionis tormenta sufficeret, tanta tolerantiæ virtute firmata est, vt resoluerentur prius & conciderẽt carnifícum manus, qui sibi pro contentiosa iudicis animositate inuicem succedebant. Deniq; à prima luce vsq; ad vesperam tormenta semper inuocantes, ad vltimũ victos se confitentur, stupentes quomodo in ea spiritus permaneret, quum nihil iam in illa ex corpore persupplicia resedisset. Sed illa vere beata, vt postmodũ nobis ipsa disseruit quondam, quoties vocem confessionis



sionis emisit, & Christiana sum proclamauit, totíes nouæ vires corpori reddebantur, & tanquam ablatis per confessionem doloribus, instaurabatur recentior ad agones. Eoq; magis, quod intellexerat quod vox ipsa sensum doloris extingueret, sæpius & alacrius Christiana sum, & Nihil apud nos mali geritur, proclamabat. Diaconus quoq; Sanctus nomine, etiam ip- Sancti diaconi constantia. se supra quàm dici potest, & supra quàm humanam fas est ferre naturam, acrius insistẽtibus ministris dæmonum, quo aliquid ab eo elicere possent confessionis illicitę, noua pœnarum genera pertulit, & quę longe substantiam humanæ conditionis excederent. At ille vir deo plenus, intantum crudelitates eorum irrisit, & ferinam in quæstione sæuitiam, vt nunquam dignatus sit, vel quis esset genere, vnde domo vel patria, nomen saltem suum eis fateri. Sed de his singulis interrogatus, nihil aliud in omnibus tormentis, nisi Christianum se esse respondit. Hoc mihi nomen, hoc genus, & patria est. Aliud, inquit, omnino nihil sum quàm Christianus. Vnde & eos incredibilis agitabat insania, quod tantis pœnarum generibus cõsumptis, extorquere ei ne professionem quidem proprii vocabuli potuissent. Ad vltimum candentes laminas æris & ferri erga inguinis loca, & delicatioria quæque membrorum instauratis ignibus adhibebant: ex quo carnes quidem eius adustæ igni defluebant: ipse verò permanebat immobilis, inconcussus, intrepidus, cœlestibus æternisq; fontibus qui procedunt de ventre Iesu, humanas in se temperans flammas. Veruntamen membris omnibus martyr erat, & toto corpore vnum vulnus horrebat. Perit in eo humanæ formæ agnitio, & non solum quis esset, sed & quid esset, tormentorum crudelitas ne agnosci posset, abstulerat. Christus tamen in eo solus per martyrii gloriam recognoscebatur, qui per eius patientiam destruebat aduersarias potestates, & suos milites per tolerantiæ roborabat exemplum: ostendens omnibus, quia nihil terribile est, vbi diligitur pater; nihil doloris est,

vbi fides Christi est. Sed artifices scelerū, nequaquam martyris erubuere virtutē. Post paucos etenim dies, cōsyderātes quod si tumentibus adhuc vulneribus, quæ indignarentur etiam ad mollissimum manus tactum, tormenta rursus inferrent, & denuo membra iam putrefacta vexarent, vnum è duobus fore, aut in sua eum impietatis iura cessurum: aut si in tormentis animam posuisset, terrorem crudelitatis, & metum cęteris intentandum. Sed hoc longe contra quàm impii cogitauerant, cessit. Nam quod vix credi ab infidelibus potest, restitutum est in primam speciem corpus per secunda tormenta. Et officia membrorum, quæ abstulerat prima crudelitas, secunda reparauit, ita vt iterata supplicia, non iam ei pœnam contulerint, sed medelam. Sed & Blandina, quam paulò ante memorauimus, simili exemplo ad supplicia secunda reuocatur. Quæ cum semiuiua penè, & in mortis quodā confinio posita, iteratis fuisset pulsata cruciatibus, velut è somno quodam subito euigilans, in memoriam futuræ beatitudinis venit, & voce constanti tanquam de excelso & ædito concionaretur apud populum: Multum (inquit) erratis ô viri, quod putatis infantum visceribus vesci eos, qui ne mutorum quidem animaliū carnibus vtuntur. Et sic in confessione perdurans, iterum numero martyrum sociata retruditur.

Blādina ad tormēta reuocatur.

Accusabantur Christiani ꝙ infantū viscerib⁹ vescerētur.

Veteres Christianos à carnibus abstinuisse.

Vt martyres quandiu habebantur in vita, omnes qui in persecutione lapsi fuerant, reuocabant.

CAP. II.

SEd posteaquam per beatorum martyrum patientiam tyrannica euanuere supplicia, aliis rursus diabolus machinis oppugnare parat famulos dei, quo scilicet afflictione carceris, & pœnali squalore consumpti, ac septimo (vt dicunt) puncto in neruo pedes cōtra quàm credi fas est, distenti, in intimo tenebrarum loco, per omnia pœnarum genera quæ furentium sæuitia excogitare poterat, deperirent. Quàm plurimi ergo hoc genere in ergastulis consumuntur, domino suscipiente eorum huiuscemodi exitum, quibus nec ibi

Septimo puncto in neruo distēti, puer. Moriūtur in carcere



ibi defuit diuinæ maiestatis auxilium. Aliquanti etenim ex his qui fæuissima tormenta pertulerāt, nec humanæ aliquid medelæ permissi sunt consequi, mirum in modum virtute domini conualescere, & subitam mentis alacritatem ad desperatum corporis robur recuperare cœperunt, ita vt cohortatione sua cęteros ad patientiam confirmarent. Et impatientes erant pœnarum illi magis, qui nuper fuerant correpti, & quorum corpora nondum tormenta solidauerant: illi denique erant, qui fœtoris horrore, & conclusiōis tenebris necabantur. Verum beati Photini Lugdunensis episcopi glorioſam martyrii confessionem, fas non est silentio præterire. Qui cum nonagenario maior esset ætate, & corpore vtpote illius æui inualidus, cętera penè iam mortuus, solo martyrii amore viuebat. Ducitur ad tribunalia, imò potius defertur, senio & languore resolutus. Cuius ad hoc solum anima seruabatur, vt CHRISTVS per eam magnificentius in fragili corpore triumpharet. Statuitur interea senior pro tribunalibus impiæ plebis. Vndique clamor attollitur, hunc ipsum esse insonant Christum. Dum verò à Præside interrogatur, quisnam esset Christianorum deus, respondit: Si dignus fueris, scies. Hinc verò cunctos velut rabies immensi cuiusdam furoris inuasit, ita vt qui prope astabant pugnis, alii calcibus subigerent senem, nec grauitati, nec ætati aliquid reuerentiæ deferentes. Illi verò qui longius erant, quicquid furentibus teli venisset in manus, eminus iactebant: ita vt vnusquisque summi sibi esse delicti duceret, nisi aliquid in senem scelęris intulisset. In hoc etenim vindicandos deos suos esse credebant. Quem cum seminecem proiecissent in carcerem, incontaminatum paulò post spiritum reddidit. Per idem tempus immensa quædam dei dispensatio procuratur, & misericordia ex insperato Christi domini arte conquiritur. Quod nunquam ferè prius à persequutoribus gestum meminimus: oēs hi qui primo comprehensi negauerāt fidem, correpti truduntur in carcerem: & quo infeli-

An. do. 169. Photinus Lugdunē. episcopus, quem Sozphronius vocat ποθεινὸμ.

Photinus moritur in carcere.

Negatores rapiūtur in carcerem tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca



homicidę & incesti, non tanquã Christiani

cibus ne solamen quidem pœnalis præstaretur exitii, non quasi Christiani iam, sed tanquam homicidæ & incesti detinebantur, habentes miseri duplicem pœnã. Quoniamquidem cæterorũ supplicia mitigabat spes & corona martyrii: Christiq; charitas, & sancti spiritus gratia releuabat afflictos. Istos autem ipsis pœnalibus cathenis, & pondere carceris grauius conscientia cruciabat, ita vt vultu ipso & aspectu discernerentur à cęteris: quod illi producebantur de suppliciis lęti, & diuinum nescio quid in ipsis vultibus præferẽtes, vincula sua monilia preciosa ducebant, per squalorem car-

2.Cor.2.d

ceris, CHRISTI bonus odor effecti, ita vt videretur sibi non in ergastulo, sed in myrotheca conclusi: at illi alii tristes, demersi, ipsis quoque conspectibus horridi, & omni turpitudinis deformitate fœdiores. Sed & ipsis gentilibus in multo opprobrio expositi erãt, tanquam degeneres & ignaui, qui fidem perdiderint, & crimen inuenerint, & qui Christianorum quidem nomine caruerint, homicidarum tamen pœnas non effugerint. Quæ cum ita geri videntur cæteri, incredibiliter corroborati sunt, ita vt comprehensi absque vlla animi nutatione, constanter se nihil aliud quam Christianos esse faterentur. Et cum quædam in his locis fuissent longius prosequuti, post aliquanta iterũ hæc subiungunt. Post hæc iam per diuersas species martyrii eorum, velut coronam quandã variis floribus compositam dominus CHRISTVS intexens offerebat patri, vt ab eo velut victores magni agonis remunera-

Maturus Sanctus Blandina Attalus

tiones æternorum sumerent præmiorum. Nam Maturus, & Sanctus, & Blandina, & Attalus, munerum diebus, innumeris milibus gentium diuersarum ad spectaculum congregatis, statuuntur in medio arenæ. Et rursum Maturus cum Sancto, quasi nihil prius gestum fuisset, ad omnia tormentorum & verberum genera renouantur, certantibus omnimodis aduersariis, quatenus eorum patientiam frangerent, & ab ipso, vt ita dicam, vertice coronas eorum diriperent, insanis populi vocibus instigati. Sed illis eo magis animos roborabat



borabat spes vicinæ iam gloriæ, quam sibi iam iamq; manu contingere, & contrectare dextris videbantur. Dumq; & suppliciorum genera, & spectaculorum iam penè tempus fuisset absumptum, nec moueri vllatenus à sententia valuissent, cum etiam sellæ ferreæ superpositi, consumptam verberibus carnem, ignis subministratus exureret, ad vltimũ infatigabiles martyrum spiritus ferro cæsis ceruicibus effugarunt. Blandina verò religata ad stipitem, atq; in crucis modum distenta, bestiis pabulum præparatur. Quæ tamen in ligno pendens vultu interrito & satis læto, orationem fundebat ad deum, qua & sibi constantiam, & cæteris agonis sui consortibus perseuerantiam precaretur. Et facile vota sperabat implenda, quæ propriis iuuabat exemplis; simul & illud edocens, quod passionum CHRISTI consortibus certum sit, etiam gloriæ eius donanda esse consortia. Sed cum nulla ex bestiis corpus eius auderet attingere, deposita de ligno rursum reuocatur ad carcerem, aliis adhuc agonibus pręparanda, vt per multas victorias caput quidem tortuosi serpentis attereret, fratrum verò animos ad tolerantiam concitaret, per hoc quo ipsa in paruo & fragili corpore tot certaminibus permaneret inuicta, & per singulos agones discederet coronata.

Blandina

## Qualis Attalo Martyri apparuerit visio.

CAP. III.

An.do.169 Attalus

ATtalus quoque populi vocibus postulatur. Erat enim valde nobilis, & quod cunctis nobilius est, vir optimæ conscientiæ, & in fide Christi per omnia exercitia semper martyr. Cumq; circũactus fuisset in Amphitheatro, titulo se præcedente, in quo scriptum erat, ATTALVS CHRISTIANVS, fremere in eum vulgi insanientis furor vehementius cœpit. Sed cum Præsidi indicatum esset, esse eum Romanæ ciuitatis virum, iubet eum cum cæteris in carcerem recipi: simul & ad Cæsarem refert, eiusque sententiam quid de eo iuberet, expectat. Verum inter moras positi in carcere, non infructuosum sibi tempus transire

Christiani in carcere

Universidad de Deusto
Biblioteca



patiuntur, sed vigore animi, & alacritate fidei suæ, eos qui infirmiores videbantur, animabant: & ipsi nondū martyres, cohortationibus suis plurimos martyres faciebant. Ex quo magnum gaudium matri nascebatur ecclesiæ, videnti suos filios, qui penè iam decidisse videbantur in mortem, per hos reparari ad vitam: & monitis eorum multi qui iam negando velut aborsum quoddam effecti fuerant, quasi iterum parturiebātur, & CHRISTVS in eis iterum reformabatur. Docebā-
Ezech. 33. b tur enim ab his, quia deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Igitur cum à Cæsare rescriptum fuisset vt persistentes quidem punirentur, negantes autem dimitterentur: die quodam celeberrimo, in quo ex omnibus prouinciis coëuntes, nun-
Dies nundinarum. dinas apud nos agere solent, in ipso frequentissimo conuentu tribunal ascendens, præparari sibi iudex Christianos, & introduci ad suppliciorū pompā præbendam cunctis qui aderant, iubet. Rursum itaque cruces, rursum pœnæ, rursum tormenta reparantur. Et si qui forte ciues Romani reperti sunt, hos plecti capite decernit, cæteros verò bestiis tradi. Ingēs tamen ab omnibus gloria Christo conferebatur, pro his qui ante negauerant, & dimitti neque negantes potuerant: nunc verò, cum negantibus venia præstaretur, in confessione persisterent, & de perditionis grege reuocati, numero martyrum iungerentur. Igitur cum erga su-
Alexander. pradictos quæstio haberetur, Alexander quidam genere Phryx, medicus disciplina, vir religiosus & prudens, & vitæ ac morum probitate cunctis charus acceptusq;, amore dei concitatus, cum assisteret tribunali, nutibus hortabatur ad confessionem eos, in quos quæstio agitabatur: ita vt omnibus qui astabant, palam fieret quid animo gereret. Cumq; id populi notauissent, indignantes maxime pro his, qui quod prius negauerant, rediuiua nunc confessione reuocabant, conclamauerunt aduersum Alexandrum: hæc ipso instigante committi. Qui iussus à præside in medium statui,



statui, & quis esset interrogatus, Christianum se esse libera professione testatur: quem continuo præparandum bestiis condemnauit. Et postera die simul cum Attalo producitur. Quem cōtra præceptum Cæsaris gratificari populis volens, etiam ipsum bestiis tradi iussit. Sed cum ferarum nulla, sanctorum corpora contigisset, omnibus eos verberum cæterarumq; pœnarū supplicijs cruciatos, ad vltimum in conspectu populi in medio arenæ iugulari iubet, beato Alexandro in omnibus quæ perpessus est pœnis, ne vnum quidem penitus proferente sermonem, sed ab initio vsque ad finem intra semetipsum semper cum deo loquente, & in laudibus eius ac precibus permanēte. Attalus verò cū prunis subterjectis in sella ferrea torreretur, cumq; nidor adustæ carnis ad nares & ora inspectantis populi perferretur, voce magna exclamat ad plebem: Ecce hoc est homines comedere, quod vos facitis, quid à nobis velut occultum inquiritis facinus, quod vos aperta luce committitis? Nos enim neq; comedimus homines, neq; aliud quid mali agimus. Et cū interrogaretur, quod nomen habet deus? respondit: Qui plures sunt, nominibus discernuntur: qui vnus est, non indiget nomine. Post hos nouissimo iam munerum die Blandina rursus inducitur cum Pontico annorum ferè quindecim puero, quique & in piorum cruciatibus iussi fuerāt semper astare, quo magis cæterorum videntes supplicia terrerentur. Statuuntur ergo in medium, & iubentur iurare per deos. Illi verò econtrario nullos esse aiebāt istos, per quos iurare cogerentur. Cumq; aliis compluribus verbis exprobrarēt gentium deos, insanire magis in eos cœpit populi multitudo, neque teneram pueri ætatem, neque sexum fœminæ miserantes, sed per omnia tormentorum genera quasi quodā eos circulo peragentes, nihil deesse pœnis patiebantur q̄d crudelitas inuenisset. Tunc Ponticus maximū patientiæ robur materna cohortatione
Attali cum prunis torreretur, vox
Blandina. Ponticus.
suscipiens, & perseuerās in cōfessione fidei, impollutū spiritum

spiritum reddit. Beata verò Blandina vltima omniũ, velut omnium nobis mater, præmissos ad martyrij coronam filios, insequi iam secura festinat, exultans & ouans, velut ad thalamum sponsi inuitata, & ad nuptiale conuiuium. Ex quo fiebat, vt in verberibus tripudiaret, & craticulis exusta gauderet, ac tam hilaris videretur & læta, quasi inter dapes regias accubaret. Post hoc ad bestias traditur, sed ab his intacta perdurat. Inde etiam aliud excogitatur crudelitatis genus, vt reti cõstricta obiiceretur tauro ferociter instigato. A quo cum fuisset innumeris ictibus lacessita, & toto arenæ ambitu iactata, nihil penitus læditur, sed permanet læto (vt semper) vultu, mente constanti, spe ipsa & animi præsumptione cum Christo colloquẽs.

Blãdina gladio iugulat. Ad vltimum iugulari gladio iubetur, stupẽtibus etiã ipsis impiis, & dicentibus, quod nunquam fuerit fœmina, quæ tanta & talia ferre potuerit. Sed ne sic quidem satietatem aliquam capere crudelitas quiuit.

Antiqui etenim serpentis virulentia concitati, feri ac barbari mores mansuescere nesciebant. Ex ipsa quippe sanctorũ patientia, sæuior eis contentionis rabies accendebatur: & velut pudore quodam fatigabantur, quod maior inesset cruciatis, quàm cruciantibus virtus. Et ex hoc ad nephanda odia iudex simul instigabatur & populus, vt scriptura impleretur, quæ dicit:

Apoc. 22. c. Iniquus adhuc iniquè agat, & iniustus adhuc faciat iniustè. Igitur inaudito sæuitiæ genere, eorum qui necabantur in carcere corpora canibus iubebantur exponi, adhibita simul custodia die noctuq; ne quis collectas reliquias, humanitatis intuitu traderet sepulturæ. Sed si quid forte vel bestiis, vel igni reliquum ex corporibus martyrum fuerat, ipsaq; cum truncis suis capita punitorum insepulta per custodiam militum seruabantur: & quærebatur, si quid vltra posset humana crudelitas, etiam in eos qui iam vitæ huius limen excesserant. Exultabant tamen gentes magnificãtes simulachra sua, quorum virtute datam in illos vindictam dicebãt. Si quis verò inter ipsos paulò mitior vel

Limen vitæ.



vel humanior videbatur, vbi nunc est, aiebant, Deus eorũ? Et quid profuit eis ista religio, prò qua etiã animas posuerũt? Igitur apud illos erat varium istud insultationis genus. Apud nos verò ingens luctus habebatur, præcipue quod non possemus corpora humi tradere. quippe quibus nec noctis tempore aliqua ad hoc opportunitas præbebatur: neq; muneribus sua dare custodes, neq; precibus, aut vllo alio genere copia erat. Ita attentè et sollicite curabant, ne daretur extremis ossibus sepultura. Post aliquot autem dies cũ nullam sepeliendi gratiam præstitissent, incensa ossa martyrum, & in fauillam redacta, cũm reliquo terræ puluere in Rhodanum fluuium dispersere, ne vsquã reliquiæ eorum resiederent: quasi verò hoc agentes, deum vincerent, & (sicut dicebant) spem eis per hoc resurrectionis adimerent. Sperantes enim (aiebant) de sepulchris quandoq; se esse resurrecturos, idcirco noua nescio qua sibi persuadẽte superstitione læti se tormentis mortibusq; subiiciũt. Nunc videamus si resurgent, & si potest eis adesse deus eorum, & eripere eos de manibus nostris. Hæc sunt quæ illis tẽporibus gesta, ex epistola fratrum Lugdunensium declarantur.

Abiiciũtur cineres in Rhodanũ.

Ex quibus quid etiam per cæteras prouincias geri potuerit, coniectura capiendum est. Referuntur adhuc in ipsa epistola quædam etiam de humanitate & mãsuetudine beatorum martyrum, quæ dignum puto ad hæc suis sermonibus sicut cętera sociari. Qui (vt aiũt) ad imitationem CHRISTI, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, in tanta gloria positi, & semel atque iterum ac frequẽtius martyres facti, post bestias, post ignes et laminas neque se ipsi martyres dicebant, neque aliis ita se appellantibus indulgebant, sed si forte aliquis nostrum, vel in epistola vel in sermone eos martyres nominasset, increpabant acrius dicentes, quod hæc appellatio soli CHRISTO debetur, qui solus fidelis veritatis est martyr, & qui primogenitus est ex mortuis, & autor vitæ æternæ: vel certe illis solis aptum hoc esse vocabulum

Philip. 2. a

Modestia martyrũ.

Colo. 1. c.

bulum, qui post bonam confessionem de hac vita dis-
scedere & pergere meruerunt ad deum. Nos autem
(aiebant) humiles & egeni, optamus vt ipsa saltem in
Perfecta confessio, signaculum martyris. nobis confessio tuta permaneat: In quod etiã cæteros
fratres cum lachrymis obsecrabant, vt pro eis domi-
num precarentur, quo perfectæ confessionis signacu-
lum martyris mererentur accipere. Et tanta in eis hu-
militas erat, vt cum rebus ipsis essent iam martyres,
nominis tamen iactantiam fugerent. Apud Gentiles
verò cum omni fiducia consistebant, nobilitatem ani-
mæ per contemptum iniuriæ & suppliciorum demõ-
strantes. Erant ergo inter fratres humiles, inter perse-
1. Pet. 5. b cutores elati: suis mites, aduersariis terribiles, Christo
subiecti, diabolo erecti. Humiliabant se sub potentis-
sima manu dei, per quam nũc sublimius exaltati sunt:
placabant omnes, accusabant neminem: soluebant
cunctos, ligabant nullum. Orabant etiam pro persecu-
Act. 7. g toribus suis, vtentes sermone sancti Stephani primi
martyris, dicentes: Domine, ne statuas illis hoc pecca-
tum. Aduersum quos eo vehementiora diabolus præ-
lia concitabat, quod per nimiam charitatẽ, quam ha-
bebant in CHRISTO IESV, etiam eos qui lapsi fue-
rant, & quos iam se immanis illa bestia absorbuisse
crediderat, rursum viuos de internis eius visceribus
educebant: & velut matres erga paruulos suos, ita er-
ga eos totis profusi miserationum visceribus inhære-
bant, omnipotenti deo effundentes pro ipsis fontes et
flumina lachrymarum: vitam petebãt eis à deo, & tri-
buebatur eis, nec sibi gratum iter ducebant eundi ad
dominum, vel lætam putabant martyrii fore coronã
si partem membrorum suorum de ecclesiis raptam,
velut spolia quædam detentari à diabolo permisis-
Pax. sent. Super omnia autem pacem & ipsi diligebant, &
nobis seruare mandabant, nec aliam sibi, nisi per pa-
cem viam ad martyrium construebant, cauentes ne
vllam post se dissensionem fratribus, nec ecclesiæ ma-
tri mœstitiam derelinquerent: sed pacem semper ha-
bendam, pacem fratribus custodiendam, & charita-
tem



tem præcipue tenendam, quæ est vnitatis & concor-
diæ vinculum, commonebant. Hæc non inutiliter (vt
opinor) à nobis ad ædificationem legentium memo-
riæ tradita sunt, quæ extantorum virorum autorita-
te descẽdunt, propter eos qui tumidi & inflati aduer-
sum fratres feruntur: & si qui forte titubauerint, mise-
rationum CHRISTI viscera ab eis putant penitus ex-
cludenda. Refertur adhuc in eadem scriptura & alia
narratio, quam cognitionis causa his inserere dignum
putaui. Alcibiades quidam erat in numero eorũ, qui
pro CHRISTO vincti tenebantur. Hic vitam satis ar-
duam & austeram gerebat, nihil cibi volẽs accipere,
sed tantum sale & pane cum aqua vtebatur. Cumque
hunc vitæ rigorem vellet etiam in carcere positus ob-
tinere, Attalo post primam confessionem suam quam
in Amphitheatro cõfessus est, reuelatur, quia nõ recte
faceret Alcibiades, creaturis dei & ipsum non vti,
& aliis formam scandali derelinquere. Quibus co-
gnitis, Alcibiades cœpit omnia cum gratiarum actio-
ne percipere: quia quæ illi reuelabat spiritus vt do-
ceret, & huic vt sequeretur idem spiritus persuade-
bat. Sed de his finis sit. Igitur Mõtanus, & Alcibiades,
& Theodotus, in Phrygiæ partibus tunc primum
apud quam plurimos in prophetarum opinionem ve-
nerunt. Et quia per illud adhuc tempus multæ etiam
aliæ virtutes & gratiæ, in diuersis ecclesiis per donum
sancti spiritus ministrabantur, facile accommodata
est fides, etiam his potuisse prophetiæ gratiam dari.
Cumq; plurima inter fratres dissensio fuisset exorta,
rursum ecclesiæ Galliarum iudicium suum & senten-
tiam de his quoque cum omni reuerentia & rectæ
fidei expositione decernunt, epistolas martyrum qui
apud eos consummati fuerant, proferentes, quas il-
li in vinculis positi, per Asiam & Phrygiam fratri-
bus consistentibus scripserant, & Eleuthero vrbis
Romæ episcopo, de pace eum ecclesiæ commonen-
tes: quiq; etiã Irenæum presbyterũ tunc adhuc eccle-
siæ Lugdunensis, supradicto vrbis Romæ episcopo
commen-

Charitas quid.

Alcibiades.

Montanus. Theodotus

Irenæus ꝓsbyter Lugdunensis ecclesiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



cõmendabant testimoniũ vitę eius perhibentes, sicut ipsorum etiam voces quæ infra scribuntur, ostẽdunt.

Vt martyres Irenæum sua commendatione prosequantur. CAP. IIII.

Al. Auere. †VALERE TE IN DEO ITERVM ET SEMper optamus pater Eleuthere.

Epistola martyrum, laudem cõtinens Irenæi. ROgauimus fratrem & socium nostrum Irenæum hæc tibi scripta deferre, quem deprecamur vt habeas commendatum. Æmulator namq; est testamenti CHRISTI. Scimus enim quod solus officii gradus non facit aliquem iustum, quo tamen iste rex vtitur, in presbyterio, sed plus eum ex vitæ merito commendamus.

Enumerat etiam post hæc diuersorum martyriũ glorias, quãti ferro cæsi, quãti bestiis, quãti ignibus, quãti etiam squalore carceris absumpti sint. Quæ si quis vult plenius noscere, ipsas ex integro reqrat epistolas.

Quemadmodum sub Marco Aurelio Cæsare, nostrorum precibus exauditis, pluuiam præstiterit Deus. CAPVT V.

Marcus Aurelius Cæs. IGitur Antonini temporibus quibus hæc gesta referuntur, Marcum Aurelium fratrem eius Cæsarem bella inferentem Germanis ac Sarmatis, tradunt historiæ, cum siti eius periclitaretur exercitus, æstuantem & quærentem quid facto opus esset, reperisse in legione quadam milites Christianos: quibus (sicut & nostris mos est) flexis genibus obsecrationibus, exaudisse deum supplicationes eorum, & subito contra omnium spem largissimis imbribus profusis, exercitus quidem periclitantis, pro quo orauerant Christiani, sitim sedatam: hostes verò qui iam exitialiter imminebant, fulminibus crebris & cœlitus prolapsis ignibus effugatos. Quod factum refertur quidem & ab historicis gentilium, sed quod nostrorum id orationibus impetratum sit non refertur, quippe apud quos etiam cætera miracula quæ à nostris gesta sunt, non habent fidem. Nostrorum verò & Tertullianus hæc memorat, & apud Græcos Apollinaris, qui etiam

Lege Tertullianũ in



etiam ipsam legionẽ pro insignis facti miraculo mutato nomine vocitatã dicit ab Imperatore fulmineã. Tertullianus verò Marci Imperatoris epistolas etiam nũc haberi dicit, quibus de his apertius indicatur. Sed nos iam ex hoc ad historiæ ordinem redeamus. Igitur Photino nonagesimo vitæ suæ anno, cum cęteris Galliæ martyribus consummato, Irænęus Lugdunensis ecclesiæ suscepit sacerdotium. Quem Irenæum Polycarpi auditorem in pueritia comperimus. Hic in tertio aduersum hæreses libro, Eleutheri episcopi temporibus (quæ tempora nunc habemus in manibus) scribere se opus illud indicat his verbis.

Apologetico cap. 5. Et in lib. ad Scapulam Irenæus. An. do. 170.

Enumeratio episcoporũ qui fuerunt Romæ. CAP. VI.

FVndata igitur & ædificata ecclesia, Beati apostoli Lino officium episcopatus iniunxerunt. Cuius Lini Paulus in Epistola ad Timotheum meminit. Huic succedit Anacletus, post quẽ tertio loco episcopatum suscepit Clemens. Hic autem cum beatis apostolis fuit, & cum ipsis vitam semper exegit, atque ab ipsis institutus, recẽtem gerebat traditionis eorũ memoriam, & prædicationis eorum formam semper habebat in oculis. Sub hoc ergo Clemente seditio non modica exorta est apud Corinthum inter fratres, ita vt ex persona Romanæ ecclesiæ scriberet ipse Clemens ad Corinthios epistolam necessariam, quæ eos reuocaret in pacem, & fidem eorum quæ concussa fuerat, renouaret, exprimens in ea apostolorũ traditionẽ, quã nup ab eis ipse susceperat. Et post aliquanta iterũ dicit: Huic autẽ Clementi succedit Euaristus, Euaristo Alexander. Et post hunc sextus ab apostolis ordinatur, Xystus. Post quem Telesphorus, qui & illustre martyriũ duxit. Post hunc Hyginus, deinde Pius, post quem Anicetus. Huic succesſit Soter, qui nunc duodecimo loco ab apostolis episcopatus obtinet sortem & easdem quas apostoli tradiderunt prædicationes diuinæ fidei integras illibatasq; custodit.

Linus Romæ. Anacletus Clemens

An. do. 97.

Clemẽs Corinthiis seditione laborãtibus epistolam scripsit.

Vt vsque ad illa tempora per fideles miracula fierent. CAPVT VII.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Reliquiæ diuinæ virtutis in ecclesiis, tẽpore Irenæi.

HÆc Irenæus in supradictis libris complexus est. Sed et in secũdo nihilominus eiusdẽ operis libro, dicens etiam suis temporibus reliquias quasdam diuinę virtutis in ecclesiis inueniri, hoc modo scribit: Abest autem longe ab eis vt mortuum suscitẽt, sicut dominus suscitauit, & apostoli per orationes. Sed & fratres frequenter fecerunt hoc in plurimis ecclesiis, ita vt omni simul ecclesia congregata, ieiuniis atque obsecrationibus multis ad Deũ profusis, conuerteretur spiritus mortui, et redderetur homo viuus per orationes sanctorum. Et iterum dicit post aliquanta: Quod si dominum per phantasiam dicent fecisse hæc, ad prophetas veniamus, qui hæc ab eo gerenda esse prædixerunt, & qui confirmarunt hũc esse filium dei: propter quod & discipuli sui in ipsius nomine, & ab ipso accipientes gratiam, faciunt hæc ad subuenientem saluti hominum, prout vnusquisq; meruit. Alii nanque dæmones fugant, & ita eos qui incursati sunt purgant, vt interdum illi ipsi qui curati sunt, credentes in ecclesia remaneant. Alii autem præscientiam accipiunt futurorum, & visiones propheticas vident. Alii infirmos manu superposita restituũt sanitati. Sed & mortui ab his aliquoties suscitati sunt, & permanserunt nobiscum per annos multos. Et quid plura? Non est numerus singularum virtutum, quæ per vniuersum mundũ in ecclesiis dei geruntur, per gratiã & nomen IESV CHRISTI sub Pontio Pilato crucifixi. Quæ tamen quotidie fiunt, non ob aliquam nundinationem, neque ob pecuniæ quæstum: sed sicut gratis gratia accipitur à deo, ita gratis eadem ministratur.

Dotes diuersæ spiritus.

Et iterum in alio loco idem Irenæus de his ita scribit: Sicut, inquit, audiuimus multos ex fratribus in ecclesia gratiam habentes prophetarum, & omnibus linguis loquentes per sancti spiritus donum, qui & mysteria & secreta dei in manifestum cum expedit proferunt. Hæc autem inseruimus, vt ostenderemus diuersas sancti spiritus gratias, vsque ad illa adhuc tempora apud dignos quosque in ecclesiis perdurasse: quoniamquidem in initiis pollicitis sumus, hæc nos in tempore prolaturos.



Quemadmodum Irenæus canonem scripturarũ diuinarum definiat, & de septuaginta interpretibus.

CAPVT VIII.

Irenæi iudicii de diuinis scripturis.

SEd & de ordine canonis diuinarum scripturarum, quid etiam supradictus vir Irenęus sentiat, ipsius nihilominus sermonibus proferamus. Primò, inquit, de sanctis euangeliis videamus. Matthæus quidem Hebræis propria eorum lingua conscriptũ ædidit Euangelium, cum Paulus & Petrus in vrbe Roma euangelizarent, atq; ecclesiæ inibi fundamenta solidarent. Post quorum exitum Marcus discipulus & interpres Petri, Euangelium quod ille prędicauerat, digessit in libro. Post hæc Ioannes discipulus domini, qui & supra pectus ei⁹ recubuit, ædidit Euangeliũ apud Ephesum vrbẽ Asiæ positus. Hæc in tertio supradicti operis libro. In quinto verò de reuelatione Ioannis scribẽs, & de numero nominis Antichristi, hęc refert. Cũ igitur hæc ita se habeãt, & in oĩbus rectis & antiquis exemplaribus iste numerus inueniatur, sed & illi hæc eadẽ contestentur, qui Ioannẽ viderunt in corpore posito, & verbum domini prædicantẽ, quia numerus bestiæ, secundum Græcorũ computum, & literas quę in eodem conscribuntur. Et paulò post iterum subiungit hæc: Nos ergo periculũ incurrere nolumus de Antichristi nomine confidentius aliquid pronuntiantes. Si enim oporteret hæc euidenter & palàm in hoc iam tẽpore prædicari, vtiq; & per illum qui Apocalypsim scribit, nomen eius euidenter fuisset expressum: quia nec ipsa reuelatio ante multum tẽporis facta est, sed penè iam nostra ætate prope finẽ Domitiani Cæsaris. Hæc nobis etiã de Apocalypsi vir supra memoratus exposuit. Meminit autem primæ epistolæ Ioannis, & primæ Petri, plurimaq; ex ipsis sumit exẽpla. Necnon & libellum qui dicitur Pastoris, amplectitur dicens: Bene ergo refert scriptura quæ dicit: Primo omnium credendum esse, quia vnus est deus, qui omnia creauit

Apocalypsis Ioannis.

Prima Ioã. Prima Pet. Li. Pastoris

Sapiētia Salomonis.

atque composuit. Vtitur autem & testimoniis de sapientia Salomonis. Sed & apostolici cuiusdam viri (cuius nomen reticuit) sermonum, quasi memoriter meminit. Iustini quoq; martyris, & Ignatii memoriā facit, & ea quæ scripserunt, producit in medium, & promittit se quoq; aduersus scripta Marcionis respōsurum. Sed & de septuaginta interpretibus diuinarū scripturarū, audi quibus referat verbis: Deus, inquit, homo factus est, & ipse dominus saluauit nos. Qui dedit signum illud quod de virgine scriptum est, & nō sicut quidam dicunt eorum, qui modo ausi sunt aliter interpretari scripturas, & aiunt: Ecce iuuencula in vētre concipiet & pariet filium, sicut interpretatus est Theodotio Ephesius, & Aquila Ponticus, ambo Iudæi proselyti, quos secuti sunt Hebionitæ, qui dicunt Christum de Ioseph natum. Et post pauca iterum ista subiungit: Prius enim, inquit, quàm Romanorum inualesceret principatus, cum adhuc Macedones Asiam possiderent, Ptolemæus Lagi filius, volens bibliothecæ suæ, quam apud Alexandriam ex omnium veterū Græcorum voluminibus construebat, maiorem gloriam quærere, petit etiam ab Hierosolymis, vt Hebræas eorū scripturas in Græcam linguam interpretatas acciperet. At illi (subiecti quippe erant Macedonibus) electos, & in scripturis sanctis eruditissimos, atque in vtraque lingua peritissimos viros septuaginta presbyteros miserunt ad Ptolemæum, in quo tamē dei voluntas & consilium gerebatur. Tum ille singulorum volens accipere documenta, & verens ne forte per interpretationem occultarent insertam diuinis voluminibus veritatem, singulos à se inuicem separat, & eadē seorsum posito interpretari iubet, eumq; ordinem interpretandi in [illegible] quibusque voluminibus obseruari: quosque [illegible] coram se in vnum omnes reuocari, & conferre ad inuicem, quæ singuli interpretati fuerant, facit. Et tunc deus vere glorificatur, & scriptura sancta quod vere diuina esset, agnoscitur. Omnes enim eadem iisdem verbis, iisdemq; nomi-

Theodotiō Ephesius. Aquila Ponticus.

LXX. interpres. Anno ante Christi natum. 255.



minibus ac sententiis scripserant, ab initio vsq; ad finem: ita vt & ipsi qui aderant gentiles, agnoscerent, quia dei nutu scripturæ tunc interpretatæ sunt. Et nihil mirum, si diuina prouidentia hoc ita fieri procurauit, cū & in ea captiuitate quæ populo acciderat sub Nabuchodonosor rege, corruptis scripturis, cum post septuaginta annos Iudæi ad patriam suam redirent in tēporibus Artaxersis Persarū regis, inspirauerit deus Esdram sacerdotem ex tribu Leui, vt omnia priorum prophetarum volumina ac verba repararet, & restitueret populo legem, quæ per Moysen fuerat data. Hæc Irenæus.

Cōmodus Auguſt. An. do. 181. Iulianus Alexādriæ episcopus.

Enumeratio sub Commodo sacerdotum. CAP. IX.

IGitur decem & nouem annis Antoninus cum Imperio perdurasset, post excessum sui, principatum Commodo dereliquit. Huius primo imperii anno Iulianus apud Alexādriam sacerdotium suscepit, Agrippino exactis duodecim annis in episcopatu defuncto.

De Pantæno philosopho. CAP. X.

Pātęni Stoici ardor docēdi sacras literas. An. do. 182.

CVm per idem tempus scholæ ecclesiasticæ, & doctoris officio præesset vir in omni eruditione nobilissimus Pantænus. Ex quo apud eos consuetudo antiquitus tradita, vsque in hodiernum permanet, diuinarum scripturarum doctores inibi scholæ ecclesiasticæ haberi, viros duntaxat in scientia & in eruditione probatissimos. Huius ergo officii velut autor quidā & dux vir (de quo supra diximus) satis illustris habebatur, quippe qui etiam in philosophis prius, qui Stoici appellantur, nobiliter floruisset. Cuius tantum studii erga verbum Dei, & tātum amoris fuisse traditur, vt etiam ad prædicandum Christi Euangelium omnibus gentibus quæ in Orientis vltimis secessibus reconduntur, fidei & deuotionis calore profectus sit, & vsque ad Indiam citeriorem, verbum dei prædicando peruenerit. Erant enim adhuc in illis temporibus & Euangelistæ nonnulli, qui ad imitationem sanctorum apostolorum in diuersis orbis partibus oberrātes per gratiam dei & animi sui virtutem, verbum dei & fidē

Universidad de Deusto
Biblioteca



CHRISTI ignorantibus quibusq; gẽtibus inferebãt. In quibus præcipuus & illustris Pãtænus habebatur. Quem ferũt cum ad Indos peruenisset, reperisse quod Bartholomæus Apostolus apud eos fidei semina prima condiderit, & Matthæi Euãgelium Hebræis scriptum literis dereliquerit: quod per idem tẽpus supradictus Pantænus inibi repertum detulerit. Sed & in multis præterea aliis doctrinæ ecclesiasticæ studiis apud Alexandriam, clarã satis & nobilem vitam, optimo & admirabili fine conclusit, tam viua voce discipulos instruens, quàm librorum monimentis etiam posteris thesauros scientiæ derelinquens.

Euangelistę gentium remotarum.

De Clemente Alexandrino. CAP. XI.

Clemẽs Alexander Pãtęni discipulus.

IN huius diuinarum eruditionum scholis quàm maxime efflorũit apud Alexandriam Clemens eodẽ vocabulo, quo & ille in vrbe Roma apostolorum & successor & discipulus vocitatus. Denique ipse hic Clemens in septimo Dispositionum libro, Pantæni tanquam magistri & præceptoris sui mentionem facit. Sed & in primo libro σφωματῶν, hunc eundẽ designat, in eo loco vbi enumerat, quod plures Apostolicæ prædicationis repererit viros, hæc dicẽs: Mihi quidem cõmentarii huius operis, non ad ostentationem scribuntur, sed ad commemorationem senectæ, & ad obliuionis remedium, quo scilicet in his sit mihi adumbratio quædam rerum magnificarũ diuinorumq; verborum, quæ audire merui à viris sanctis & beatis. quorum ab alio apud Achaiam, ab alio apud Syriam, ab alio verò in Oriente, & maxime apud Palestinam institutus sum à quodam ex Hebræorum origine veniente. Ad vltimum autẽ in Ægypto magisterio vsus sum viri virtutis & scientiæ merito omnibus præferendi: post quem velut thesauro in absconditis reperto, aliud quærere vltra cessaui. Et illi quidem diuinæ doctrinæ veritatem mihi, quæ sibi ab ipsis statim primis autoribus Petro & Iacobo ac Ioanne & Paulo sanctis apostolis, tradita fuerat, tanquam patres filio commendarunt. Sed pauci patribus similes filii, Tamen



deo fauente per ipsos in nobis Apostolici germinis plantata sunt semina.

De episcopis Hierosolymorum. CAP. XII.

PEr idem tempus, ecclesiæ Hierosolymorũ Narcissus præerat, qui famę merito nostris adhuc temporibus celebratur, quintamdecimam post eos qui ex circuncisione fuerant successionẽ vsq; ad tẽpora Adrianæ obsidionis adducẽs. Primũ nanq; inibi ex gẽtibus episcopum fuisse indicauimus Marcũ, post quem Cassianum, inde Publium, post hunc Maximum, & sic Iulianum, post quẽ Gaium, & iterũ alium Iulianum. Capitonem quoq; & Valentem, inde Dolicianum, post quẽ vigesimumsextum ab apostolis Narcissum.

An. do. 180. Narcissus Hierosolymorũ episcop⁹. Episcopi Hierosolymorũ ex gẽtib⁹.

De Rhodone & Marcionis secta. CAP. XIII.

VErum etiam ea tempestate Rhodon quidam ex Asiæ prouincia oriundus, vt ipse scribit, in vrbe Roma eruditus à Tatiano, cuius in superioribus inter cæteros scriptores meminimus, libros quã plurimos, & maxime contra Marcionis hæresim scripsit, quem asserit idẽ Tatianus in diuersas scissam esse sententias. Sed & qui, & ob quam causam ex eadem hæresi scissi sint, ipse p hęc verba designat: Propterea, inquit, etiã inter semetipsos discordant, quia id affirmare cupiũt, quod non potest stare. Ex eorum nanque grege est Apelles, qui abstinẽtię et senectutis prerogatiua vsus, vnum quidem omnium fatetur esse initium, prophetas tamen contrario spiritu asserit inspiratos, sequens persuasionem virginis cuiusdã actę spiritu dęmonis, noīe Philumenę. Alii autẽ, sicut ipse nauta Marcion, duo esse prĩcipia introducũt, è qbus est & Potitus & Basiliscus. Qui & ipsi secuti sunt quidem Ponticum lupum, sed non inuenientes exitum rerum, sicut nec ille quidem ad ea quę putarunt esse faciliora conuersi sunt, & duo principia introduxerunt, absque vllis hoc probationibus confirmantes. Alii quoque ex eisdem rursus in deterius deuoluti sunt, non solum duo, sed tria principia & tres naturas confirmantes. Quorum princeps & autor est Syrenus, sicut ipsi

Apelles.

Syrenus.

defensores dogmatis huius dicunt. Sed & ipse describit vt congressus sit cum Apelle, ita referens. Nam & Apelles senex habuit nobiscum sermonem, & multa mala docere cõuictus est. Vnde & asserebat nõ oportere omnino fidei discuti rationem, sed vnumquemq; debere in eo quod credidit, permanere. Salutem nanque esse his qui in crucifixum sperant, tantum vt in bonis operibus inueniantur: manifeste tamen decernebat de deo, sicut prædiximus, vnum esse principium, vt & nos dicimus. Et inde exponens omnem eius sententiam, introducit etiam ipse suum sensum: Dicebã autem, inquit, ad eum: Vnde tamen ostẽdimus vnius principii rationem? aut quomodo hæc asseratur, edisere. Tum ille: Prophetiæ quidem (aiebat) semetipsas coarguunt, quia nihil omnino continent veritatis, ex eo quod inter se inuicem discordant, & vtique falsæ sunt, quæ sibimetipsis aduersantur. Quomodo autem sit vnum principium, se quidem scire denegabat, ita tamen sibi videri. Cumq; adiuraretur à me, vt quod verum est diceret, sacramento confirmauit se nescire, quomodo vnus sit ingenitus deus, sed tantummodo credere. Tum ego derisum planè eum, & notatum habui, qui se doctorem profiteretur eorum, quæ se ignorare fateretur. In eodem quoq; opere refertur, Callistion quidam in vrbe Roma discipulus extitisse Tatiani, qui scripsit compositum esse à Tatiano Propositionum & quæstionum librum, in quo omnia quę obscura sunt & difficilia in scripturis diuinis, absoluat. Sed idem Rhodon in cõmentariis suis propositiones eius prolaturum se & confutaturum promittit. Est autem eiusdem & in Hexameron cõmentarius, in quo refert quod Apelles quãplurima aduersum legem Moysi cõscripserit impia, & aduersum totã legem blasphemas protulerit voces, coarguens vt sibi videbatur, & destruens ea quæ scripta sunt.

Callistion discipulus Tatiani. Liber Propositionum & quæstionũ Tatiani.

De Pseudoprophetis Cataphrygarum. CAP. XIIII.

HÆc & multa alia ex supradicti scriptoris comperimus libris. Cum tamen hostis humani generis ad



ad salutem hominum debellandam nihil vsquam ociigerit, sed diuersas & varias hæreses per singula quęq; suscitat loca: in quibus maximum sui generis serpentem, apud Asiam Phrygiamq; producit Montanum qui sé nominaret Paracletum, & cũ eo mulieres Priscam & Maximillã, quas prophetissas, velut ex ipsius factas inspiratione iactabat.

De schismate quod sub Blasto factum est Romę.

CAP. XV.

SEd in vrbe Roma Florinus quidam gradu presbyteri de ecclesia lapsus, vnà cum Blasto socio criminis & furoris, plurimos de ecclesia in suũ barathrum deducebant noua aduersum veritatem figmẽta machinantes. Sed aduersum hæresim Cataphrygarum scutũ validissimum protulit Apollinaris Hierapolites, de quo supra memoraui mus. Aliiq; quamplurimi ad id locorum & eruditissimi viri aduersus eos pro veritatis defensione certarunt, qui etiam nobis ad historiæ textum monimenta validissima reliquerunt. Interim (vt diximus) Apollinaris scribens aduersum hanc hęresim, & designans in præfatione, quod per ecclesias Galatiæ, vicinarumq; prouinciarum digrediẽs, & plurimos ab eis irretitos videns, multos quidem, & coràm disputando correxit: rogatus tamen à fratribus, etiam hęc ad ipsos scripta transmiserit. In quibus post aliquanta, cum autorem hæresis designasset progrediens etiam hæc addit.

Claudius Apollinaris aduersus Montanum.

Quæ de Montano, & cæteris pseudoprophetis ferantur.

CAP. XVI.

ORigo (inquit) huius hæresis, quæ aduersum ecclesiam nuper exorta est, inde descendit: Vicus quidam esse dicitur apud Mysiam Phrygię ciuitatẽ, qui appellat Ardabau, in quo aiũt Mõtanũ quendã nomine, qui nuper ad fidem Christi venerat, sub Grato Asiæ proconsule, cupiditate nimia primatus accensum, contrariis spiritibus in semetipso locum dedisse, ac repente in quodam excessu mentis effectum, & velut spiritu actum proloqui cœpisse noua quædam &

An. do. 178.

diuersa ab his, quæ ex successione maiorum ecclesiæ tradita fuerant, velut prophetali specie proferentem. Quæ cum ita fieri viderent hi, qui per idem tempus aderant auditores, alii eum velut dæmone repletum, & erratico perflatum spiritu ad decipiendos populos iudicantes obiurgabant, & proloqui omnino prohibebant, memores dominici præcepti, & comminationis eius, qua iubet obseruari à falsis prophetis. Alii autẽ velut spiritu sancto repletũ, & prophetiæ gratia donatũ putabãt, & immemores dominici præcepti erratico et seductori spiritui eatenus indulgebãt, vt etiã prouocare eũ ad dicẽda aliqua delectarẽtur. Et hoc fiebat arte diabolica, qua indisciplinatis perditio parabatur. A quibus Montanus cum supra q̃ dignũ est inueneratione haberetur, in tantum temeritatis progressus est, vt etiam duas quasdã mulieres insani spiritus, quo ipse replebatur, participes sibi faceret, & ad insaniendum secum pariter edoceret, quo facilius vterq; sexus in errorem per vtrunque caperetur. Hic iam beatificare eos, qui sibi familiarius adhærebant, & promissionum magnitudine tumidos reddere: interdum etiam obiurgare quosdam, vti ne in omnibus adulatores deprehenderẽtur. Tamen perpauci erant ex Phrygibus, qui eorum deciperẽtur insania. Quibus & persuadebat, vniuersam ecclesiam, quæ per orbem terræ est, blasphemare: & non solum nihil ei deferre reuerentię, sed ne limen quidem eius incedere. Frequenter tamen aduenientibus ex Asia fratribus, vesani & contra fidem Christi bacchantes confutati, vt hæretici et corruptores veritatis, ab ecclesiæ conuentu & societate depulsi sunt. Hæc in libro primo scribens, & per omne operis sui corpus fraudes hæresis, in singulis quibusque conuincens, in secundo quoque volumine de eisdem etiam hæc scribit: Quale est autem, inquit, quod & Prophetarum percussores nos vocant, pro eo quod insanas eorum non suscipimus phantasias? Dicunt enim hos esse, quos promiserit Dominus ad populum suum, se esse missurum Prophetas. Respondeant

An.do.178. Prisca & Maximilla

Mõtanistæ.



deant ergo nobis, si à deo missi sunt Prophetæ Montanus & mulieres eius, quis eorum à Iudæis persequutionem passus est? Aut quis occisus est? Vel quis eorum pro nomie domini tentus est, & ante reges & præsides stetit? Aut quis in synagogis Iudæorum flagellatus est, vel quis lapidatus est? Quin imò & è contrario traditur, quod finem vitæ exemplo Iudę traditoris acceperint. Dicuntur enim ipso dæmone quo inspirabantur, adigente, diuersis quique temporibus vitam laqueo finisse. Illum verò admirabilem velut prophetiæ ipsorum primogenitum Theodotum nomine, tradunt quodam tempore visum sibi esse, velut in cœlum assumi, & se credidisse spiritui erroris, quo euectus in excelsum, & inde deductus ad terrã, finem vitæ exitu pessimo terminarit. Sed hæc ipsi de Montano & Theodoto ac mulieribus ita gestum negant, tamen à pluribus affirmatur. Quid tum? inter negantes & confirmantes nos rei fidem relinquimus in medio. Idem post aliquanta subiungit etiam hæc: Sed & sancti episcopi probatissimi viri, qui per idem tempus fuerunt Zoticus de Comana, & Iulianus de Apamia, aggressi cohibere spiritũ qui loquebatur in Maximilla, iusserunt Themisonem obturare os eorum, et excludere vocem falsi & erratici spiritus. Quod & ita factum est. Et iterum coarguens falsam fuisse Maximillæ prophetiam, quæ bella quàmplurima immínere prædixerat, his vtitur verbis. Et quomodo non eius mendacium euidenter arguitur? Tredecim nanque iam exacti sunt anni vsque ad præsentem diem, ex quo mortua est mulier ista, & nusquam prorsum, vel priuatim, vel publice bellum aliquod exortum est. Sed & Christianis per dei misericordiam pax iugis & firma perdurat. Sed & in tertio libro, de his qui se iactabant, quod multi martyres ex eorum hæresi extitissent, hæc dicit: Cum, inquit, in omnibus quæ supra diximus conuicti, nihil respondere potuerint, ad martyres confugiunt, dicentes, multos se habe-

Theodotꝰ Mõtanistes

Zoticus Iulianus.

habere martyres, & hoc esse indicium quod verus sit apud eos propheticus spiritus. Quid ergo? Quia multi alii hæretici plurimos martyres habent, ideo adquiescendum est eis, quod etiam veritas apud ipsos sit? Nam primi, qui dicuntur Marcionistæ, habent plures martyres. Sed quæ esse poterit apud eos martyrii veritas, vbi Christi veritas non est? Et post aliquanta iterum subiungit: Deniq; & sancti martyres, qui pro vera fide martyrium ducunt, cum de ecclesia procedentes ad passionem ducuntur, si qui forte inuenti fuerint de hæresi Phrygum, secernũt se ab eis, & respuunt eorum societatẽ: nec vllo genere cum iam martyrii palmam teneant, spiritui Montani & Maximillæ adquiescendum putant, sicut & nostris tẽporibus apud Apamiam, quę est supra Meandrum posita, gestum scimus à Gaio & Alexandro, qui de Eumenia martyres extiterunt.

Miltiades aduersus Montanũ

De Miltiade & scriptis eius. CAP. XVII.

IN eodem autem opere meminit & Miltiadæ scriptoris, tanquam qui & ipse librum aduersum hæresim supradictam cõscripsit. Deniq; et inserit ex eius dictis suo operi hæc verba: Neq; enim credendum est, inquit, in excessu mentis, id est, per amentiam prophetari, quod est propriæ pseudoprophetarũ. Vbi enim quis amens efficitur, iusti rectiq; esse nõ potest tenax. Qui sine dubio initium sumunt ex imperitia, ad finem verò deuoluuntur amentiæ, sicut supra diximus. Hoc autem modo neque in veteri testamento quenquam, neq; in nouo per dei spiritum extitisse prophetam poterunt demonstrare: quia neq; Agabus, neq; Iudas, neque Silas, neque quatuor filiæ Philippi, neq; Ammia, quæ in Philadelphiæ ecclesia prophetauit, neq; Quadratus, neque alius quisquam ex numero ipsorũ hoc modo dinoscitur prophetasse. Et post pauca iterum subiungit & dicit: Si enim post Quadratum & Ammiam Philadelphinam, vt aiunt, mulieres istæ Montanæ successerunt in propheticam gratiã, & sicut confirmabant vniuersæ ecclesiæ datæ sunt ad prophetandum

Prophetæ noui testamenti.



dum vsq; ad aduentum domini, decipitur eorum confirmatio. Quartumdecimum etenim iam penè habet annum, ex quo defuncta est Maximilla. Hæc ex supra dicti viri commẽtariis. Ipse verò de quo indicat Miltiades, etiam alia nobis proprii operis nõ contemnenda monimenta dereliquit, Scripsit nanque & aduersum Gentes librum, & aduersum Iudæos alium, & ad principes Romani regni Apologeticũ pro fide nostra. Scripsit & aduersum Cataphrygas hæreticos.

Liber aduersum gentes. Aduersus Iudæos. Apologeticus pro relĩgione Chrĩstiana.

Quanta etiam Apollonius Cataphrygas confutando prosequatur. CAP. XVIII.

Apollonius aduersus Montanũ.

SEd & Apollonius quidam ecclesiasticus nihilominus scriptor, libellum aduersum eos ædidit, in quo satis vigilanter prophetias ipsorum falsas esse conuincit, & singula in eis verba coarguit, simul & vitã mores q; eorum qui autores hæreseos extiterunt, exponit per hæc verba: Sed videamus, inquit, quis est hic nouus magister, & primo nobis doctrinam eius secundum domini sententiam, actus ipsius & opera cõmendent. Hic est qui docuit nuptias solui, & qui ieiuniorum leges primus imposuit, qui Pepuzam & Thymium oppida Phrygiæ Hierusalem nominauit, atque in hæc omnes congregandos decernit: qui exactores pecuniæ statuit, qui sub nomine oblationum munera artificiosius accepit, qui salaria præstat prædicantibus verbum suum, vt per hæc inuitati, enixius doctrinæ eius operam præbeant. Hæc de Montano. De mulieribus verò eius post aliquanta ita scribit: Ostendimus autem primò omnium has prophetissas, ex quo spiritu repletę sunt, viros suos reliquisse. Quomodo ergo mentiuntur Priscam virginem fuisse. Et post aliquanta iterum dicit: Non tibi videtur quod omnis scriptura prohibet prophetã munera accipere, vel pecunias? Si ergo videam propheten accepisse aurum & argentum & vestes pretiosas, quomodo eum propheten putem? Et iterum post aliquanta subiicit, dicens: Sed & Themisus, qui apud eos nomine tantum confessionis inflatus est, veræ autem confessionis fructibus caret, quo-

Leges ieiuniorum à Montano.

quoniamquidem per multam pecuniam vincula de-
posuit,quem oportebat vtiq; humiliter se agere: hic
arrogantia elatus,Apostolicæ sibi aliquid autoritatis
assumens,epistolam ad omnes ecclesias scribit,in qua
docere conatur eos, qui multo rectius quàm ipse cre-
debant:& cohortatur omnes ad nouas verborum ad-
inuentiones accommodare aurem suam. Blasphemas
autem Dominum & Apostolos eius, & sanctam ec-
clesiam.Sed & de aliis quibusdã,qui apud eos vt mar
tyres honorãtur,ita scribit:Verum ne in pluribus im-
Alexander factionis Montanicę moremur,dicite nobis de Alexãdro, qui semetipsum
martyrem dicit, quem conuiuam habet hæc prophe-
tissa,quem adorat vt deum:nónne hic pro latrociniis
aliisq; nephariis actibus reus extitit? Non nos dici-
mus,sed Acta hæc publica continent.Quis ergo eorũ
cui donat peccata?prophetissa ignoscit martyri latro-
cinia, an martyr ignoscit prophetissæ rapacitatis &
auaritiæ crimina?Cum enim dominus dixerit:Nolite
habere aurum,neq; pecuniam,neque duas tunicas:isti
in omnibus contraria gerunt,adquirentes & congre-
gantes ea, quæ dominus etiam habentes iussit abiice-
re.Probamus nanq; eos,qui apud ipsos vel prophetę,
vel martyres nominantur,non solum à diuitibus,sed
etiam à pauperibus,pupillis,ac viduis pecunias con-
gregare. Aut si habẽt confidentiam,adsint,& pro his
habeant nobiscum disceptationem,vt si conuicti fue
rint, vel de cætero desinant talibus se implicare com-
merciis. Oportet enim ex fructibus,vel agnosci,vel
etiam probari prophetam, sicut & Dominus dixit:
Mat.7.c Quia arbor ex fructibus cognoscitur,& propheta ve
rus probatur ex fructibus. Vt autẽ de Alexandro cer-
tius cognoscatur, sciendũ est quia iudicatus est apud
Æmilio Frõtino Proc͂sul Asiæ. Æmilium Frontinum Proconsulem Ephesi, non pro-
pter nomen Christi,sed propter quædam latrocinia.
Nã à Christi nomine iam apostata extiterat,Sed post
hæc vt fideles quidam fratres, qui per illud tempus
apud iudicem aliquid poterant, pro ipso intercede-
rent,simulauit se propter nomen domini laborare, &
per



per hoc dimittitur. Nec tamen in ecclesia patriæ suæ
receptus est, vbi latro esse ab omnibus noscebatur.
Quod si quis forte minus his quę dicimus,adcommo
dandam existimat fidem in archiuis publicis apud
Ephesum gesta seruantur:quæ tamen ibi seruari,hi op
timi prophetæ qui ei famulantur, ignorant. Qui vti-
que cum in his conuincitur,sine dubio & propheta-
rum ignorantia cum ipso pariter redarguitur.Hæc &
multa alia in eo similia possumus edocere.Aut si con
fidunt,in cominus veniant, excipiant intentiones no-
stras,& exuant se ab his,si putant se horum posse effu
gere conscientiam.Item post pauca de ipsis prophetis
ista subiungit. Quod si negant se prophetæ ipsorum
munera accepisse,statuant hoc, vt si conuicti fuerint,
prophetas se esse vltra nõ simulent,& mille deferam
probamenta. Veruntamen necessarium puto, etiam
reliquos horum prophetarum fructus probari. Dici-
te mihi vos ô prophetissæ, vultus prophetantis can-
doribus & ruboribus aliquando fucatur?prophetissa
stibiis tingitur? prophetissa ornamentis vtitur & or-
natibus delectatur? deinde propheta ad tabulam &
ad tesseras ludit?propheta pecuniam suam ad vsuram
dat? Dicant, si licet hæc facere prophetis. Ego au-
tem vniuersa hæc eis probabo. Hæc & multa alia
idem Apollonius ad confutandos eos,satis probabi-
liter & constanter intexuit, designans etiam hoc,
quod quadragesimus iste, quo hæc scribebat, agere-
tur annus, ex quo Montanus falsæ huius vaticinatio-
nis initium dederit. Refert etiam de quodam Zoti-
co,quod apud Pepuzam cũ prophetare se Maximilla
simularet,repente ingressus cœpit imperare spiritui q
in ipsa loquebatur,ita vt eũ penitus cohiberet,sed ob
stiterũt hi qui eis adulabãtur. Meminit autẽ & Thra-
seæ cuiusdam martyris,qui quasi ex traditiõe priorũ
se accepisse asseruit.Saluatorem præcepisse Apostolis
suis, vt ne ante duodecimũ annum ab Hierosolymis
discederent. Refert præterea & apud Ephesum mor-
tuos

Zotico prohibuit spiritũ Maximillæ prophetantis.

tuos à Ioanne suscitatos, & alia quàm plurima. Ex quibus omnibus vehementer supradicta hæresis confutatur. Hæc Apollonius.

Serapionis verba de secta Cataphrygarum.

CAP. XIX.

An. do. 191. Serapiõ episcopus Antiochenus. Sophroni9 catalogi nie ronymiani interpres habet πρὸς καρῖνον καὶ πόντιον, id est, ad Carinum, & Põtium.

SErapion autem qui post Maximinum, episcopus apud Antiochiam fuit, in epistola sua, quam ad Caricum & Ponticum scribit, de hac ipsa hæresi post aliquanta hæc dicit: Vt autẽ etiam hoc sciatis, quòd ista quæ nunc noua prophetia, vel potius execratio noua processit, ab omni fraternitate quæ in vniuerso mundo est, respuitur & refutatur: transmisi vobis Claudii Apollinaris Hierapolitani Asiæ prouinciæ episcopi literas, quibus de his plenius instruamini. In hac autẽ ipsa Serapionis epistola, etiam subscriptiones quorundam episcoporum & martyrum continentur. Ex quibus vnus hoc modo subscribit: Aurelius Cyrinus martyr, opto vos bene valere. Alius quoq; hoc modo, Aureli9 Publius Iulius à Debeltho Colonia Thraciæ episcopus: Viuit deus in cœlis, quia beatus Zotas qui est in Anchialo, voluit dæmonem Priscillæ eiicere, sed adulatores eius non permiserunt. Sed & multorum simul episcoporũ eadem declarantium subscriptiones, supradictis literis inhærebant. Verum de his satis dictum.

Quæ Irenæus contra hæreticos apud vrbem Romam disceptarit. CAP. XX.

PEr idem tempus in vrbe Roma, diuersis nihilominus nouitatibus per nonnullos regula traditionis ecclesiasticę vexabatur, pro quibus Irenæus ad diuersos scripta prorogauit. Extat igitur vnus eius libellus qui superscribitur:

Irenæi volumina. Ad Blastum de schismate. Alius.
Ad Florinum de monarchia, Et
Quod non sit deus malorum creator.

Hoc enim supradictus videbatur asserere, qui tamẽ postea in errores deuolutus est Valentini. Scribit autem idem Irenæus & De Ogdoade librum.

In



In quo significat consecutum se esse quosdam ex successoribus Apostolorum. Cuius libelli subscriptionẽ satis eleganter affixam, his inserere dignum duxi, Adiuro te, inquit, qui transscripseris librum hunc, per dominum nostrum Iesum Christum, & aduentum eius in gloria cum veniet iudicare viuos & mortuos, vt conferas hæc quę scribis, & emendes diligenter ad exemplaria, de quibus transscripseris, ad fidem, & vt sacramentum adiurationis huius similiter transscribas, & inseras his quę transscripsisti. Hæc autem vtiliter ab illo dicta inserere operi nostro necessarium credidi, quo per hæc diligens efficiatur omnis qui hoc vel legere, vel describere dignum duxerit, sciens exemplum diligentiæ à sanctis viris & illustribus traditũ. Verum in his quæ ad Florinum scripsisse Irenæum supra diximus, facit Polycarpi mentionem, cum quo etiam se conuersatũ esse designat per hæc verba: Hæc, inquit, dogmata Florine quę asseris, confidenter dico, quia non sunt sanę sententiæ. Hæc dogmata non sunt consona ecclesiasticæ fidei. Hæc dogmata, ne illi qui dem qui de ecclesia pulsi sunt hæretici, potuerunt aliquando commentari. Hæc dogmata impietatem docent. Hæc dogmata sancti illi presbyteri qui ante nos fuerunt, nunquam protulere, illi, qui & Apostolos viderant, quos & tu nosti. Vidi enim te, dũ adhuc puer essem in Asia apud Polycarpum, tunc quidem præclare agentem, dum adhuc esses intra palatiũ, & studentem placere Polycarpo. Multo enim magis mihi illius temporis rerum gestarũ inhæret memoria, quàm præsentis: quia hæc quæ à pueris discimus, cum anima ipsa coalescunt, & adhærent ei. Vnde etiam Iocum ipsum tibi dicere possum, in quo sedens disputabat beatus Polycarpus, & incessum illius, & vultum, ac totius vitæ modum, & ipsius quoque corporis habitum. Sed & disputationes quas habebat ad populum, & conuersationem quæ fuerat ei cum Ioanne: quomodo narrare solitus erat, vel cæterorum qui ipsum dominum viderant; & quomodo recordabatur

Obtestatio Irenæi quã præfixit Hieron. Chronicis Eusebii à se versis.

Irenæus audiuit Polycarpum, Polycarpus Ioannem apostolum.

M om-

omnia ac recensebat verba quæ dicta à domino, ab illis audierat: & de virtutibus eius ac doctrina. Et tamen omnia hæc cum scripturis consona proferebat: quæ tunc ego pro misericordia dei, quam mihi donare dignatus est, attentius & studiosius audiens describebam, non in chartis, sed in corde meo: quæque per gratiam dei fideliter custodio, & mecum ipse sine intermissione quodammodo rumino. Deum ergo testor & in conspectu ipsius tibi affirmo, quia si quid tale audisset beatus & apostolicus vir Polycarpus, exclamasset statim, & aures suas obturasset, ac sicut moris erat ei, dixisset: Deus bone, in quæ tempora me reseruasti, vt hæc audiam? Nõne etiam ipsum continuo locũ fugisset, in quo sedẽs vel stans huiuscemodi verba audisset? Sed & ex epistolis eius quas scripsit vel ad vicinas ecclesias, vel ad aliquos ex fratribus, commonens & confirmans eos, & cohortans ad fidem, poterit sententia eius euidenter agnosci. Hæc Irenęus.

Verba Polycarpi, quibꝰ solebat vti.

Quod Romæ Apollonius martyrium passus sit. CAP. XXI.

VErum ea tempestate Commodo Romani regni apicem gubernante, pax ecclesiis per omnem terram propagabatur, & sermo domini ex omni genere hominum ad agnitionem & pietatem dei summi animas congregabat. Denique & in vrbe Roma multos ex illis illustribus & prædiuitibus viris, cum liberis & coniugibus ac propinquis, atq; omni pariter familia sociauit ad fidem. Sed hoc non æquis oculis illis antiquus humanę salutis hostis aspexit. Continuo denique aggreditur variis nostros machinis impugnare. Primo in vrbe Roma Apollonium quendam, virum in fide nostra, & omnibus philosophiæ eruditionibus illustrem, ad iudicium pertrahit, accusatore ei suscitato quodam infelicissimo et desperatę salutis homine. Quiq;, quoniam lex quæ oblatos puniri iusserat Christianos, in delatorem prius animaduertendum censebat à Perennio iudice, vt eius crura comminuerentur, sententiam prius excepit. Tum deinde exhortatur

Apollonij Christianismi accusat.

Perennius iudex.



tatur beatus Apollonius martyr, vt defensionem pro fide sua, quam audiente Senatu atque omni populo, luculenter & splendide habuerat, æderet scriptam. Et post hæc secundum Senatusconsultum capite plexus est. Ita nanque à prioribus lex iniquissime promulgata censebat.

Qui tũc episcopi nobiles habiti fuerint. CAP. XXII.

IGitur sub eiusdem Commodi principatu: Eleuthero in vrbe Roma tredecim annos sacerdotio functo Victor succedit, Sed & Iuliano apud Alexandriam post decem annos defuncto, Demetrius substituitur. Apud Antiochiam quoque octauus ab Apostolis episcopus constituitur Serapion, de quo & in superioribus memorauimus. Tunc apud Cæsaream Palestinę Theophilus & Narcissus in Hierosolymis, ecclesias procurabant: Apud Corinthum verò Bacchylus, & apud Ephesum Polycrates nobiles, in episcopis habebantur. Sed & multi in aliis locis referuntur per idẽ tempus egregii sacerdotes: nos tamen eorum facimus mentionem, quorum & fidem & scientiam ex propriis operis indiciis possumus habere compertam.

An. do. 190. Victor Romæ, Demetrius Alexãdriæ, Serapion Antiochiæ.

An. do. 191. Theophilꝰ Cæsareæ, Narcissus Hierosolymis, Bacchylus Corinthi, Polycrates Ephesi.

De Paschæ quæstione. CAP. XXIII.

QVibus ea tempestate ecclesiis præsidentibus, in prouinciis Asiæ quæstio non minima exoritur, velut ex antiqua eorum obseruatione descendens, quod quartadecima luna putarent omnimodo genere Pascha obseruandum, quando scilicet Iudæis agnus præcipitur immolari, veluti necessario confirmantes, quacunque die septimanę quartadecima luna veniisset, solui debere ieiunium, cum talis consuetudo in nullis prorsus aliis vnquam obseruata fuisset ecclesiis. Ob quam causam conuentus episcoporũ & Concilia per singulas quasq; prouincias conuocantur, prorogatisq; ad se inuicem epistolis, de singulis quibusq; locis vnum omnes ecclesiasticum dogma confirmãt: Ne liceat aliquando, nisi in die dominica, in qua Dominus resurrexit à mortuis, dominicum Paschæ celebrare mysterium, & in hac sola soluendum esse

An. do. 198. De Paschate Asiaticorũ sententia.

Universidad de Deusto



Paschale ieiunium. Extat denique vsque in hodiernum diem. Concilii apud Cæsaream Palestinæ habiti decretum, in quo primus est Theophilus ipsius Cæsareæ episcopus, & Narcissus Hierosolymorum sacerdos. Habetur & in vrbis Romæ Cõcilio simile aliud decretum, cui præfuisse Victor episcopus indicatur, & Ponti prouinciæ Palmeas. Gallorum quoque sacerdotalis conuentus extat, Irenæum præsulem scribens: Achaiæ verò Bacchylum Corinthiorum ecclesiæ episcopum. Qui omnes diuersis è locis, vnã eandemque iudicii sui sententiam protulere.

Concilium Cæsariẽse. Concilium Romanum Achaicum Gallorum.

De dubitatione quę orta est apud Asiam.

CAP. XXIIII.

SEd episcopi regionis Asianę, seruandam magis à veteribus sibi traditam consuetudinem confirmabant. In quibus Polycrates, qui in eis primatum agere videbatur, ad Victorem episcopum Romanæ ecclesiæ scribens, morem traditionis antiquæ ad se vsque delatum, per hæc verba dẽsignat: Nos ergo (inquit) intemeratum Paschę colimus diem, neque addentes, neque auferentes aliquid. Etenim magna quædam luminaria apud Asiam dormierunt, summi & electi viri, quos dominus suscitabit in aduentu suo, cum veniet de cœlis in gloria, & requiret omnes sanctos suos in quibus est Philippus Euangelista, qui dormiuit apud Hierapolim: sed & duæ filię eius, quæ virgines senuerunt, & alia eius filia spiritui sancto repleta, quæ apud Ephesum dormiuit. nec non & Ioannes, qui supra pectus Domini recubuit, qui fuit summus sacerdos, & pontificale πίταλον gessit martyr & doctor ecclesiæ, qui & ipse apud Ephesum dormiuit: Polycarpus quoque apud Smyrnam & episcopus & martyr: similiter & Thraseas episcopus apud Eumeniam, sed apud Smyrnam martyrio consummatus. Quid autem dicam etiam Sagaren nihilo minus sacerdotẽ & martyrem, qui apud Laodiceam requiescit in pace? sed et Papyrium, & Macarium, & Melitonem propter regnum dei, & eunuchum, & spiritu sancto repletũ qui iacet

Polycratis episcopi Ephesini epistola de Pascha.

Hunc totũ locũ Hieronymus hinc trãstulit in catalogũ suum, in Polycrate.

πίταλον Hieronymus vertit aureã laminã in fronte.

Fortasse παπύριον τὸν μακάριον,



iacet in ciuitate Sardensium, expectans aduentum domini de cœlis vt resurgat à mortuis? Isti ergo omnes diem Paschæ in quartadecima die mensis obseruauerunt, secundum Euangelium, nihil omnino extrinsecus agẽtes, sed fidei regulam per omnia conseruantes. Sed & ego omnium vestrum minimus Polycrates, secundum traditionem parentum meorum obseruo, eorum duntaxat, quos et ab initio sequutus sum. Septem nanque ex parentibus meis per ordinem fuerunt episcopi, ego octauus, qui oẽs ita obseruauerunt hunc diem, vt conueniret cum illo, quo fermentum Iudęorum populus aufert. Vnde fratres charissimi, sexaginta & quinque annos ætatis gerens in nomine domini, multorum quoque orbis terræ episcoporum notitiam plenissime habens, & sanctis scripturis intendens, non perturbabor ex his quæ ad terrorem proferuntur: quia et maiores mei dixerunt: Obtemperare oportet deo magis q̃ hominibus. Et post pauca, de his qui secum aderant episcopis, ista subiungit: Poteram autem etiam præsentiam episcoporum facere mentionem, quos ipsi petistis vt euocarem, sicut & feci. Quorum nomina si scribam, nimia multitudo est, qui omnes sciẽtes paruitatem meam, consensu suo confirmant quæ scribimus, certi quod inaniter canos attulimus, sed in disciplina Christi semper cõuersati sumus. Sed ad hæc Victor Romanæ ecclesiæ episcopus, pertinacius agens, passim totius Asiæ, ac vicinarum prouinciarum ecclesias à communionis societate abscindere nititur, tanq̃ in hæresim declinãtes: & literas mittit, quibus omnes simul absq; discretione ab ecclesiastico fœdere segregaret. Sed hoc non omnibus placebat episcopis, quin potius è contrario scribentes ei, iubebant, vt magis quæ pacis sunt ageret, & concordię atque vnanimitati studeret. Denique extant etiam ipsorum literæ, quibus asperius obiurgant Victorem, velut inutiliter ecclesiæ commodis consulentem. Nam & Irenęus, cum cæteris quibus præerat Galliarum episcopis, scribẽs, confirmat quidem, vt in dominica die resurrectionis

Id est, Papyriũ beatũ, sicut Hieronymus reddidit. Ruffinus Macarĩ um viri nomen proprĩ um putauit parũ attẽt?. Polycratis maiores epi scopi.

Act. 5. e

Victor Pón. Rom. Asiæ ecclesias cõmunione christianorũ priuat.

Victorem Põt. Rom. Irenæus arguit.

Domini mysterium celebretur. Victorem tamen arguit, quod nõ recte fecerit, abscindere â corporis vnitate tot & tantas ecclesias dei, quæ morem sibi antiquitus traditum custodirent. Sed & de multis aliis cõmonet per hæc verba: Non solum, inquit, de die Paschæ agitur controuersia, sed & de ipsa specie ieiuniorum. Quidam enim putant vno tantum die obseruari debere ieiunium, alii duobus, alii verò pluribus, nonnulli etiam quadraginta, ita vt horas diurnas nocturnasq; computantes, diem statuant. Quæ varietas obseruantiæ non nunc primum, neq; nostris temporibus cœpit, sed multo ante nos, ex illis (vt opinor) qui nõ simpliciter quod ab initio traditum est tenentes, in alium morem, vel per negligentiam, vel per imperitiã postmodum decidêre. Et tamen nihilominus omnes isti etiam cum in obseruantia variarent inter semetipsos, & pacifici fuerunt semper nobiscum, & sunt: nec dissonantia ieiunii, fidei consonantiam rupit. Post hęc inserit etiam historiam quandam, quæ pro sui opportunitate nec â nobis debet omitti. Deniq; ait: Et illi omnes ante Soterem presbyteri, qui ecclesiæ (cui tu nunc præes) sacerdotium tenuerunt, Anicetum dico & Pium, Hyginumq; & Telesphorũ, & Xystum, neque ipsi ita tenuerunt, neq; hi qui cum ipsis erant: & tamen cum ipsi ita nõ obseruarent, pacem semper habuerunt cum illis ecclesiis, quæ hunc obseruantię morem tenebant: cum vtiq; & ipsis contrarium videretur, quod non etiam cæteri similiter obseruarent. Nunquam tamen ob hoc repulsi sunt ab ecclesię societate, aut venientes ab illis partibus non sunt susceptí; imò potius & omnes presbyteri qui fuerunt ante te, omnibus semper qui non ita obseruabant presbyteris ecclesiarum, eucharistiam solenniter transmittebant. Beatus autem Polycarpus cum ad vrbem Romam venisset sub Aniceto, cumq; de aliis nonnullis parũ quid habuissent inter se statim tamen coissent in pace, de hac quęstione ita egerunt, vt non vnusquisque sententiam suam obstinata contentione defenderet. Nequo enim

Controuersia de ieiunio.

Attende.

Ex hoc Irenæi loco apparet, quod si epũs aliqs Romam venisset, Põt. Ro. eucha-



enim aut Anicetus Polycarpo suadere poterat, vt nõ obseruaret ea, quæ nouerat Ioannem discipulum domini nostri, vel cæteros Apostolos, cum quibus semper fuerat, obseruasse: neq; rursum Polycarpus Anicetum persuasit ea deserere, quæ ille dicebat â se maiorũ more seruari. Cumq; hæc ita inter se habuissent, communicarunt sibi inuicem, ita vt concederet Anicetus Polycarpo etiam sacerdotali ministerio honoris dum taxat contemplatione, perfungi: & ita ab inuicem plena fide pace integra, et firma charitate discedũt, vt omnes ecclesiæ, siue quæ ita de Pascha, siue quæ non ita obseruarent, inter se tamen concordiam custodirent. Hæc Irenæus, agens nominis sui opus, pacem videlicet dei ecclesiis concilians, scribit. Et non solum Victori, sed & diuersis ecclesiarum rectoribus similiter per epistolas asserit, quod nulla pro hac quæstione in ecclesiis dei dissensio debeat oboriri.

ristiam hospiti solennĩter trãsmittebat.

Porrò noĩe presbyteri intelligit episcopũ.

Vt omnibus vna sententia de Pascha complacuerit.

CAP. XXV.

APud Palestinam quoque conuenientes in vnum sacerdotes dei, Narcissus Hierosolymorum & Theophilus, de quibus iam supra diximus: sed et cum ipsis Cassius Tyrius, & Clarus de Ptolemaide, & cæteri permulti pariter congregati, cum de hac quæstione ageretur, quid etiam apud ipsos Apostolica traditio contineret circa finem decreti, quod in concilio eorum statutum est, hoc modo indicant: Epistolæ, aiunt, nostræ exemplaria per omnes ecclesias transmittantur, vti ne rei efficiamur animarum, quæ diuersis erroribus immerguntur. Desígnamus igitur vobis, quia & apud Alexandriam eadem qua apud nos die Paschæ solennitas geritur: quare & ipsorum nobis literæ deferuntur, & ipsi nostra scripta suscipiunt, vt pariter & consonanter diem festum celebremus. Hactenus de supradicta quæstione ex his quæ in veterum scriptis haberi reperimus.

An. do. 198. Conuẽtus episcoporũ in Palestinæ.

Palestini sequuntur ecclesiam Alexandrinã.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quæ de Irenæi scriptis vsq; ad nos perue-
nerint. CA. XXVI.

EXtat autem adhuc Irenæi, præter eos quos supra memorauimus libellos, etiã aliud volumen egregium aduersum gentes, quod

Dialogi Irenæi.

De disciplina adtitulauit, ad Martianũ quendam scribens, Sed & Dialogi de diuersis. In quibus testimonia de epistola ad Hebræos ponit plurima, & de Sapientia, quę dicitur Salomonis. Hæc sunt quæ ad nostram notitiam etiam de Irenæi opusculis peruenerunt.

Quæ etiam cæterorum, qui iisdem temporibus floruerunt. CAP. XXVII.

An.do. 194. Pertinax Cæs.

COmmodus autem tredecim annis imperio gubernato, Pertinaci post se regnum reliquit. Quo sex solis sensibus retento, idem pertinax diem obiit, &

Seuer⁹ Cęs. An.do.195.

Seuerus post hunc suscepit principatum. Cuius temporibus plurimi ecclesiastici viri nobiles, & stilo illustres extiterũt, sicut ex eorũ monimẽtis agnoscimus.

De his qui Artemonis introduxerunt sectam, quales moribus fuerint, quoque pacto sacrosanctos libros temerare ausi sint. CAP. XXVIII.

Heraclius Maximin⁹

EX quibus est Heraclius, qui in Apostolum commentatus est, & Maximinus, qui de famosissima omnium hæreticorũ dissertuit quæstione, qua semper

Candidus Appius Sextus Arabianus

inquiritur, vnde sint mala, vel vnde malitia, & quod materia facta sit, & non infecta. Sed & Candidus, qui in Hexameron, id est, de principio Geneseos scribit. Appius quoq; de eisdẽ similiter cõmentatur. Sextus etiam, qui de resurrectione disseruit, & de cæteris nõnullis. Arabianus quoq; & alii innumeri, quos longũ est vel enumerare, vel etiã pro aliquo illustri vnumquemq; dictorum suorum indicio designare. Plurimi

Artemonis hæresis.

tamen ipsorum exortas temporibus suis hæreticorũ perfidias confutãtes, fidem rectam & apostolicam mo-

Paulus Samosatenus. An.do.267.

nimentis suorum voluminũ mandauere, vt Artemonis illius hæreseos autoris, quam postmodum Paulus Samosatenus nostris iam penè temporibus instaurare conatus est, de qua dignum est, quæ vel qualis sit, hi-



storia comprehendere. Hęc hæresis purum hominem, id est, absque deo fuisse saluatorem confirmat, idq; antiquitus ab ipsis etiam apostolis traditum esse mentitur. Aduersum quos vnus ex his, quos supra memoratuimus, ecclesiasticus scriptor ita respondit: Aiunt, inquit, etiam ipsos apostolos ita vel suscepisse, vel cæteris tradidisse, sicut nunc ipsi asserunt, & hanc veritatem prædicationis esse seruatam vsque ad Victoris tempora. Et quomodo successores eorum scribentes aduersum Gentiles, vel aduersum hæreticos, id est, Iustinus, & Miltiades, & Tatianus, & Clemens, & alii quamplurimi, de deitate CHRISTI apertissime dissertunt? Irenæi verò & Melitonis, cæterorumq; qui per idem tempus fuerunt volumina, quis ignorat, quibus Deum & hominem simul prædicant Christum? Sed & psalmi vel cantica, quæ à fratribus fidelibus ab initio scripta sunt, verbum dei esse CHRISTVM, & deũ tota hymnorum suorum laude concelebrant. Quomodo ergo tot seculis fidem prædicatam isti asserunt, quod à Victoris temporibus exordium sumpserit? Quomodo autem Victori de hoc calumniam faciunt qui sciant Victorem, Theodotum Coriarium, qui princeps & pater extiterat impietatis ipsorum, è communione ecclesiæ repulisse, qui primus Romæ ausus est dicere purum hominem fuisse CHRISTVM? Si enĩ Victor (vt dicunt) ita credebat, quomodo eiiciebat de ecclesia Theodotum blasphemiæ istius inuentorem? Sed de Victore hæc commemorasse sufficiat.

Theodotus Coriarius eiectus ecclesia.

An.do. 200. Zephyrin⁹. Pont. Ro.

Cui decem annis episcopatu functo, Zephyrinus sacerdotii successor extitit, nono principatus Seueri anno. De quo Zephyrino eadem scriptura, qua in superioribus nisi sumus, talia quædam refert: Igitur commonebo vos fratres de his quæ gesta sunt apud nos, quæ si forte in Sodomis accidissent, etiam illos emendare & corrigere potuissent. Confessor quidam erat apud nos Natalis nomine, nostra adhuc confessus memoria. Hic deceptus aliquando ab Asclepiodoto quodã, & Theodoto collectariis (qui ambo discipuli erãt

Natalis professor decæptus ab hæreticis.

Theodoti Coriarii, illius, qui primus pro hac stulta assertione ab ecclesiæ societate depulsus est à Victore tunc vrbis Romæ episcopo) adquieuit, vt accepto ab eis salario, episcopus illius hæresis nominaretur, certa pactione, id est, centum quinquaginta denariis menstruæ præstationis. Quique Natalis cum se in hoc deceptus locasset, frequenter admonebatur in somnis à domino, quia misericors deus & dominus noster IESVS CHRISTVS, nolebat martyrem suum, qui sibi in multis passionibus testis extiterat de ecclesia perdere. Sed cum negligentius susciperet visiones, primatus amore, & turpis lucri deuictus illecebra, ad vltimum à sanctis angelis per totam noctem verberatus, & pœnis grauibus excruciatus, mane consurgens, cilicio se induit, & cinere conspergit, ac multis lachrymis errorem suum deflens, ante pedes Zephyrini episcopi prosternit, & vestigiis omnium, non modo clericorum, sed etiam laicorum, multa cum lamentatione prouolutus, in lachrymas & miserationes omnem prouocauit ecclesiam, vt indulgentiam sibi à Christo, continuis & iugibus pro ipso precibus implorarent, ostendendo simul in conspectu omnium liuores corporis eius & cicatrices, quas pro nominis ipsius confessione susceperat. Vix aliquando in communionem ecclesiastici corporis reuocatus est. Sed & post aliquã ta idem scriptor adiungit etiam hæc: Scripturas autẽ diuinas absq; vlla timoris dei reuerentia corruperunt: antiquæ verò fidei regulam proterue & impie respuunt, ignorantes CHRISTVM, quem idcirco non inuenerunt, quia non recte quęsierunt. Et in tantum stultitiæ impietatisq; prolapsi sunt, vt si quis eis sermonẽ de scripturis proposuerit, illi è contrario proponant: vtrum hic sermo de quo agitur, coniunctum, aut separatum genus syllogismi faciat: & derelinquentes sanctas dei scripturas, Geometriam tractant. Tanquam qui vere de terra sint, de terra loquuntur: & ideo eum qui desursum est, & de cœlis venit, ignorant. Denique Euclides apud eos vel maxime in Geometrię disciplinis vi-

Natalis conductitius hæreticorum episcopus.

Pœnitendi, confitẽdiq; mod⁹ apud veteres.

Artemonitæ scripturas corruperunt.



his viget. Sed & Aristoteles & Theophrastus ab his in admiratione habentur. Galenus verò à nonnullis eorum & adoratur. Quorum artibus & doctrinis, hæreseos suæ impietatem nituntur asserere: & deceptionibus hominum ignorantium deum, simplicitatem diuinarum scripturarum & synceritatem fidei subruũt. Sed hæc faciũt, quia nec vicini facti sunt fidei, propterea & diuinas scripturas absq; vllo timore cõtemerãt & corrumpentes eas emendare se dicunt. Verum ne quis me putet falsa aduersum eos proferre, palàm est omnibus noscere, si quis vult exemplaria eorum accipere, & cum aliis nihilominus eorũ exemplariis conferre, inueniet etiam inter seipsa multum dissonare: quia vnusquisq;, vt sibi videtur, emendat. Deniq; Asclepiodoti non conueniunt omnino cum Theodoto: tum deinde etiam discipulis eorum, si qui forte trãscripserũt, quod eis visum est vel addere liçuit, vel auferre: & oĩbus præferunt se habere emendata, magis autem inquinata exẽplaria. Rursum Hermophili exemplaria nõ consonant cũ Apollonidis. Sed ne ipsa quidem sibiipsis concordant, si priora cũ posterioribus cõferas. Semper enim emẽdant, quibus semper displiçet q̃d emẽdant: & noua quæq; perquirunt, cũ eis quę in vsu sunt, videbũtur aduersa. Quid autẽ temeritatis habeat istud admissum, neq; ipsos arbitror ignorare. Aut enim non credunt diuino spiritu scripturas esse conscriptas, & sunt infideles, aut semetipsos arbitrantur sapientiores esse spiritu sancto. Et quid aliud indiçant per hoc, nisi quia dæmone agũtur? Neq; enim negare possunt factum suũ: quandoquidem etiã manus eorum in ipsis exemplaribus teneantur, & nouerint ipsi, quod à magistris suis & doctoribus scripturarũ, secundum corruptelæ genus, etiã explanationis susceperint intellectum. Quidam autẽ ex ipsis nec corrumpere iam scripturas dignati sunt, sed penitus abnegare, legẽ scilicet & prophetas: & obtentu impiæ huius assertionis, in vltimũ perditionis gurgitem deuoluti sunt. De quibus hæc sufficiat historiis esse mandata.

Abnegant legẽ & prophetas.

EVSE

# EVSEBII PAMPHILI
## EPISCOPI CAESARIENSIS ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
### LIBER SEXTVS.

### De persecutione Seueri. CAPVT I.

Seuerus Auguſt.

AT CVM SEVERVS QVOQVE persequutionibus agitaret ecclesias: præclara à militibus CHRISTI pro pietate certamina martyrii gerebãtur, præcipuè tamen apud Alexandriã: quò ex omni Ægypto ac Thebaide, velut in quoddam ſtadium pietatis, athletæ deducebantur, qui pro ſuppliciorum mortisq; patientia conſequebantur à deo immortalitatis coronas.

### De martyrio Leonidis patris Origenis, & de ipſius Origenis à puero inſtitutione. CAP. II.

An.do.204. Leonides pater Origenis martyr.

IN quibus & Leonides Origenis pater pro martyrio CHRISTI capite plexus, teneræ adhuc ætatis ſupradictum puerum dereliquit. Quiq; qualibus animis ex eo erga diuinæ legis ſtudia viguerit, non erit importunũ paucis exponere: præcipue quia & apud quamplurimos opinio de eo celeberrima peruulgata eſt. Et ſi quidem velit quis omnem vitam viri huius literarũ tradere monimentis, certũ eſt quia tanta ſunt de eo, ac talia, quæ & propriũ opus requirant, & otiũ. Nos tamen in præſenti, quanta poſſumus breuitate, inſeremus huic operi, etiam quæ ad ipſum ſpectant, pauca de multis, quæ vel ex ipſius epiſtolis ad nos vſque ſeruatis, vel ex aliorum hiſtoriis indicata cognouimus. Cuius geſta, ſi res pateretur, etiam ex ipſis cunabulis digna mihi videntur poſteritatis memoria.

Lætus præfectus Ægypti Demetrius epũs Alexã.

Decimum nanq; imperii agebat Seuerus annum, Alexandriæ verò per idem tempus, omniq; Ægypto præſidebat Lætus, epiſcopatum in ea poſt Iulianum Demetrius ſuſceperat, cum ſupra modum accenſo perſecutionis



An.do.201 Origenes auidus martyrii, etiãm puer.

cutionis incendio, & multis ea tempeſtate martyrio coronatis, in tantum ardorem capeſſendi martyrii puerulus tunc adhuc Origenes exarſerat, vt ſponte ſe periculis ingereret, & aliis in certamine poſitis, præceps in medium rueret, ita vt inſectari ipſam mortem, & rapere velle videretur: quam & adipiſci omnimodis potuiſſet, niſi quod diſpenſatione domini ad vtilitatem multorum putatur pro totius eccleſiæ ædificatione ſeruatus per ſollicitudinem matris, quæ glorioſæ mortis eius deſideria impediuit. Quæ cum primo maternis ei obſecrationibus ſupplicaret, vt ſibi conſuleret, vt parceret matri: & ille ex his precibus inflammatior ad amorem martyrii redderetur, maxime ex eo quod patrem iam teneri cognouiſſet in vinculis, & ipſe propere ſocius effici vinculorum eius ac martyrii feſtinaret, arte quadam materni affectus inhibetur. Etenim cum maturare eũ velle, & antelucanum prorumpere ad agonum certamina præſenſiſſet, noctu cubiculum filii dormientis ingreſſa, omnia eius indumẽta, quibus procedi ad publicum poterat, furata ſubtraxit, vt per hoc domi reſidere neceſſitate cogeretur. Ille maternis impeditus dolis, cum nihil aliud agere poſſet, nec tamen mens quieſcere pateretur, audet aliquid ſupra ætatem: epiſtolam ſcribit ad patrem, ſe quidem maternis artibus detineri, ſed illũ tenere debere quod cœpit. Et addit etiam hoc: Vide pater, ne propter nos aliud aliquid velis. Hæc ſunt prima puerilia Origenis rudimenta: hic ludus eius infantiæ: hæc à tenero religionis & pietatis indicia. Talis in eo erga Deum coaluit affectus. Hinc iam lectioni ſe cœpit diuinorum voluminum mancipare, & in eruditionibus fidei diuinæ ſemetipſum haud ſegniter exercere: quoniãquidem iam & à parente in his imbui cœperat, qui ei ſenſim inter ſeculares libros, quibus in prima ætate eruditebatur, etiam noſtrarum ſcripturarum nõnulla interim legenda ſubiiciebat. Tum deinde paulatim etiã præferre hæc ſcholaribus ſtudiis commonebat. Iam inde etiam lectiones exigere per dies ſingulos, & memoriæ

Animat patrẽ ad martyrium.

Origenis inſtitutio & ingenium.

Universidad de Deusto
Biblioteca



moriæ commẽdare puerum non inuitum, imò potius erga hæc discenda promptiorem cogebat: quippe qui legens hæc, non solo simplici intellectu videretur esse contentus, sed negotia patri de scripturæ sensibus ac quæstionibus commoueret, inquirens ab eo, quid sibi videretur, ꝙ per spiritum sanctum scriptura dicitur inspirata, vel quid diuini cõsilii tegat simplicitas ista verborum? At ille simulabat quidem increpare se eũ, & vetare vltra ætatem aliquid quærere: apud semetipsum tamen incredibiliter exultabat, omnipotenti deo gratias referens, qui ei talis sobolis esse donauerit patrem. Denique frequenter dicitur dormienti puero, religiosus ac sollicitus superueniens, pater operimẽtum pectoris detraxisse, & velut dei spiritu intus incluso, pectus eius tanquam templum quoddam veneratus, & demulcens oculis abscessisse, beatum semetipsum à deo effectum, pro tantæ prolis felicitate gratulatus. Hæc & multa his similia in puerili ætate Origenis extitisse memorantur. Vt verò pater eius martyrio consummatus est, puer ipse cum matre vidua & sex aliis paruulis fratribus septimumdecimum agens ætatis annum, in summa facultatum penuria derelictus est: quoniamquidem census paternus, qui vel maximus fuerat, fisco per proscriptionẽ sociatus est. Nec tamen ei defuit omnipotentis dei prouidentia. Ob insigne nanque vel literarum, vel religionis studium, à quadam nobili & locupletissima fœmina familiariter foueri cœpit. Quæ tamen Paulum quendam Antiochiæ ortum, antiquæ hæreseos famosissimum sectatorem adoptiuum domui suæ illo in tempore habebat. In quo adolescentulus Origenes, cũ necessitatem haberet apud prædictã fœminam vnà degere, documentum iã inde à puero fidelissimæ & catholicæ suę mentis ostendit. Nam cum ad supradictum virum, velut ad magistrum & summi nominis doctorem, per dies singulos immensæ multitudines conuenirent, non solum hæreticorum, verum & ex nostris multorũ, pro eo quod eruditionis ei summa ab omnibus cederetur, nullo

Paulus Antiochenus.



nullo tamen pacto, vel pro honoris gratia, vel etiam pro necessitate coniunctionis flecti potuit Origenes, cum eo saltem in oratione cõsistere. Ita ei à prima ęta te ecclesiasticæ regulæ obseruantia honorabilis fuit, & hęreticorum societas execrabilis, sicut ipse in quodam loco operis sui ait, quia hęreticorum execranda doctrina est. Nec tamen deerat ei erga communes literas studium, in quibus pater eum eruditendum tradiderat, sed exercebatur & in his multo attentius etiam post consummationem patris. In arte nanque Grãmatica ita fuerat institutus, vt & ad docendũ plenè sufficeret, & ex hoc ei quæ ad necessitatem trãsigendæ domus videbantur necessaria, pararentur.

Origenis studia.

De eo ꝙ à puero verbum dei prędicabat. CAP. III.

VErum cum præesset auditorio, & Grammaticã doceret, sicut ipse in quibusdam scriptis suis refert, & cum ecclesiæ apud Alexandriã magisterii deesset officium: cumq; omnes deturbati persecutorũ minis & ferocitatibus aufugissent, aliquanti gentilium conueniebant ad Origenem, tunc adhuc Grammaticam docentem, audire ab eo verbum de nostra fide ac religione cupientes. Quos ille non solum ad fidem de perfidia conuertebat, verumetiam perfectæ vitę institutionibus informabat. Quorum primus extitit Plutarchus, qui per ipsum conuersus ad fidem nostram, non solum perfectę vitæ instituta seruauit, verumetiã (quæ est summa beatitudinis) martyrii consecutus est palmam. Secundus cum hoc fuit Heraclas, & natura Plutarchi frater, & meritis. Qui cum ab eo in fide nostra atque scientia, sed & vitæ purioris institutionibus ad perfectum fuisset instructus, Alexandrinæ ecclesiæ præesse post Demetrium iubrogatus est. Sed ea tempestate qua Aquila Alexandriæ atq; Ægypto præsidente, persecutionũ rabies increscebat, octauumdecimum Origenes agebat ætatis annũ. Quo in tempore perfamosissimum apud omnes, vel incredulos, vel fideles, domi forisq; nomen eius effectum est, præcipue per id, quod sanctos omnes in confessionis vincu-

An. do. 211. Professor bonarũ literarum Origenes.

Conuertit Gentiles ad Christum.

Plutarchus.

Heraclas.

An. do. 205. Aquila pręfectus Ægypti.

Origenis celebritas.

Officia eius erga martyres.

vinculis positos,non solum sermone & cohortatione perfectæ & spiritalis doctrinæ ad martyrium robora bat,verum etiam multos suis officiis ac ministeriis è vinculorum pœnis & squalore carceris subleuabat. Sæpe denique etiam ante tribunalia iudicum,& in ip sis eorum cruciatibus aderat,aduersus prophanas in terrogationes iudicum , affectu eis ac mente compa tiens,vultuq; & nutibus,si dici potest,velut firmiores eis responsiones subiicere gestiens.Sed & cum senten tiam suscepissent,eadem fiducia vtebatur,omnibus se periculis inserens,nec trepidans persequutoribus in tuētibus,extremis quoque osculis martyres salutare, ita vt nonnunquam pro his etiam impetus in eum gē tiliū fieret, sed diuina dextera cum admiratione om nium protectus euaderet. Verum nec enumerari faci le,nec referri potest,quoties,& quām crebro,imò per singulos penè dies,de quantis eum,& qualibus peri culis,dum erga prædicationem verbi dei impiger & promptus est,eadem illa diuina dextera conseruauit: quoties in insidiis positos,qui eum clām interimerēt, effugit . Et in tantum aduersum se,dum in dei opus promptus est, infidelium concitauit insaniam,vt tur mæ militum dispositæ,domum eius, in qua comma nere videbatur,obsiderent,nec tamen eum capere aut tenere potuerint,diuina protectione seruatum. Tan ta rabies contra eum mētes hominum incesserat , pro hoc solo,quod plurimos per eum videbant ad fidem nostram ab incredulitate conuerti.Et in tantum quo tidie aduersus eum persecutio cumulabatur , vt tota vrbs maxima Alexandria eum tegere non posset, sed de domo ad domum transiret, & tamen vndique fu garetur,cum postea viderēt per loca singula multitu dines plurimas per eum ad fidem dei sociari.Obtine bat autem hæc,quia non solum in verbo erat ei perfe cta doctrina,verumetiam in opere cōsummatæ disci plinæ præbebat exempla: & dicebatur (sicut aiunt) de eo,quia † hic est,qui quale habet verbum,talem ha bet & vitam: & qualem habet vitam, tale habet & verbum:

Periclitatur inter ethnicos.

Hic est, qui quale habet verbū, talē habet vitā.



verbum : quoniam quæ docet,agit: & quæ agit,hæc docet. Manifeste autem & euidenter aderat ei diuina gratia, per quam innumeros ad imitationem sui in fi dem dei prouocabat. Vnde & videns Demetrius epi scopus, quod ad ipsum præcipue doctrinæ gratia, & prædicationis verbi dei,multitudines plurimæ conuo larent,catechizandi ei, id est, docendi magisterium in ecclesia tribuit. Quod primus post Apostolos apud Alexandriam Pantęnus,secundus per ordinē Clemēs tertius administrauit Origenes,ipsius discipulus Cle mentis,qui Clemens in opere στωματέων, etiā tempo ra,in quibus libros describebat,in proœmiis designa uit, & ad finem imperii Commodi pertendit. Vnde certum est,quod Seueri tempora hæc ipsa quæ nūc ha bemus in manibus,cōtinebant. Qua tempestate etiā Iudas quidam scriptor alius,de septimanis quæ in Da niele referuntur,disseruit:qui & ipse decimum Seueri Imperatoris annum regni cōmemorat.Is etiam diuul gatam antichristi præsentiam iam iamq; æstimans im minere ex persecutionum nimietate,multorum ex no stris fidelium animos perturbauit.Igitur Origenes,in iuncto sibi à Demetrio episcopo magisterii officio, Grammaticam scholam negligere cœpit , magis se verbo dei conferens. Vtitur sanè etiam consilio nō pu erili.Bibliothecam Gentilium librorum tradit cuidā fideli amico,pactus cū eo quatuor sibi obolos ex eius pretio per dies singulos inferri,quo scilicet nec grauis esset cuiquā in sustentanda victus necessitate,nec con gregatam pecuniam domi reseruare videretur. Igitur in talibus institutis plurimum temporis exigens,vita moribus, exercitiis,per omnia Christianus philoso phus habebatur, cum & pro iuuenilibus cupiditati bus reprimendis,& pro sapientiæ profectibus capes sendis,die noctuq; artioribus se abstinentiæ constrin geret frenis,& indesinenter diuinorum librorum me ditationibus inhæreret,in abstinentia plurima, in ie iuniis indesinentibus,in vigiliis penè iugibus, ita vt si quando parū aliquid somni necessitas naturalis exi

Hoc alterius & qualē ha bet vitā, nō est in antiq exemplo.

Fit magi ster catechu menorum Pantænus.

Clemens.

Iudas de se ptimanis Danielis.

Origenes Christum docet.

Vendit li bros ethnis cos.

Christia nus philo sophus.

Qualẽ vitã gesserit.

geret,hanc ille non supra stratum, quo omnino nullo vtebatur,sed supra nudi soli dependeret superficiem. Ante omnia verò,præcepta Euangelica,& voces Saluatoris summo amore & studio implendas esse censebat:quibus præcipitur,duas tunicas nõ habendas,neque calciamentis vtendum,neque de crastino cogitãdum: quæ ille singula summa cum diligentia & fide contendebat explere,& supra vires atq; ætatem suam, secundũ Apostoli monita,in frigore & nuditate agones patientiæ desudabat. Ita cunctis auditoribus suis renuntiandi omnibus quæ possidebant,& beatæ paupertatis prębebat exempla. Erat igitur per hęc charus omnibus, & acceptus: in hoc vno tristes quàmplurimos reddens,nonnullos offendens,quod cupientes de facultatibus propriis aliquid sibi saltem victus gratia ministrare,pro districta continentiæ disciplina refutabat:cum vtique pro labore quo in verbo dei desudabat,non solum duplici secundum Apostolum, sed & multiplici honore dignus ab omnibus duceretur. Sed ille honorem sibi summum in continentia deputabat. Denique & per multos annos traditur absque omni calciamento nudis incessisse vestigiis: vini quoque vsum,cæterorumq; similium, nisi ea sola quæ vitæ necessitas deposcebat,nullum penitus habuisse,vsquequo incommodo stomachi, imò iam pene periculo cogeretur. Talibus igitur vitæ atque instituti sui exemplis informans eos, quos à gentili vita & stulta philosophia ad verã CHRISTI philosophiam sapientiamq; conuertebat,non solum in intimis animæ arcanis fidem habere docuit per hoc quod geri ab eo videbant quæ docebantur, verum etiam ad martirii eos amorem per ea quibus quotidiano roborabantur exercitio,prouocabat. Ex quibus & multi comprehensi in persequutione,palmam martyrii consequuti sunt.

## Quanti per ipsum edocti martyres facti sunt. CAPVT. IIII.

IN



IN his primus erat Plutarchus,de quo paulò superius memorauimus. Quem cùm vidisset populus ad mortem duci, & assistere ei Origenem, qui hortatu suo ad magnanimitatẽ animos eis erigeret,velut mortis eius autorem discerpere eũ penè & interficere vulgus irruerat,nisi & tunc ope diuinæ prouidentiæ è furentium manibus fuisset creptus. Post Plutarchũ martyr secundus ex Origenis discipulis efficitur Serenus. Tertius ex eius nihilominus auditoribus Heraclides martyrio coronatur. Quartus Heros neophytus. Nam superior Serenus adhuc catechumenus consummatus est. Quintus eiusdem scholæ martyr efficitur alius nomine Serenus, qui post multa supplicia pro Christo etiam capite plexus traditur. Sed & mulieres plurimæ,in quibus erat quędam catechumena,de qua ipse in quadam loco ait,quod ignis baptismum consequuta est.

Plutarchus Origenis discipulus, martyr.

Serenus.

Heraclides

Heros

Serenus.

Baptismus ignis.

## De Potamiena. CAP. V.

SEd & Potamiena famosissima fœminarum & martyrum,& ipse eius carnifex Basilides. Etenim in nostram vsque memoriam ab incolis loci perennis virtutum Potamienæ fama celebratur, quod immensos & innumeros agones primò pro virginitate & pudicitia desudauerit: deinde etiã pro martyrio exquisita atq; inaudita tormẽta pertulerit, atq; ad vltimum vnà cũ venerabili matre Marcella ignis supplicijs consummata est. Tradunt igitur Aquilam(hoc enim erat tyrãnici iudicis nomen) posteaq; crudelibus eã supplicijs lacerauerat,ad vltimũ ob insuriam & nobilitatis eius, & castitatis cõminatum esse Potamienæ,quod eã vel crudelissimis gladiatoribus, vel impudicissimis lenonibus traderet. At illã,cũ ab ea quid mallet, vel quid eligeret quęreretur,protulisse aduersum tyrannũ vocẽ liberã,quę ob superstitionẽ Romani ritus sacrilega videretur,& ideo sine mora in eã latam esse sententiam. Cumq; Basilides vnus ex his quib implere spiculatoris officiũ mos est,susceptã eã duceret ad supplicium,ac multitudo impudicorũ pariter & impiorũ Potamienę

Potamiena discipula Origenis.

Marcella

Aquila præfectus Ægypti.

Basilides carnifex.

verbis & iniuriis conaretur illudere, Basilides abigere impudentius irruentes, ac deturbare cœpit humanitatis & miserationis obtentu. At illa religiosum viri votum erga se & propositum humanitatis amplexa: Certus esto, inquit, quod cum abiero ad dominũ meũ sine mora boni huius tibi remunerationem parabo. Post hæc autem verba constanter susceptit statuta supplicia picis calidæ, paulatim per artus ac mẽbra diffusæ, & hoc modo beata virgo è terris migrauit ad cœlum. Non multis autẽ post diebus, Basilides cũ inter collegas suos ob causam quandam iuramentũ poscoretur, ait sibi non licere omnino iurare, pro eo q̃ esset Christianus, & hoc publice fatebatur. Ioco æstimatus est primo dicere: tum deinde cum constantius affirmaret, pertrahitur ad tribunal, vbi cum perseuerasset in confessione, vinculis traditur. Tum verò visitãtibus eum nostris, & causam subitæ ac laudabilis huius permutationis inquirentibus, dixisse traditur, quòd Potamiena post diẽ tertium martyrii sui, noctu assistens coronam capiti suo imposuerit, dicens, deprecatam se pro ipso dominum, & impetrasse vt secundum quod scriptum est: Qui recipit martyrem, mercedem martyris consequatur. Quibus auditis, confestim fratres signum ei dominicum tradunt, & die postera ob Domini martyrium capite punitur. Sed & aliis pluribus per illud tempus apud Alexandriã condiscipulis suis, cum quibus verbo dei in Origenis schola operam dederat, Potamiena, simile munus traditur præstitisse, assistens eis per visum, & coronas martyrii impetratas à Domino deferens. Sed de his ista sufficiant.

Basilides.

## De eo quod Origenes se castrauit. CAP. VI.

IGitur per idem tempus cum docendi officio apud Alexandriam præesset Origenes, gestum quid ab eo traditur, quod iuuenilis fortasse & minus perfecti sensus videatur, sed perfectæ fidei, ac nimiæ † castitatis indicium continens. Illud nanq; quod scriptum est in euangelio: Quia sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum dei, etiam secundum historiã implendum

Alias charitatis. Matt. 19. b

Origenes seipsum castrat.



plendum credidit, non solum castitatis obtentu. Verũ quoniam persecutionis tempore tam in publico q̃ in occulto ac secreto, & tam viris q̃ fœminis verbũ dei prædicabat: videlicet quo omnem occasionem turpis maledicti gratia infidelibus videretur excludere, dominicã vocem re atq; opere in semetipso aggressus est adimplere. Cumq; pro eo ne ab hominibus laudem quæreret, sed à deo mercedem speraret, in occulto esse voluisset, latere non potuit, sed rei gestæ indicium ad Demetrium episcopum peruenit. Isq; ingenti primo stupore admiratus est audacis animi virtutem, tũ deinde collaudans fidei eius magnitudinem vel calorẽ, & tam grande in opere dei propositum: Nunc nunc maxime, ait, cœpto operi doctrinæ & prædicationis insiste, quando aduersariis nulla obtrectandi suspicio derelicta est. Sed tunc quidem talis erat Demetrii sententia cum nihil animos incesserat, quod recti iudicii regulam in partem alteram declinaret. Postea cum vidisset adolescentis famam satis fieri claram, & magno eum domi foris q̃ præconio extolli, humanæ infirmitatis aliquid passus, opus quod ipse prius cũ ingenti admiratione laudauerat, infamare postmodum cepit. Nam quum apud Palæstinam præcipui & eminentes inter episcopos viri, id est, Hierosolymorum Alexander, & Theoctistus Cæsareæ, videntes diuinum opus eius in verbo dei, ordinassent eum presbyterum, ac summo eum sacerdotio iam iamque dignum probarent, idque dignissime factum ab omnibus laudaretur, & ne sic quidem dignus honor sapientia eius ac virtutibus in eum collatus diceretur, vehementissime momordit hic sermo Demetrium: & non inueniẽs in eum causam alterius criminis, hoc quod aliquãdo puer adhuc ille egerat, & episcopus iam iste laudauerat, postmodum criminis loco protulit, etiam in illos culpam, qui eum ordinauerant, conatus inflectere. Sed hæc postmodũ gesta sunt. Tunc porrò Origenes apud Alexandriam doctor ecclesiæ valde clarus habebatur omnibus quos fama eius ad audiendum eum conue-

Demetrius Alexandrinus epũs.

Inuidet Origeni Democrius.

nire prouocabat, verbum dei prædicans, sicut Apostolus dicit: Opportune importune, per diem per noctẽ, publicè & priuatim, velut abscisis omnibus impedimentis, liber prorsus & cum omni fiducia rem gerebat. Cum verò decem & octo annis Seuerus tenuisset imperium, Antoninus ei filius succedit: Quo in tempore quàm plurimi erant, qui in confessionibus gloriam quæsierant, Dei tamen prouidentia fuerant reseruati.

2. Tim. 4. a

Antoninus Seueri F. Cæsar. An. do. 213.

De Alexandro & Narcisso. CAP. VII.

Alexander Hierosol. An. do. 213.

IN quibus Alexander (de quo paulò ante memoruimus) confessionis titulo satis clarus, Hierosolymorum ecclesiæ subrogatur episcopus, cum superesset adhuc Narcissus, qui prius inibi functus est pontificatus officio. Verum quoniam Narcissi memoriam sermo progrediens attulit, congruum mihi videtur aliquid de eius gestis insignibus memorare, de quo ab incolis quidem loci perplurima memoriæ traduntur. Nos verò vnum opus eius memorabimus, ex quo cæteris quæ de eo narrantur, meritò fides possit adhiberi. Accidit aliquando in die solenni vigiliarũ Paschæ, oleum deesse luminaribus: cumq; id per ministros innotuisset, mœror plebi maximus fuit. Sed Narcissus fidefidens, ministris imperat haurire aquam, sibiq; deferri. Cumq; detulissent, orauit & benedixit aquam, & infundi luminaribus præcepit. Tum repente miro & seculis inaudito genere virtutis, natura aquæ in olei pinguedinem versa, splendorem luminum etiam solito reddidit clariorem. Ad fidem autem rei à plurimis religiosorum fratrum ex eodem oleo quod versum de aqua fuerat, reseruatum est, ita vt ad nos vsq; miraculi huius indicium peruenirent. Et in hoc quidẽ fidei eius ac meriti habebatur exemplum: animi verò virtus quãta in eo fuerit, alio nihilominus vno ex eius gestis opere declarabitur. Is nanque cum inter cætera virtutũ suarq; bona esset valde constantis animi, & iusti rectiq; indeclinabiliter tenax, quidam homunculi nequam male sibi conscii, metuentes ne criminũ suorum, si arguerentur, non possent effugere, vindictam, præue-

Solennis dies vigiliarũ Paschæ.

Aqua in oleũ versa.



præueniunt, & factionibus circumuenire parãt eum, cuius iudicium verebantur. Concinnant igitur aduersum eũ infame satis & noxium crimen: cõueniunt auditores: testes ex semetipsis producunt, qui sub sacramento iuramenti, quæ obiiciebantur confirmarent: quorum vnus testis, ita non igni consumeretur, vera se dicere testabatur: alius ita ne regio morbo corrum peretur: tertius, ita ne luminibus orbaretur. Et quamuis ne iuramentis quidem istis quisquam fidelium & Deum timentium crederet, eo quòd vita Narcissi & institutio ac pudicitia ab omnibus nosceretur, ipse tamen eorum quæ mota sunt, indignitatem ac molestiã non ferens, simul & secretam ad philosophicam vitã semper habere desiderans, subterfugit ecclesiæ multitudinem, & in desertis locis atque agellis secretioribus delitescit annis quàm plurimis. At non ille magnus diuinæ prouidentiæ oculus quiescit in longum, sed in impios vltionem per ea ipsa quæ sibi in periuriis statuerant maledicta, molitur. Primus nanq; ille testis, parua ignis scintilla noctis tempore domo sua succensa, cum omni genere suo omniq; familia, flammis vltricibus conflagrauit. Alius repente ab imis pedibus vsq; ad summum capitis verticem morbo regio, quo fuerat imprecatus, repletur atq; consumitur. Tertius autem priorum exitum videns, & oculum diuinum non se latuisse perspiciens, prorumpit in mediũ, & audientibus cunctis sera pœnitentia vniuersum cõcinnati sceleris ordinem pandit. Tantis autem lachrymis immanis commissi facinus deflet, & in tãtum die noctuq; perdurat in fletib⁹, vsq; quo luminibus orbaretur. Hi igitur figmẽti sui huiuscemodi pœnas dederũt.

Infimulatur crimis Narcissus.

Narcissus latitat. An. do. 206.

Vindicta dꝛ uina in testes piuros.

De episcopis Hierosolymorum. CAP. VIII.

NArcissus verò cum ita desertum petisset, ac locis semet secretioribus abdidisset, vt vbinam degeret nullus agnosceret, necessarium visum est episcopis ecclesiarũ vicinarũ, vt aliũ pro ipso ordinarẽt, cui nomẽ erat Dius: cuiq; cũ paruo tẽpore præfuisset ecclesiæ, succedit Germanion, et Germanioni Gordius: cũ ecce

An. do. 205. An. do. 208. Dius. Germaniõ Gordius An. do. 205.

subito velut rediuiuus, cœloq; redditus ex improuiso apparuit Narcissus, & rursus à fratribus ad præsidendum rogatur ecclesiæ. Multo enim vehementius erga eum amor omnium fuerat incitatus, vel pro eo quod Rom.12.d criminosis innocens cessit, vel quod secretam & philosophicam vitam dilexit, & q̃ in eo compleuit dñs dicens: mihi vindictam, ego retribuã, dicit dominus.

## De Alexandro. CAP. IX.

An.do.213. Alexander adiutor Narcissi. VErum cum ipse iam senio fessus, pontificatus ministerio sufficere non posset, Alexandrũ (de quo superius memorauimus) qui iam esset episcopus alterius loci, diuina dispensatio in adiutorium Narcissi sermonis euidentissimis reuelationibus euocauit. Is nanque Alexander ex gente Cappadocum, vbi erat præclaræ vrbis episcopus, Hierosolymam adorandi & sanctorũ locorum videndi gratia properauerat. Quem loci incolæ, mentes eorum instigante Deo, cum omni amore & officiositate suscipiunt, ac vi charitatis & dilectionis nexibus vinctum redire non sinunt domũ. Ostendebatur enim euidenter à Domino, non solum ipsi beato viro Narcisso, sed & aliis plurimis per reuelationes in plebe, vt ipsum in loco sancto episcopũ detinerent. Præterea quod supra cætera omnia magis terrificum fuit, eo die quo ingressurus vrbẽ Alexander nuntiatus est, & multitudo fratrum plurima extra portas in occursum eius egressa est, vox cœlitus manifestissime omnibus audientibus facta est, dicens: Suscipite episcopum qui vobis à Deo destinatus est. Cumq; ex his omnibus euidenter apud cunctos fuisset dei dispensatio declarata, episcopi vrbium vicinarum cõpertis omnibus quibus de eo res geri dei iudicio docebatur residere inibi eum necessario compulerunt. Ipse ergo Alexander in epistolis suis ad Antinoitas scriptis, quæ vsque ad præsens seruantur apud nos, meminit Narcissi tanquam socii & consortis in episcopatu, his ipsis verbis de eo scribens: Salutat vos Narcissus, qui ante me episcopatum huius ecclesiæ regere cepit, quiq; mecum positus, orationibus vestris centum iam & sedecim

Vox cœlestis.

Alexandri epistolæ ad Antinoitas.



cim annos vitæ suæ gerit, qui & ipse vos mecum pariter deprecatur esse cõcordes. Et de his quidem talia. Apud Antiochiam verò defuncto Serapione episcopo, Asclepiades loci illius suscepit sedem, qui & ipse vnus ex præclaro confessorum numero fuit. Meminit etiam huius ordinationis supradictus Alexander, Antiochenis scribens hoc modo: Asclepiades An.do. 213.

ALEXANDER SERVVS ET VINCTVS
Iesu Christi, beatæ Ecclesiæ quæ est apud Antiochiam, in Domino Salutem.

RELEVAVIT Dominus vincula mea, & carceris huius mei dilatauit angustias, ex eo quod comperi sanctæ ecclesiæ vestræ Asclepiadem, virum dignissimum sacerdotium susscepisse. Hanc autem epistolam indicat se per Clementem Antiochenæ ecclesiæ presbyterum transmisisse, scribens in fine epistolæ hoc modo: Hæc autem vobis Domini fratres scripta transmisi per Clementem beatum presbyterum, virum in omnibus virtutibus probatissimum, quẽ nostis etiam vos, & eo amplius cognoscetis. Cuius præsentia apud nos per dei prouidentiam procurata, & confirmauit & auxit ecclesiam dei.

## De Serapione & libris eius. CAP. X.

IGitur Serapionis episcopi eruditi viri, puto quidẽ etiam alia opuscula apud alios haberi. Ad nos autẽ illa tantummodo venerunt, quæ ad Dominum quendã scribit, qui in tempore persecutionis à fide Christi recedens ad superstitionem Iudaicam declinauit. Et ea quæ ad Pontium & Caricum ecclesiasticos viros scribit. Et aliæ nihilominus eius sunt ad alios epistolæ. Sed & ille liber venit ad nos, quẽ scribit de euangelio Petri, vbi arguit quædam falsa in eo conscripta, emendare cupiens fratres, qui erant apud Rhosum, qui per occasionem scripturæ ipsius in hæresim declinabant. Dignum tamen mihi videtur, pauca quædam de eius libello inserere, ex quibus innotescat, quæ fuerit eius de ipsa scriptura sententia. Scribit ergo in quodam loco ita: Nos enim fratres, & Petrum & alios Apostolos recipi

Serapionis Antiocheni episcopẽ opera.

Rhosos Ciliciæ.

mus sicut & Christum. Quæ autem sub eorum nomine falsa ab aliis conscripta sunt, velut gnari eorum sensus ac sententiæ declinamus, scientes quod talia nobis non sunt tradita. Ego enim cum essem apud vos, putabam omnes rectæ fidei esse inter vos, & non decurso libello qui mihi offerebatur, in quo nomine Petri conscriptum euangelium ferebatur, dixi: Si hoc est solum, quod inter vos inimicitiam simultatemq; videtur inferre, legatur codex. Nunc autem comperto, quod hi qui codicem illum legi debere asserunt, prospectu cuiusdam occultæ hæreseos hoc fieri poposcerunt, sicut mihi dictum est, festinabo iterum venire ad vos. Nos enim nouimus fratres cuius hæreseos fuerit Martianus, qui etiam sibiipsi contrarius extitit, non intelligens quæ loqueretur: quæ etiam vos discetis ex his quę scripta sunt vobis, inuestigata per nos ab illis, qui hoc ipsum Euangelium secundum illius traditionem didicerant, & successores extiterunt sententiæ eius quos nos λογικοὺς vocamus: quia in hac ipsa doctrina, illorum sunt quàm plurimi sensus & ab ipsis mutuati. Nam certum est quod plurima secundum recti rationem sentiũt de Saluatore: alia verò aliter, quæ & subiecimus. Hæc Serapion scribit.

λογικοί, id est, opinatores.

## De libris Clementis. CAP. XI.

Libri Clementis Alexandrini.

CLementis verò libri habentur plurimi, apud nos tamen hi sunt qui inueniri potuerunt. στρωματέων libri octo, quos hoc modo prætitulauit, TITI FLAVII CLEMENTIS DE VERA PHILOSOPHIA COMMENTARII SCIENTIAE στρωματῆς στρωματίας autem nos possumus intelligere, tanquam opus varie contextum. Sunt & alii eiusdem ὑποτυπώσεων libri octo, quos nos possumus Informationum vel Dispositionum nominare. In quibus nominatim Pantæni meminit, tanquã proprii magistri, & expositiones ipsius plurimas scribit & traditiones eius operi suo inserit. Est etiam liber eius Ad gentiles exhortatorius. Et alius liber qui dicitur Pædagogus. Et alius qui superscribitur

Pantænus Stoicus præceptor Clementis.

Quis



Quis est q possit saluus fieri diues. Est & alius libellus De Pascha. Et
Disputatio de ieiunio. Et
De obtrectatione. Et alius
Exhortatorius ad patientiam. Et alius
Ad Neophytos. Sed & ille qui superscribitur
(Canon) Ecclesiasticus. Item alius
De his qui Iudaicum sensum in scripturis sequuntur, quem ad Alexandrum supradictum scribit.

Opus στρωματέων qualenã sit.

In στρωματέυσι non solum ea quæ ex diuinis scripturis sumpserat sternit, sed & ea quę apud Græcos autores habẽtur. Vtile nanque ei visum est, in illo opere comparare ac conferre sibi inuicem dogmata, vel ea quæ diuinitus sancita sunt, vel quæ à sapientibus Græcorum inuẽta, vel etiam quæ cæteris barbaris visa sunt. Arguit etiam hæreticorum errores, historiam quoq; inibi plurimã texit, & ex omnibus materiã nobis erudítionis perfecte composuit. Vnde merito libros suos στρωματίας appellauit, id est, lacinioſa quadam & varia diuersitate contextos. Vtitur sanè exemplis etiam ex his libris, qui à nõnullis minime recipiendi videntur, id est, ex Sapientia quæ dicitur Salomonis, & ex Sapientia Siraç, quæ appellatur Ecclesiasticus apud Latinos. Sed & de Barnabæ & Clemẽtis epistola ponit exẽpla. Vtitur etiã de epistola Iudæ. Meminit pręterea & scriptorũ antiquorũ Tatiani cuiusdã & Cassiani, velut qui Chronica scripserint: Philonis quoq; & Aristoboli & Iosephi ac Demetrii & Eupoleni Iudæorum scriptorũ: conferẽs etiam antiquissimis Græcorum Mosea nostrũ, Iudæorum genus antiquius esse comprobat: multaq; alia instrumenta optimarum institutionũ in illo opere contexuit. Et inter cætera hoc in primo libello indicat, quod ipse nõ lõge post Apostolos fuerit, promittitq; commẽtarios se in Genesim scripturum. In libello autem quem scripsit de Pascha, confitetur extorqueri sibi à fratribus, vt ea quæ à presbyteris, id est, à successoribꝰ apostolorũ voce sibi sola tradita sunt, describeret in libris, ac posteris traderet.

Clemẽs nõ longe post Apostolos fuit.

Me-

Meminit inibi Melitonis & Irenæi cæterorumq́, quorum etiam quasdam narrationes inseruit. In libris verò ὑποτυπώσεων, id est, Informationum, vt breuiter dicam, vniuersam pariter scripturam diuinam compendiosis dissertionibus explanauit. In quibus ne ea quidē quæ apocrypha à quibusdam habentur præteriit, vt est Petri reuelatio. De epistola verò ad Hebræos ita disserit, quod manifeste Pauli sit Apostoli, scripta sit autē Hebræo sermone tanquā Hebræis: à Luca verò, qui erat Pauli discipulus, interpretata in Græcum: vnde & stilus eius magis similis videatur libello illi, quē Lucas de Apostolorum Actibus scripsit. Quod autem superscriptionem solitam inibi non habet, id est, Paulus apostolus, hoc esse rationis ostendit, quia præiudicatū Hebræis erat de Pauli nomine, ne eius dicta susciperēt: & idcirco prudēter declinasse, ne statim in principio Pauli nomine inspecto, lectio eius repudiaretur. Post pauca verò addit etiam hæc: Et sicut, inquit, beatus presbyter dicebat, quia dominus, Apostolus omnipotentis dicitur missus ad Hebræos. Pro humilitate ergo Paulus, qui ad gentes fuerat destinatus, nō scripsit semetipsum Hebræorum Apostolum, vel propter honorē Domini qui se missum dixerat ad oues Israel, vel quia gentium videbatur Apostolus. Exponit præterea idem Clemēs in ipsis libellis de ordine euangeliorum, traditionē sibi à senioribus presbyteris traditam, & dicit priora esse posita illa Euangelia, quæ de generationibus cōtinēt, id est, Matthæi & Marci. Causam verò fuisse Euangelii secundum Marcum huiusmodi: Cum Petrus Romæ publice prædicasset verbum dei, & † in spiritu ex posuisset Euangelium, auditores rogasse Marcum, qui olim iam sectator ipsius fuisset, conscribere ea quæ sciebat ab Apostolo prædicata. Cumq́ id factum Petrus postmodum cognouisset, licet fieri ipsum non iusserit, tamen factum non prohibuit. Ioannem verò postmodum dicit, cum vidisset quòd ea magis quæ secundum carnem sunt, in euangeliis haberentur, deprecatum à discipulis, scripsisse etiam quæ ad spiritum pertinent.

Opus ὑποτυπώσεων.

Clementis iudiciū de epistola ad Heb.

Christus Apostolus dei patris.

Euangeliorum ordo.

Al. idipsum

Vnde



Vnde repletus spiritu, euangelium spiritale conscripserit. Hæc Clemens. Alexander verò, de quo superius memorauimus, Clementis simul & Panteni ad Origenem scribens meminit, velut qui sibi etiam in corpore noti fuerint. Scribit autem hoc modo: Hoc enim & voluntatis Dei fuit, sicut ipse nosti, vt amicitię quę mihi à patribus fuerunt, inuiolatæ durarent, imò verò & ardentius ac robustius augerentur. Patres autē nouimus beatos illos qui nos præcesserunt, ad quos paulò post etiam nos abibimus, Pantænum dico dominū meum vere beatum, & sanctum dominum meum Clementem, qui me in multis instruxerunt: sed & si qui alii tales sunt, per quos etiā te cognoui virum per cuncta egregium, & dominū mihi & fratrem. Hæc quidem ita se habent. Adamantius autem (erat & hoc nomen Origeni) cum per illud tempus Zephyrinus Romanæ ecclesię præsideret, Romam venit, sicut ipse in quodam loco scripsit, dicens: Voti sibi fuisse, vt antiquissimam Romanorum videret ecclesiam. Vbi nō multo tempore peracto, ad iniunctum docendi officiū Alexandriam redire festinat. Ibiq́ cum omni sollicitudine & studio religioso susceptū opus explebat, Demetrio tunc episcopo non solum hortante se & consoluente, verumetiam præ se ferente quatenus fratribus diuinæ eruditionis non deesset instructio.

Adamātius Romā venit.

## De Heracla. CAP. XII.

INterea quum videret Origenes non se sufficere ad omnia, id est, vel in profundioribus & diuiniori-bus pertractandis, vel in sanctæ scripturæ explanationibus disserendis, vel etiam in eorum qui quotidie fidei addebantur instructionibus vel institutionibus adimplendis: ex quibus omnibus ne respirare quidem ei vnius saltem horæ liberū tempus dabatur, dum semper ex aliis in alia vocaretur, ita vt à prima luce vsq́ ad profundam vesperam nunquā cessaret auditorium suum, aliis accedentibus, aliis verò nō discedentibus, dum verbi dei dulcedine conligati sunt: vtilius esse ratus est segregare incipientium turbas, & vni ex discipulis

pulis suis plene iam & optime instructo viro, atq; in omnibus virtutibus, sibi probato, Heraclæ tradere, participemq; eum officii sui ac laboris assumere. Erat enim & in sermone disertissimus, & in omnibus philosophicis eruditionibus apprime institutus. Huic ergo tradendi prima elemẽta incipientibus delegat officium, sibi vero perfectorum institutiones reseruat.

Heraclas hypodidascal? Origenis.

Quantum studii fuerit Origeni erga scripturas diuinas. CAP. XIII.

Inter cætera quoque eruditionum suarum studia, ne illud quidẽ omisit Origenes perserutari & addiscere etiam Hebreæ linguæ virtutem, vt agnosceret vel ea quæ à Iudæis Hebraicis literis leguntur qualia sint, vel cæterorum interpretum qui præter Septuaginta interpretati fuerant, quanta esset æditionum diuersitas: ita vt præter istas quæ in vsu sunt Aquilæ, vel Symmachi, vel Theodotionis, inueniret etiam alias in absconditis ac secretis latentes: in quibus ne nomina quidem interpretum reperit scripta. Hoc autem solum dicit de eis, quod aliam quidem in Actiaco littore apud Nicopolim, aliam in Hiericho, atque in aliis alias repererit locis: vnde & illos famosissimos codices primus ipse composuit, in quibus per singulas columnulas ẽ regione separatim opus interpretis vniuscuiusq; descripsit: ita vt primo omnium ipsa Hebræa verba Hebraicis literis poneret, secundo in loco per ordinem Græcis literis ẽ regiõe Hebræa verba describeret, tertiam Aquilæ æditionem subiungeret, quartam Symmachi, quintam Septuaginta interpretum, quæ nostra est, sextã Theodotionis collocaret. Et propter huiusmodi compositionem exemplaria ipsa nominauit ἑξαπλᾶ, id est, sexiplici ordine conscripta. In psalterio autem, & aliis nonnullis interserit aliqua etiam de cæteris istis ęditionibus, quas quoniam sine nomine autorum repererat, sextam & septimam æditionem nominauit.

Orig. discit Hebraice. Æditiones veteristesta mẽti diuersæ.

Exẽplaria vet. test. columnatim varias æditiones complectentia.

De Symmacho interprete. CAP. XIIII.

Sciendum tamen est, quod ex istis ipsis interpretibus Symmachus Ebioneus fuerit, quæ est hæresis asserens Christum de Ioseph & Maria natum hominem purum fuisse, & legem ritu Iudaico esse seruandam, sicut iam superius memorauimus. Sed & cõmentarios quosdã Symmachus ipse conscripsit, in quibus conatur de euangelio secundum Matthæum autoritatem suæ hæreseos confirmare. Hæc ipse Origenes cum interpretatione ipsius Symmachi scribit se apud Iuliam quandam reperisse, quæ se diceret hos libros ab ipso Symmacho suscepisse.

Symmach? interpres, Hebionita fuit.

Commẽtarii Symmachi.

De Ambrosio & studio Origenis. CAP. XV.

In his & Ambrosius quidam, vir & genere & literis satis clarus, cum Valentini dogmatis sectator exisserer, secundum veritatẽ catholicæ fidei ab Origene cõuictus, & tanq; veri luminis splendore radiatus, relictis errorũ tenebris, ad ecclesiæ se catholicę lucem splendoremq; conuertit. Sed & alii plures eruditi viri, & in scientia literarũ admodũ nobiles, cum de Origene glorioſissima per oẽm locũ celebraretur opinio, certatim confluebant ad eum, vel ob certamina commouenda, vel quibus rectior inerat mentis sentẽtia ad audiendã tenendamq; veritatẽ. Innumeri etiã ab hæreticis venientes conuicti per eum & pœnitentes, ab errore cessabãt Philosophorũ quoq; opinatissimi quiq;, & qui in summo noie habebantur, tam in nostris eũ, q; in suis, magistrum incõparabilem fatebantur. Erat nanq; ei mos iste, vt si quos nostrorũ adolescentulorũ ingeniosos videret, & lectioni satis deditos, traderet eis etiam ea, quibus Philosophi velut primis elementis discentes imbuere solent, id est, vel Geometrię partes, vel Arithmeticæ disciplinæ, & si qua alia ad instructionẽ pertinẽt disputãdi. Si quãdo igitur necessitas popoſcisset, vt aliqua de libris Philosophicis explanaret, etiã ab ipsis eruditissimis in illa disciplina viris, cũ tãta admiratiõe audiebat, vt summ? apũd illos, & quasi vnus ex veteribus & primis illis autoribus philosophus haberet. Multos etiã idiotas & imperitos ad docẽdũ cohortabat, dicẽs nõ parũ ad intelligẽ-

Ambrosius Valentinianæ factiõis resipiscit, ab Origene monit?

Cõcurritur ad Origenẽ

Origenes docebat Mathematicas disciplinas

tiam scripturarum emolumenti eis conferri, si aut in liberalibus literis, aut etiam in philosophicis exercerentur. Dicebat enim hanc nostram veram esse philosophiam, cuius partes illa Græcorum, quæ vera nō est philosophia, præcepisset. Non ergo aiebat idcirco debere partes suas omittere veritatem, quia eas sibi præueniens falsitas vindicasset. Deniq; existunt testes studiorum eius plurimi etiam apud Philosophos, quorū nonnulli libros suos ad ipsum scribebant, alii autē iudicio eius comprobandos deferebant. Deniq; etiā ille qui apud Siciliam aduersum nos libros cōscripsit Porphyrius, quibus diuina volumina criminatur, cum ad explanatores eorum veniisset, nec inueniret aliquid in commentariis Origenis, cui culpam posset ascribere, ad conuitia & maledicta se cōuertit, & maculas ei infigit, omni apud nos laude dignissimas, in quibusdam quidem vera dicendo, in quibusdam autem more suo falsa fingendo. Et nunc quidem eum tanquam Philosophum miratur, nunc verò tanquā Christianum notat. Audi deniq; quibus de eo verbis prosequitur. Adhærent, inquit de Christianis loquens, ineptiis Iudaicarū scripturarum, in quibus cum absolutio vel explanatio nulla sit, ad quasdam se narrationes incongruas inconuenientesq; conuertunt, quæ non tam explanationes sint in his quæ obscura sunt, quàm laudem plausumq; differentibus conferant. Nam ea quæ Moyses agresti & simplici sermone conscripsit, diuinitus sancita, & figuris atq; ænigmatibus obtecta confirmant, atque ingentibus repleta mysteriis, inflati mente ac tumidi, obturbato in semetipsis rationis humanæ iudicio sacramenta parant, in quibus imperitus & agrestis scriptor explicare se non valet, Et post aliquanta iterum dicit: Huius autē absurdæ expositionis initium processit à viro, quem etiam ego adhuc cum essem valde paruulus, vidi arcē totius eruditionis tenentem, sicut etiam ex his quæ posteritatis memoriæ tradidit voluminibus, comprobatur: Origenes hic est, cuius ingēs gloria inter eorum magistros habetur. Hic nanq; audi-

Attende

An. do. 242. Porphyrius calūniator Christianorum.



tor Ammonii fuit, qui summam laudem inter philosophos præcessores nostros tenuit. Sed Origenes quantum quidem ad eruditionem pertinet literarum, totū penè in semetipsum transfudit magistrum. Quantum verò ad vitæ rectæ lineam & sanum propositum spectat, doctori contrarium iter abiit. Ammonius quippe quum Christianus fuisset à paruulo, & ex Christianis parentibus genitus, postquam ad ætatem sapiendi ventum est, & philosophiæ ianuam contigit, cōtinuo ad legitimum vitæ se contulit cursum. Origenes è contrario quū esset paganus & gentilibus, id est, Græcorum studiis eruditus, ad ritum religionis barbarum declinauit: quò se conferens, omne illud præclarum ingenium philosophicis literis expolitum viciauit atq; corrupit, dum vitam quidem tanq; Christianus & impius agit, doctrinæ verò & eruditionis Græcorum præfulgidum lumen ineptis & fabulosis narrationibus occupauit. Assequutus quippe fuerat omnia Platonis secreta. Institutus fuerat in libris Numenii, & Chronii, & Apollophanis, & Longini, sed & Moderati atq; Nicomachi. In Pythagoricis verò summorum virorum non eum latuere commentarii. Attigit etiā Chæremonis Stoici, & Cornuti volumina. Ex quibus omnia secreta quæcunque & mystica apud Græcos habentur assumens ritui barbaro & superstitionibus Iudaicis coaptauit, ac Philosophorum gloriam ad dogmata externa & peregrina cōuertit. Hæc Porphyrius in tertio aduersum Christianos libro scribit, in vno vera, in altero falsa commemorans. Nam de studiis & ingenii potentia supradicti viri, haud procul q̄ se habet veritas, retulit. Quod verò de superstitione gentili ad Christianorum cultum commemorat eum esse translatum, & Ammonium à Christianis ad errores paganorū delapsum, manifestissime refellitur. Origeni quippe fides & disciplina Christi ab auis atque atauis seruabatur. Nam de patre martyre paulo ante retulimus. Ammonius verò fidem Christi quod etiā inter studia integrā illibatamq; seruauerit, quoadusq;

Origenes auditor Ammonii Philosophi.

Ammonius

Origenis maioris.

vltimum vitæ spiritū exhalaret, testes sunt libri eius, qui etiam nunc habentur luculentissime de nostra religione conscripti, & præcipue volumen illud quod de Moysi atque Iesu consonantia scripsit. Sed & multa alia præclara eius opuscula, quæ ab studiosis quibusq; permagnifica habentur. Hæc autem diximus etiam inimicorum testimoniis probare cupientes, quàm mira & apud ipsos habita sit Origenis eruditio vel doctrina. Ipse verò de se respondens quibusdam qui ei pro huiuscemodi studiis obtrectabant, ita scribit: Cū verò ad verbi dei me studia conuertissem, & fama de nobis celebrior haberetur, atq; ob id nonnulli philosophorum, vel ad percontandum, vel ad obsistendum adire nos & congredi conuenirent, hæreticorum quoque quàm plurimi ad impugnandos nos excitarētur, visum mihi est, vel philosophorum vel hæreticorum dogmata diligentius perscrutari, ne ad conuincendos eos. si ignorarem quæ apud ipsos sunt, imparatior inuenirer. Hoc autem fecimus, exemplum sequētes prioris nostri apostolici viri Pantæni, qui in Græcorum studiis, & philosophiæ eruditionibus quàm maximè effloruit: sed & Heraclæ, qui nunc apud Alexādriam cathedram presbyterii adornat, quem ego apud magistrum philosophorum reperi, illis studiis aliquot iā annis operam dantem, priusquā ego omnino vel inciperem. In tantum autem nihil ex supradicto viro obtrectationis exortum est, vt etiam communem habitum quem prius gesserat deponens, philosophica assumeret indumenta, quibus vsque ad præsens vti non destitit. Libros quoq; philosophorum legere, & in his exerceri pro viribus nunquam cessat. Hæc ipse pro se querulis quibusdam respondens scribit. Per idem verò tempus cum apud Alexandriam in verbi Dei studiis exerceretur, adest vir quidā militaris, epistolas ei, & Demetrio episcopo, sed & præfecto tunc Ægypti, à duce Arabiæ deferens, cum omni velocitate & instantia Origenem illò vsque orante emitti, vt sibi de fide Christi, quam per eum clarissime prædicari frequens

Origenes cur philosophiæ & gētilibus literis operam dederit.

Pantænus.

Heraclas.

Origenes proficiscitur in Arabiam. An. do. 213.



quens nuntiabat fama, dissereret. A quibus exhortatus, abiit, edocuit, crediderunt, rediit. Post aliquātum verò tempus apud Alexandriam bello ciuili exorto, alius aliò, ipse ad Palestinæ partes secessit, & apud Cæsaream morabatur: vbi & disputandi in ecclesia, atque explanandi diuinas scripturas ei ab episcopis iniungebatur officium, & quidem necdum presbyteri sibi ordinatione collata, sicut relatum inuenimus in epistola Alexandri rescribentis Demetrio, post multum tempus hæc ipsa culpanti. Scribit autem hoc modo: Quod autem addidisti in literis tuis, quia nunquā auditum, aut aliquando factum sit, vt presentibus episcopis Laici disputent: Nescio quam ob caussam tam apertum mendacium asserere volueris: cum consuetudo hæc sit, vt sicubi inueniātur qui possint fratres instruere in ecclesia, & consolari populum, ad tractandum semper à sanctis episcopis inuitentur, sicut Euelpius à fratre nostro Neone apud Larandos, & Paulinus à Celso apud Iconium, & apud Synnadam Theodorus ab Attico. Non autem dubium est, quod & alii plurimi in aliis locis, si qui sint, qui possint opus Dei in verbo & doctrina competenter explere, ad hoc ipsum à sanctis episcopis inuitentur. Sed hæc postmodum gesta sunt. Tunc verò rursum Demetrius literas misit ad eum per electos viros diaconos ecclesiæ Alexandriam redire, & consueto operi insistere omni cum affectione deposcens.

Epistola Alexandri Hierosolym. ad Demetrium Alexādrinū An laicis disputandum presentibus episcopis.

Origenes Alexandriā reuocatur.

De episcopis qui tempore Origenis fuerunt.

CAPVT. XVI.

Florebant autem per idem tempus plurimi disertissimi in ecclesiis viri, quorum epistolas quas ad se inuicem dabant, reperimus in Hierosolymorum bibliotheca, ad nos vsq; seruatas, quam construxerat vir eruditissimus (de quo superius memorauimus) Alexāder loci ipsius episcopus. Vnde & nos (vt fateamur quod verum est) totius huius operis nostri & historiæ conscribendæ materiam sumpsimus. Erat autem inter cæteros & Beryllus scriptorum præcipuus, qui

Bibliotheca Hierosolymis ab Alexandro exstructa.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hippolytus Gaius aduersus Proculum.

& ipse diuersa opuscula dereliquit. Episcopus hic fuit apud Bostram Arabiæ vrbem maximam. Erat nihilominus & Hippolytus, qui & ipse aliquãta scripta dereliquit episcopus. Venit ad nos etiam Gai cuiusdam disertissimi viri disputatio aduersum Proculum Cataphrygam, habita in vrbe Roma præsente episcopo Zephyrino. Qui cũ argueret Cataphrygam, quod nouas sibi quasdam scripturas præsumeret, ipse inter cæteta, Pauli Apostoli tredecim esse epistolas asserit, eam quæ ad Hebræos scripta est non commemorans, quæ etiam nunc apud Latinos putatur non esse Pauli Apostoli. Verum Antonino septem annis & sex mensibus imperio consummato, Macrinus succedit: Qui cum post annum fuisset defunctus, alius Antoninus regni Romani suscepit principatum. Cuius primo imperii anno episcopatus vrbis Romæ, Zephyrinus diẽ obiit, decem & octo annis sacerdotali functus officio. Post hunc Callistus sacerdotium suscepit: quo quinq; annis administrato, post suum finem sedem dereliquit Vrbano. Post Antonini verò, Romanũ imperium q̃d ipse solis quatuor annis tenuerat, Alexander suscepit. Tunc etiam Asclepiade apud Antiochiam defuncto, Philetus in episcopatum succedit. Alexandri verò Imperatoris mater Mammæa nomine, de raris religiosa fœmina, cum de Origene fama magnifica vbiq; & celeberrima haberetur, ita vt ne principum quidem latere aures, comperta opinione viri, summo nisu gestire cœpit, quatenus sibi eius præsentia fieret, vt in literis, in sermone, in fide, in prudentia omniq; doctrina, quã cunctis in admiratione esse cernebat, per semetipsam sumeret documenta. Igitur Antiochiam, vbi per idem tempus degebat, missis militaribus viris cum omni honore & supplicatione ad se tanquã vere diuini verbi interpretẽ famulumq; Dei orat venire. Quò cũ veniisset, & quantum oportebat operis expleuisset ac temporis, omnibus rite peractis, quæ ad verbum Dei & gloriam Domini spectant, stabilesq; ac firmos in fide quos instruxerat derelinquens, præsentia quam fama longe

Epistola ad Hebræos.

Antoninus Cæsar. An.do.219.

An.do. 220. Callistus & Vrbanꝰ Romanorum pontifices.

An.do. 210.

An.do.225.

An.do. 224.

An.do. 224.

Mãmæa Alexandri Imperat. mater Origenẽ ad se vocat.



longe clarior factus ad proprias scholas Alexãdriam rediit.

## De Hippolyti libris. CAP. XVII.

Libri Hippolyti Episcopi.

IN illis diebus Hippolytus (de quo paulò ante memorauimus) inter cætera scripta sua libellum de Pascha scriptum ẽdidit. In quo cum descriptionem quandam temporum faceret de sedecim annorum in circulo, qui in paschæ ratione obseruari solet, nescio quam supputationem secutus, vniuersa tempora intra primum Alexandri Imperatoris annum concludit. Sed & alii libelli eius peruenerunt ad nos, id est, in Hexaẽmeron, & in ea quæ post Hexaëmeron scripta sunt, & contra Marcionem, & in Cantica canticorum, & in partem quandam Ezechielis prophetæ, & contra omnes hæreses. Sed & alia apud alios opuscula eius inueniri certum est. Ex illo tempore etiam Origenes conscribendi commentarios in scripturas sanctas initium sumit, compellente se Ambrosio, & multa vi precum obsecrationumq; cogente. Quiq; Ambrosius tantum studii adhibuit, vt omnia quæ in hoc opus essent necessaria affatim atque affluenter præberet. Notarios septem adhibuit, qui ei incessabiliter astarent, quiq; sibi inuicem illo penè indesinenter dictante succederent. Scriptores quoq; alios tantos. Sed & puellas apprime eruditas in scribendo totidem numero in hoc ipsum vacare fecit. Omnibus quoq; extrinsecus necessariis abundãtissime ministratis, quotidianum de illo opus verbo dei violẽtus & religiosus compulsor exigebat. Sed & ipse ex se ingens studium in eruditione verbi dei adhibebat. Vnde maxime dignus videbatur, cui istud impenderetur officii, & cui quicquid arcanum & absconditum in sacris literis tectũ est, panderetur.

Origenes incipit scribere suppeditante victum & notarios Ambrosio.

ὑγροδιώκτης

Quomodo Origenes presbyter factus sit.

## CAPVT XVIII.

An.do.233. Pontianus Romæ.

An.do.234. Zebenus Antiochiæ.

INterea Vrbanus episcopus in vrbe Roma octo annis administrato sacerdotio, Pontiano sedẽ reliquit. Post Philetum autem apud Antiochiam Zebenus ecclesiam suscepit. Quo in tempore Origenes rogatus

Universidad de Deusto
Biblioteca



Origenes apud Cæsaream presbyter ordinatus.

est ab ecclesiis quæ sunt apud Achaiam, vt illo vsque pro conuincendis hæreticis, qui inibi liberius conualuerant, peruenirent. Quò cùm pergeret, & iter necessario ageret per Palæstinam, presbyter apud Cæsaream ab illius prouinciæ episcopis ordinatur. Pro hoc autē quæ aduersus eum inhumanus liuor accenderit, & rursum pro defensione eius quæ gesserint hi qui ecclesiis præsidebant, quantaq; alia pro eo quòd in prædicatione verbi dei satis clare efflorueratmota sint, propriā quidem singula quæq; historiam requirunt. Tamen & nos in secundo libro τῆς ἀπολογίας, ex parte quadam perstrinximus, vnde facilius agnoscere potest qui scire desiderat. Interea iugi & continuato labore in explanatione diuinorum voluminum persistebat, siue Alexandriæ, siue apud Cæsaream positus, sicut ex ipsis eius in commentariis indicatur. Exponens sanè psalmum primum, designat etiam ipse qui sit canon veteris testamenti, hoc modo scribens: Non est ignorandum, inquit, viginti & duos esse libros in Canone veteris testamenti, sicut Hebræi tradunt, secundum numerum scilicet elementorum quæ apud ipsos habē tur. Et paulò post addit: Hi sunt autem viginti & duo libri: Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu Naue, Iudicum, Regnorum primus & secundus, vnus liber est apud illos, quem nominant Samuhel. Item tertius & quartus vnus est apud ipsos, quem appellant Regnum Dauid: & Paralipomenon primus & secundus in vno habentur, quem dicunt sermones dierum. Esdras primus & secundus in vno est. Item liber Psalmorum, Salomonis prouerbia, & alius, Ecclesiastes, & tertius eiusdem Cantica canticorum. Sed & duodecim prophetarum liber vnus est, Esaias propheta, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Iob, Hester.

Canon veteris testamenti.

Canō noui testamenti.

In his concludunt canonem voluminum diuinorum. Machabæorum verò libros extrinsecus habent.

De noui autem testamenti canone, in libro primo cōmentariorum secundum Matthæum hoc modo scribit: Ex traditione, inquit, didici de quatuor euangeliis



geliis, quia hæc sola absque vlla contradictione suscipi debent in omnibus, quæ sub cœlo sunt, ecclesiis dei. Ita etenim tradiderunt patres, quia primo omnium scriptum sit euangelium à Matthæo, qui aliquando fuerat publicanus, Hebraicis literis, & traditum his qui ex circuncisione crediderant. Secundum verò scriptum esse à Marco, iuxta ea quæ sibi tradiderat Petrus, de quo & in epistola sua commemorat, dicens: Salutat vos filius meus Marcus. Tertium esse secundum Lucam, quod Paulus Apostolus collaudat, tanquam his qui ex gentibus crediderant scriptum. Super omnia vero euangelium esse Ioannis. De apostolicis quoque literis ita dicit: Is verò qui idoneus factus est minister noui testamenti, non literæ, sed spiritus, Paulum dico, qui repleuit euāgelium ab Hierusalem in circuitu vsque ad Illyricum, nec ad omnes ecclesias quas docuerat scripsit, sed quatuordecim solas epistolas, & in ipsis plures breuissimas scribit. Quamuis & nonnulli de eo quæ ad Hebræos scripta est dubitauerint, pro eo quòd non videatur in ea seruari eius illa sententia, quam de se ipse pronunciat, dicens, se imperitum esse sermone. Sed ego dico, sicut mihi à maioribus traditum est, quia manifestissime Pauli est, & sem per omnes antiqui maiores nostri ita eā vt Pauli epistolam susceperunt. Si verò requiras à me, per quem sit eius sermo compositus, pro certo quidem deus viderit. Opinio tamen quæ ad nos vsq; peruenit, huiusmodi est. A quibusdā dicebatur, quod Clemens Apostolorum discipulus, & episcopus vrbis Romæ, Græco eam sermone, non tamen sensibus expoliuerit: Alii quod Lucas, qui Euangeliū scripserit, & Actus Apostolorum. Petrus verò super quem CHRISTI fundatur Ecclesia, duas tantummodo epistolas scribit, è quibus à nonnullis & de secunda dubitatur. Ioānes quoque, qui supra pectus dñi recubuit, post euangelium scripsit & Apocalypsim, in qua tamen reticere iussus est, quid septem tonitruorum voces locutæ sint. Scripsit autem & tres epistolas, è quibus duæ perbreues,

Universidad de Deusto
Biblioteca



de quibus & apud quosdam dubia sententia est. De his quidem talia.

Quomodo Heraclas apud Alexandriam susceperit sacerdotium. CAP. XIX.

An.do.233. INterea decimus erat annus supradicti principis Romanorum, in quo Origenes ex Alexandria profugus, Cæsaream venerat. Heraclæ vni ex discipulis probatissimo (de quo superius dixi) κατηχήσεως auditorium derelinquens. Non multo autem post Demetrius episcopus defunctus est, quadraginta & tribus annis episcopatu illius ecclesiæ ministrato, cui succe-
An.do.232. dit supradictus Heraclas. Per idem tempus erat in episcopis magnificus Firmilianus Cappadocum gentis vrbis Cæsareæ. Hic tantum venerationis erga Origenem scientiæ & doctrinæ gratia habebat, vt indesinenter constringeret eum secum morari. Sed & ipse derelicta ecclesia ad ipsum properabat, & vtebatur religiosa quadam vicissitudine, dum ipsum modo ad
Alexander. institutionē suę ecclesiæ illo euocaret, nūc ipse sui profectus gratia ad ipsum pergeret, & docenti ei diebus ac noctibus assideret. Sed & Alexander, quem Hierosolymorum ecclesiæ præesse supra edocuimus, &
Theoctistus Theoctistus, qui apud Cæsaream gubernabat ecclesiam, omne penè vitæ suæ tempus ad audiendum eum mancipabant, atque ipsi soli in diuinis scriptis & ecclesiastica doctrina summam magisterii concedebant.

De persecutione Maximini. CAP. XX.

An.do.237. Maximin⁹ Cæsar. ALexandro vero Imperatori post tredecim annos principatus sui defuncto, Maximinus Cæsar succedit. Qui dum odio fertur aduersum decessoris sui Alexādri domum, persecutiones commouit ecclesiis, ita tamen vt eos tantummodo qui populis præerant & doctrinæ, punire iuberet, velut qui causam cæteris huiusmodi persuasionis præberent. Tunc Origenes librum de martyrio ad Ambrosium scribit, Qui cū ad plurimos peruenisset, tanq; neruis quibusdam validissimis stabiliti, sponte se ad confessionem CHRISTI nominis



nominis offerebant. Ex quo & maximus numerus extitit confessorū, tribus annis à Maximino persecutione commota, in quibus finem & persecutionis fecit, & vitæ. Post quem Gordianus imperium suscepit. An.do. 240 Gordianus Cæsar. Pontiano verò sex annis episcopatu vrbis Romæ functo, succedit Antherus, qui cum mensem vnū non amplius ministrasset, Fabiano sacerdotium dereliquit. An.do. 239. Antherus Pont.Ro.

De ordinatione Fabiani episc. & mirabilibus quę in ea gesta sunt. CAP. XXI.

TRadunt autem Fabianum, Anthero defuncto, cum de agro reuerteretur vnâ cū amicis suis, & vniuersus ecclesiæ populus pro episcopo deligēdo in vnum coisset, atque alius de alio (vt fieri solet in talibus) conclamaret, nec tamen vulgi sententia certi aliquid obtineret, adstitisse etiam ipsum inter cæteros, scire cupientem, qui rei exitus foret. Et subito per dei prouidentiam columbam cœlitus lapsam, figuram ferentem illius, quæ in sancti spiritus imagine super Iesum descenderat apud Iordanem, supra caput adstitisse Fabiani. Ad quod spectaculum ora cunctorum, ocu losq; conuersos, & omnes velut vno spiritu cōmotos, hunc esse episcopatu dignum, per dei iudicium decreuisse: eumq; continuo cathedræ impositum, & legitimo sacerdotio confirmatū. Quod alii super huius, alii An.do. 240 super Zephyrini nomine gestum tradunt. Tunc etiā apud Antiochiā episcopo Zebenno defuncto, Babylas ecclesiæ suscepit principatum. Fabian⁹ in Ro. Pont. eligitur in⁊ dicio colūbæ.

Quanti discipuli fuerint Origenis. CAP. XXII.

APud Alexandriam verò cū Heraclas Demetrio An.do.237. successisset, auditorium κατηχήσεως, quod ab Origene susceptum tenuerat, Dionysio tradidit, eo quod & ipse vnus ex discipulis esset Origenis. Ipse autem cum apud Cæsaream moraretur, innumeri ad eum nō solum regionis ipsius viri, sed & è prouinciis procul positis concurrebāt, & derelicta patria ac parentibus sequebantur eum viam dei docentem. In quibus fuit & vir famosissimus Theodorus, ipse, qui non longe à nostra memoria nobilissimus in episcopis apud Pon-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tum Gregorius nominatur, fide & virtutibus atq; scientia per oĩa apostolicus: sed & eius frater Athenodorus, quos Origenes adolescentulos de auditorio Rhetoris retractos, studia cõmunium literarũ, in diuinam suasit philosophiam commutare. Quiq; apud eum per quinquennii tempus verbo dei operam dantes, in tantum profectum diuinæ eruditionis atq; scientiæ peruenerunt, tantumq; vitæ merito & morum cultu enituerunt, vt ab scholis eius immatura adhuc ætate ad episcopatus Ponti prouinciæ sacerdotium vterque raperetur.

## De Aphricano. CAP. XXIII.

An.do 219. Aphricani epistola ad Origenem.

PEr idem tempus erat etiã Aphricanus, vir in scripturis ecclesiasticis nobilis. Huius epistola fertur ad Origenem scripta, obiicientis ei vel proponentis, quod historia Susannæ, quæ in Daniele scripta est, ficta videatur, & aliena á scriptura prophetica. Cui Origenes magnificentissime rescribens, asserit nequaquã Iudæorum commẽtis & fraudibus auscultandum, sed hoc solum pro vero habendum in scripturis diuinis, quod septuaginta interpretes transtulissent: nam id esse solum quod autoritate Apostolica confirmatum sit. Venerunt ad nos etiam alia supradicti scriptoris Aphricani opuscula, & maximè Chronica valde diligenter studioseq; cõposita. In quibus cõmemorat se Alexandriam properare, Heraclæ opinione celeberrima prouocatum, quem & in diuinis, & in philosophicis studiis, atq; omni Græcorum doctrina instructissimum, fama loqueretur, quemq; inibi episcopatus officium suscepisse superius memorauimus. Idem quoq; Aphricanus scribit ad Aristidem quendam, de ea quę videtur euangeliorum dissonantia, & quur Matthæi & Lucæ in generatione Christi feratur diuersa conscriptio: vbi ostendit euidentissimã vtriusq; consonantiã sicut iam in primo libro huius operis edocuimus. Per idẽ tẽpus Origenes triginta cõmentariorũ libris in partem quandam Esaiæ Prophetæ æditis, in Ezechielem viginti & quinque Athenas proficiscens consum

Aphricani Chronica.

Aphricanꝰ ad Aristidẽ de euangeliorũ dissonantia.



summare se memorat, vbi & quinque libros primos in Cantica canticorum scribit. Alios autem quinq; regressus Cæsaream consummauit. Sed nunc non opus est opuscula eius enumerare, quæ penè innumerabilia sunt, cum id in eo opere fecerimus, vbi beati Pamphili vitã descripsimus, referentes quanta ab eo antiquorum scriptorum volumina, & præcipue Origenis, bibliothecæ Cæsariensi (quem ille præcipuo & nobili studio composuit) consecrata sint. Si quis ergo nosse vult, quanta Origenis volumina in manus nostras venerint, inde sumat indicium. Nunc autem ad historiæ nobis ordinem properandum est.

Origenis cõmentarii in sacras literas.

Li. Eusebii de vita Pãphili.

Bibliotheca Cæsariensis.

## De Beryllo. CAP. XXIIII.

An.do 239. Berylli impium dogma.

BEryllus, de quo paulò ante memorauimus, Bostrenæ vrbis Arabię episcopus, ecclesiasticam docendi regulam violare conatus, peregrina quædam & aliena á veritate docere cœpit, asserens dominum & Saluatorem nostrum, neq; extitisse ante carnis natiuitatem, neq; propriam deitatis habere substantiam, sed hoc solum, quod paterna in eo deitas habitaret. Pro quo quàm plurimi episcopi congregati, disceptationes cum eo non minimas habuere. Sed inter cæteros Origenes magnoperè exhortatus est venire in conflictum viri. Isq; primo sensim cum eo disputans, quid sentiret, diligentius perscrutatur. Quo comperto, continuo quid absurdi inesset huiuscemodi sensibus, & quid impietatis talia asserentem consequeretur, ostendens, abiicere ac respuere male conceptum suasit errorem, & redire ad fidem veram sanamq; doctrinam. Quodq; penè in caussis talibus inauditum est, ita errorem ab ecclesia depulit, vt emendaret, non perderet erroris autorem. Denique fertur etiam nunc descripta ipsa disputatio Origenis & Berylli, quæ per semetipsam præclari operis eius indicio est. Sed & multa alia eius similia ad nos gesta dictaq; satis clara & magnifica peruenerunt, quæ nos vel literis ipsius, vel maiorum relatione cõperta, nunc interim pro historiæ brevitate præterimus. Quæ tamen agnosci possunt ex ea quæ

Disputatio Origenis et Berylli Apologia Pam. & Eusebii pro Origene.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ea quæ scripta à sancto Pamphilo martyre apologia pro ipso vnà mecum. Quam ad cohibẽdos querulos, inuicem nos iuuantes communi studio ac labore conscripsimus.

De Philippo Imperatore. CAP. XXV.

An.do.246 AT Gordiano, cum per sex annos Romanum gubernasset Imperium Philippus vnà cum Philippo filio succedit. De hoc traditũ nobis est, quod Christianus fuerit, & in die Paschæ, id est, in ipsis vigiliis, cum interesse voluisset, & communicare mysteriis, ab episcopo loci non prius esse permissum, nisi confiteretur peccata sua, & inter pœnitentes staret: nec vllo modo copiam sibi mysteriorum futurã, nisi prius per pœnitentiam culpas, quæ de eo ferebantur plurimæ, diluisset. Ferunt igitur libenter eum quod à sacerdote imperatum fuerat suscepisse, diuinum sibi inesse metum, et fidem religionis plenissimam rebus atque operibus comprobando.

De Dionysio Episcopo. CAP. XXVI.

An.do.248. Dionysius Alexandrinus episcopus. HVius tertio imperii anno Heraclas apud Alexandriam sexto anno episcopatus sui diem obiit, locumq; sacerdotii Dionysius suscepit. Quo tempore sexagesimum agens Origenes ætatis annum, postea quam & vsu & periculis, & laboribus, plurimum fiduciæ in verbo dei acceperat, permisisse fertur ea, quę ex tẽpore in ecclesiis disserebat, à notariis excipi: nec ante vnquam dedisse hanc copiam, nisi cum id sibi & vitæ grauitas, & ætatis maturitas, & multæ experientiæ concessit autoritas. Tunc aduersum Celsum quendam Epicureum philosophum, qui contra nos libros conscripserat, octo voluminibus respondit. Tunc & in Euangelium secundum Matthæum viginti quinq; Commentariorũ libros ædidit, & in duodecim Prophetas quàm plurima commentatus est. Ex quibus ad nos vsque viginti tantum & quinq; volumina perue nerunt. Sunt eius ad imperatorem Philippum epistolæ, & ad vxorem eius Seueram absq; vllo adulationis fuco scriptæ. Scribit & ad Fabianũ vrbis Romæ epi-

Origenis cõmentarii & scripta.

scopum,



scopum, & ad alios quàm plurimos ecclesiarum principes de catholica fide sua. De quo euidentius in sexto Apologiæ nostræ pro ipso volumine comprehendimus. Sunt & aliæ eius epistolæ ad diuersos scriptæ, quarum nos interim centum numero inuenire potuimus, atq; in libros digestas memoriæ tradere.

De Arabum discessione. CAP. XXVII.

EA tempestate in Arabiæ partibus extiterunt quidam assertores dogmatum peruersorum, dicentes animas hominũ per mortem cum corporibus interire pariter & corrumpi, rursum verò in tempore resurrectionis cum corporibus suscitari. Ad quem morbum ab ecclesia depellendum, cum ingens episcoporũ concilium conuenisset, iterum Origenes rogatur ab omnibus interesse, & facere sermonem. Cumq; coram omni sacerdotum concilio disputaret, tam magnifica fuit eius oratio, vt omnes eos quos noui dogmatis error inuoluerat, ad fidem rectam, & sensum catholicum reuocaret.

An.do.247. Error super morte animarũ cum corporibus in quem neoterici quidam cecidere runt.

De hæresi Elcesaitarum. CAP. XXVIII.

EXtitit etiam alia hæresis per illud tempus, quę dicitur Elcesaitarũ. Quam ille statim vt visa est apparuisse, restinxit. Facit autem eius mentionẽ, quum de octogesimo & secundo Psalmo in ecclesia disputaret, hoc modo dicens: Venit quidam in his diebus, qui sibi magnum aliquid & supra cæteros sapere videretur, asserere volens quędam impia & absurda, defendens hæresim quandam Helchesaitarum, quæ nuper exorta est. Et tamen quæ sint quæ ipsa hæresis asserat, indicabo vobis, ne cui forte vestrũ surrepat ignaro. Isti ergo quædam de scripturis sanctis refutant, & rursum vtuntur testimoniis de nouo & veteri testamento quibus volunt. Apostolum tamen Paulum ex integro respuunt, & asserunt, quod in persequutionibus si quis negauerit, nihil criminis habeat, pro eo qđ is qui fixus est in corde suo, etiam si ore negauerit pro necessitate, corde tamen in fide permanet. Hæc asserunt, & librum quendam circumferunt, quem dicunt

An.do.247. Origenes hæresim Helchesaitarũ restinguit.

Helchesaitę

de cœ-

de cœlo lapsum,cuius verba si quis audierit,remissiõ nem accipiat peccatorum, aliam præter illam quam Christus dedit.

## De Decio. CAP. XXIX.

An.do.251. Decius Cæsar. INterea Philippo septem annis principatu adminis strato, Decius succedit. Qui pro eo quod infestus esset Philippo,persecutionem ecclesiis suscitat.In qua Fabianus in vrbe Roma martyrio coronatus, sedem

An.do.251. sui episcopatus Cornelio dereliquit.In Hierosolymis verò Alexander episcopus rursum pro confessione Christi iudici sistitur, & vinculis carceris traditur. Quiq; cum longæuę ætatis veneranda canicie præfulgeret,posteaquam frequenter passionibus suis & cruciatibus glorificauerat dominum,dum de vinculis ad tribunal,& â tribunalibus reuocatur ad vincula,inter ipsa vicissim sibi succedentia tormenta defecit. Huic

An.do.252. in sacerdotio Mazabbanes succedit. Apud Antiochiam verò similem per omnia Babylas Alexandro, post confessionem,glorioſæ vitæ finem sortitur in vinculis. Post quem Fabianus episcopatus officium su-

An. do.252. scepit.Sed in hac persequutione quãta aduersum Origenem gesta sint, quibusq; contra eum pessimus dæmon artibus cum vniuerso exercitu suo,& quanta cõtentione pugnarit, vtq; super omnes cæteros qui per illud tempus pro Christi nomine tenebantur, nouas cruces,noua pœnarum genera, ac seculis omnibus inaudita tormẽta pertulerit, vtq; pro eo quod in doctrina fidei & veritatis opinatissimus videbatur, omnia aduersus eum dæmoniaci furoris arma commota sint, & ignibus intentatis, ita vt mille mortibus vexatus sit,nec tamen vna ei quam exoptabat accideret:quiq; exitus eum susceperit, persequutore summo studio id gerente,vt nec interitus præstaretur, nec pœna cessaret: & quales postmodum de his ipsis epistolas scripserit,q; omni miseratione & lachrymis plenas,ex ipsis manifestius quę scripta sunt,integram qui agnoscere cupit,horum notitiam sumet.

De



## De passionibus Dionysii. CAP. XXX.

An.do. 248 Dionysius Alexandrinus. DIonysius verò Alexandrinus episcopus per illud tempus, sicut ex ipsius epistolis verissime comperimus,in multis sæpe confessionibus satis clarus efficitur, & pro passionum tormentorumq; diuersitate magnificus. Deniq; refertur,insectantibus se quibusdam,respondisse: Quid insectando laboratis? Caput meũ,pro quo magnopere fatigamini,auulsum ceruicibus sumite, & donum magnum ad tyrannum referte.

## De martyribus qui apud Alexandriam passi sunt. CAP. XXXI.

An.do.252. Epistola Dionysii Alexãdrini ad Flauianum Antiochenum SEd & idem ipse ad Fabianum Antiochenum episcopum scribens, de his qui sub Decio apud Alexandriam agones martyrii desudauerant, hoc modo refert: Nõ ex præcepto (inquit) Imperatoris apud nos persequutio sumpsit exordium, sed anno integro principalia præuenit edicta minister dæmonum, qui dicebatur in ciuitate nostra diuinus, superstitiosum contra nos exagitãs vulgus. A quo multitudo succensa,nihil aliud q; piorum sanguinẽ sitiebat.Primo ergo religiosum quendam senem Metranum nomine corri-

Metranus An.do.251. pientes,iubent impia verba proferre.Quod ille facere cum recusaret,omne corpus eius membratim fustibus collisertit,vultumq; & oculos acutis calamis terebrantes,extra vrbem cum cruciatibus eiecerunt,ibiq; quod in eo supererat spiritus, lapidibus eiecerunt.

Cointha. Post hæc mulierem quandam nobilem Cointham nomine,ad idola perducentes adorare cogebant:recusantem,imò potius execrantem, vincula pedibus innectentes, & per plateas totius ciuitatis trahentes, fœdo horrendoq; supplicii genere discerpunt.Dehinc omnes simul irruerunt per domos seruorum dei, diripientes & euertentes, atque hostili crudelitate cuncta fœdantes, ita vt preciosioribus quibusque direptis, si qua alia viliora repererant, in vnum congregata igni in plateis cremarent. Nostri tamen direptionem hanc bonorum suorum (sicut Apostolus de illis dixit antiquis) cum gaudio susceperunt.

Sed

Apollonia virgo martyr. 251.

Sed & admirandam virginem longæuæ ætatis Apolloniam nomine quum corripuissent, dentes primo ei omnes effoderunt, congestis deinde lignis extruxerũt rogum, comminantes viuam se eam incensuros, nisi cum ipsis pariter impia verba proferret. At illa vt rogum vidit esse succensum, paululum quid in semetipsa molitur, repente verò se è manibus proripuit impiorum, atq; in ignem quem minabantur, spõte prosiliit, ita vt perterrerentur etiam ipsi crudelitatis autores, quod promptior inuenta est ad mortẽ fœmina, quàm

Serapion.

persecutor ad pœnam. Serapionem quoq; domi suæ repertum, crudelissimis affecere suppliciis, ita vt omnes ei iuncturas membrorum prius soluentes, de superioribus eum præcipitarent. Nullum nostris iter erat per

Nõ erat tutũ Christianis exire in publicũ tẽpore persecutionis.

viam, nullius plateæ transitus indulgebatur, neq; die neq; noctu procedendi vsq̃ libera erat facultas. Vt enim quis nostrorũ apparuisset in publico, statim clamor vulgi & seditio nascebatur, vt vel pedibus traheretur qui visus esset, vel igni succenderetur. Verum cum hęc mala per dies singulos augerentur, subito inter ipsos persequutores rabies quædã belli ciuilis exarsit, & dum inter se seditionibus prælijsq; decertant, interim nobis paululum licuit respirare. Sed non in longum venia fuit. Continuo nanq; crudelissima principum mittuntur edicta, quibus tanta aduersum nos ferebatur immanitas, vt secundum quod prædictum est à domino, si fieri potest, scandalizarẽtur etiam electi. Ex quo perterritis penè omnibus, quidam ex ipsis nobilibus se sponte impiis actibus ingesserũt. Alii

Negatores.

conuenti tantummodo, nonnulli à domesticis prodi ti, ad sacrificia execrãda, & ad immundas hostias properabant. Aliqui ex his pallentes & trementes, vt magis immolari ipsi, quàm immolare idolis viderentur, ita vt etiã ab inspectante vulgo irriderentur, eo quod & ad moriendum, & ad sacrificandum iuxta meticulosi viderentur. Alii sane tam impudenter ad aras prosiliebant, vt & affirmare niterentur, se nunquam Christianos fuisse. Hi erãt de quibus prædixerat dominus:

Quo-



Quoniam pecunias habẽtes, difficile saluabuntur. Cęteri verò aut istos sequebantur in præceps, aut certe vertebantur in fugam. Ex quibus nonnulli comprehensi, & in carcerem missi, alii ad primam statim iudicis faciem negauerunt fidem, aliquãti paululum supplicijs toleratis ad vltimum deciderunt. Hi verò qui beati effecti sunt, tanquam columnæ fortissimę domini ipsius spiritu confirmati, pro fidei suæ meritò virtute à domino percepta, admiranda deo & angelis martyrii sui spectacula præbuerunt. Quorum primus ve-

Mat. 10. c
Mar. 10. b

Iulianꝰ podagricus martyr.

nerabilis Iulianus podagrâ constrictus, ita vt neq; incedere, neque stare posset, cum his qui eum in sellula portabant, offertur. Quorum vnus quidem statim negauit. Alius verò nomine Eunus, cum Iuliano sene in

Eunus.

domini Iesu Christi cõfessione perdurat. Quiq; iubentur camelis impositi, per omnem circunduci ciuitatẽ, & flagris hinc inde verberantibus, populo inspectante laniari, vsquequo finem vitæ in ipsis verberibus ponerent. Sed vir quidã militaris cum assisteret, & quosdam volentes etiã mortuis illudere cadaueribus prohiberet, clamor repente aduersum eum totius vulgi

Militaris vir.

extollitur: offertur iudici fortissimus miles iam domini, & nusquam se inferior factus, in confessione persistens, capite pro pietate damnatur. Alius quidam vir nominis sui Macarius, gẽte Libycus, cum multis verbis à iudice ad negandum suaderetur, & eo maiore cõstantia fidem suam profiteretur, viuus ad vltimum iubetur exuri. Epimachus quoque atq; Alexander, cum

Epimachus Alexander.

multo tempore & in vinculis & in cruciatibus carcere torti, etiam frequenter diuersis suppliciis confecti, perdurassent in fide, ignibus ad postremum consumi iubentur. Sed & mulieres cum ipsis quatuor. In quibus Ammonaria sancta virgo: aduersum quam iudex summa contentione vtebatur, & immensis eam atq; exquisitis cruciatibus affligebat, eo maxime, quod eius sententiam vincere cupiebat, quam laudabili voce decreuerat, nihil se prorsus eorum quæ sibi contra fas imperabantur acturam: quæq; statuti sui tenax, ad

Universidad de Deusto
Biblioteca



Mercuria Dionysia Ammonaria alia Heron, Arsinus, Isidor⁹ Dioscorus puer. An.do.251.

vltimum capite punitur. Secũda vero fuit virgo, Mercuria nomine. Anus venerabilis, & fœcundissima in filiis, sed quos non prætulit Christo, Dionysia, & alia Ammonaria, Quę dum nimia vtuntur cõstantia apud iudicem, & ille vinci erubesceret à fœminis, inauditis tormentorum generibus toleratis, finem omnium ferro cædente suscipiunt. Heron quoque, & Arsinus, & Isidorus Ægyptii, cum puerulo annorum quindecim Dioscoro, iudici offeruntur. Et primo omnium pueru lum Dioscorum tanquam pro ætate facilem flecti, ante verbis, post etiam verberibus agit. Quem cùm in nullo sibi cedere videret ferocius eum cruciare contendit. Tum deinde cæteros variis tormentis dilanians, cum pari modo constantia fidei videret armatos, tradi ignibus iubet. Dioscorum verò puerum, quod si bi constanter & sapiẽter in omnibus respondisset, admiratus, differri præcepit, sperans eum pro ætate pœnitudinem gesturum. Quod non tam tyranni miseratione, quàm domini prouidentia ita gestum est. Nunc enim nobiscum est Dioscorus, à deo nobis concessus ad consolationem & firmamentum populi sui. Nemesius quoque etiam ipse Ægyptius, primo per calumniam quasi latro delatus est. Quo crimine abluto, post hæc quod Christianus esset, defertur. In hoc verò nulla à iudice moderatio reseruatur, sed geminatis suppliciis excruciatum cum latronibus iussit incendi, ignorans quod crudelitate sua optimo martyri Saluatoris similitudinem detulit, qui pro salute humani generis vnà cum latronibus pertulit crucem. Turma autem quædã in vnum conuenerat militum, inter quos Ammon, & Zenon, & Ptolemæus, & ingenuus & grandæuus Theophilus. Qui tribunalibus astantes, cum quidam Christianus à iudice torqueretur, & iam penè ad negandum declinaret, dirumpebantur intra semetipsos, & vultu, oculis, ac nutibus, velut erigere conabantur illum, qui in suppliciis positus trepidabat. Interdum etiam manus protendere, ac totius reliqui corporis motibus ac habitu diuersè inclinati, tanquã sub-

Ammon Zenon Ptolemęus Theophil⁹. An.do.251.



subleuare lapsantis animos gestiebant. Conuersi verò ad eos omnes, & quid de semetipsis profiterentur, ex eorum motibus agnoscentes, prius penè quàm in eos vulgus clamoribus insiliret, ipsi in medium prorumpunt, ac sese Christianos esse testãtur. Tunc verò versa vice ex eorum confidẽtia persecutoribus terror, nostris cõstantia animi accrescit: dum hi qui per tormenta vinci putabantur, sponte se cruciatibus offerunt, & ab his quod illi pro terroribus inferebant, velut pro quadã specie voluptatis expetitur, deo ita triumphante per sanctos suos. Sed nec Scirionis opus memorabile, fas est silentio præterire. Is nanq; cum rem cuiusdã potentis sub mercede procuraret, iubetur ab eo idolis immolare. Recusans, cogebatur iniuriis persistens, rursum blandiciis mulcebatur. Cum verò vtrunque contemneret, præacuta fude validissime transuerberatus per media viscera, neci traditur. Quid verò memorẽ, quantæ multitudines in desertis & in montibus oberrantes, fame, siti, frigore, lãguore, latronibus, bestiisq; cõsumptæ sint? qui omnes imitati electos dei prophetas, gloria martyrii coronati sunt. Denique & venerandus senex Chæremon (episcopus hic erat vrbis Ægypti, quæ dicitur Nilopolis) cùm ad Arabicum montem vnà cum grandæua coniuge discessisset, nulli vltra apparuit. Et cum ad perquirendum eum pluriumi fratrum frequentissime processissent, perscrutatis omnibus locis, nec ipsos vltra quisquã, neq; corpora eorum potuit inuenire. Hæc autem nõ frustra comme moraui frater charissime, sed vt scias quanta apud nos à sanctis martyribus ad dei gloriam gesta sint.

Conuersi oẽs & agnoscentes, pro cõuersis omnibus & agnoscẽtibus.

Scirion

Chæremõ.

De his quæ scribit Dionysius. CAP. XXXII.

ET post pauca addit etiam hæc, dicens: Isti igitur diuini martyres, qui cum Christo in cœlestibus sedent, & regni eius participes sunt atque iudices, qui cum ipso de lapsis fratribus iudicãt, isti (inquam) ipsi susceperunt lapsos, & pœnitentiam conuersionemq; eorum non respuerunt, scientes quod deus noster, cuius ipsi erant martyres, non vult omnino mortem

De lapsis fratribus.

morientis,sed conuersionē eius & pœnitentiam quæ-
In oratione & cibo. rit.Si ergo isti receperunt quosdam, & in ecclesia sta-
tuerunt, in oratione quoq; eis & in cibo communica-
uerunt,quid nos facere vultis fratres? Quid nobis agē
dum putatis? Nōne sequi nos eorum sententias & iu-
dicium conuenit, atq; erga eos quos illi miserati sunt,
non existere crudeles & truces? Non puto quod expe
diat nobis sententias eorum in irritum reuocare,mise
rationes infringere,benefacta turbare,& recte religi
oseq; instituta violare.

De Nouato. CAP. XXXIII.

An.do.256. HAec Dionysius de lapsis faciens sermonem. Quo
tempore Nouatus Romanæ ecclesiæ presbyter,
elatione quadā tumidus, spem penitus eis salutis ade-
merat, etiam si digne pœnituissent. Ex quo & prin-
ceps hæreseos extitit Nouatianorum, qui ab ecclesia
separati,superbo nomine semetipsos καθαροὺς, id est,
Nouati opi nio de lap sis. mundos appellarunt. Ob quam rem concilium sacer-
dotale celeberrimum in vrbe Roma congregatū est,
Nouatiani Cathari. episcoporum quidem sexaginta numero,presbytero-
rum quoq; totidem,cum diaconis plurimis. Præterea
etiam per singulas quasq; prouincias de hac re magna
deliberatione habita, decretis significatur quid facto
Concilium Romæ. opus esset. Statuitur ergo,Nouatum quidem cum his
qui eum mentis elatione tumidum sequerentur,quiq;
ad inhumanam istam, & nihil fraternæ charitatis ser-
uantem sententiam declinarent,alienum esse ab eccle-
sia:eos verò qui lapsi in certamine fuerāt fraterna mi-
seratione curandos,& fomentis pœnitentiæ medican
dos. Scribit de hac re & Cornelius vrbis Romæ epi-
scopus ad ecclesiam Antiochenam,indicans Fabiano
eius episcopo, quid statuerit in vrbe Roma concilīū
congregatum,quid etiam Italis,Afris, cæterisq; occi-
Cyprianus. dentalibus visum sit.Cyprianus verò de his librū ma
gnificentissime scriptū ædidit,in quo & lapsos ad pœ-
nitentiam cohortandos, & contradicentes alienos es-
se â Christi visceribus statuit.Extat autem & alia epi
stola Cornelii ad Fabianū Antiochiæ episcopum scri
pta,



pta,edocens singula quæq; de Nouato,quis,qualis fu
erit vel vita,vel moribus,et quomodo ab ecclesia dei
declinauerit.In qua refert,quod episcopatus cupidita
te, quam intra se latenter gerebat,in hæc omnia deci-
derit: ex eo autem maxime elatus sit: quod quosdam
de confessoribus viros optimos inter ipsa initia sibi
socios assumpserit. In quibus fuit Maximus quidam
presbyter Romanæ ecclesiæ, & Vrbanus, qui secun-
do confessores extiterant: sed & Sidonius,& Celeri-
nus,qui valde clari in confessoribus habebantur, eo
quod omnia tormentorum genera superauerant. Sed
isti, inquit, cum diligentius perspexissent agere eum
cuncta fraudibus,& dolis,mendaciis atq; periuriis,et
quia bonitatem ad hoc solum simularet, vt deciperet
ignorantes,relicto eo,vel potius execrato, ad ecclesiā
cum magna satisfactione reuertuntur,& præsentibus
episcopis ac presbyteris, sed & laicis viris,primo qui Confessio publica.
dem errorem suum,tum deinde illius fraudes ac falla-
cias confitentur. Addit præterea etiam hæc in epistо-
la,quod cum semper fratribus iurare solitus sit,episco
patum se omnino non cupere,subitò & improuiso ve
lut nouum plasma episcopus apparuit: scilicet qui di-
sciplinam & statuta ecclesiastica vendicabat, etiā epi
scopatum quem non â deo acceperat,presumebat. Tri
bus nanq; episcopis simplicissimis hominibus & om-
nium ignaris,de remota Italię parte adhibitis,imò po
tius subtili ab eo circumuentione deceptis, imagina-
riam magis quàm legitimam ab his extorquet manus
impositionem.Ex quibus tamē vnus continuo ad ec-
clesiam redit,confessus peccatum suum,& in commu
nionem laicam populo etiam pro hoc interueniente
susceptus est. In locum verò reliquorum duorum qui
Nouato manus imposuerant, ordinati sunt alii episco
pi,& missi.Is ergo qui Euangelium vendicabat,nesci
ebat in ecclesia catholica vnum episcopum esse debe-
re, vbi videbat esse presbyteros quadraginta & sex,
diaconos septem,subdiaconos septem,acolythos qua
draginta & duos, exorcistas & lectores cum ostiariis

Universidad de Deusto
Biblioteca



quinquaginta & duos, viduas cum indigentibus mille quingentas, quos omnes deus alit in ecclesia sua.

Nouatus fuit baptizatus in lecto, Tales olim vocabant Clinicos.

Addit autem etiam hoc, quod idem ipse Nouatus in iuuentute spiritu immundo vexatus sit, & cùm tempus aliquantum consumpsisset apud exorcistas, ægritudinem incurrerit grauem, ita vt desperaretur, & qd iacens in lecto, pro necessitate perfusus sit, nec reliqua in eo quæ baptismum subsequi solent, solenniter adimpleta sint, nec signaculo chrismatis consummatus sit, vnde nec spiritum sanctum vnquam potuerit promereri. Deniq; inquit, cum priuata quadam gratia diligeretur ab episcopo, & vellet eum ordinare presbyterum, clerus verò omnis, & quamplurimi ex laicis prohiberent, dicentes, non licere clericum fieri eum, qui in necessitate positus in lecto gratiam consecutus sit: episcopum ab omnibus specialem gratiam poposcisse, vt sibi hoc de isto vno concederetur. Scribit etiam de ipso, quod persecutionis tempore, quum in cellula quadam lateret, & à diaconis, vt moris est, subuenire in exitu catechumenis rogaretur, timens procedere, denegauit se esse presbyterum: & quod sacramenta diuidens populis, accipientium manus teneret, nec prius permitteret sumere, quàm sibi per ea quæ vnusquisque tenebat in manibus, iuraret, quod nunquam, se relicto, ad Cornelium remearet. Hæc & multa alia huiusmodi Cornelius de vita & moribus, ac prophanis eius actibus scribit.

Tempore Nouati etiã laicis eucharistia dabat in manus, quod ecclesia post mutauit.

## De Serapione. CAP. XXXIIII.

Dionysius ad Fabianũ Serapion non potuit mori nisi perceptã eucharistiã.

DIonysius verò de hoc rescribens ad supradictum Fabianum, intexuit etiam quandam historiam dignam memoria, dicens, Serapionem quendam fuisse apud Alexandriam, vnum ex his qui lapsi sunt, eundemq; sæpe deprecatum, vt susciperetur, nec tamẽ impetrasse. Oppressum deinde hunc esse ægritudine, ita vt triduo iam sine voce prorsus iaceret: paululum verò quarta die respirantem, vocasse ad se filiam suam, & dixisse: Quousq; me detinetis? Quæso vos, cito aliquis presbyterum roget, vt possim aliquando dimitti. Et



ti. Et quum hæc dixisset, rursum sine voce permansit. Abiit cursu puer ad presbyterum noctis tempore: infirmabatur presbyter, venire non potuit: tamen quia præceptum fuerat à me, vt lapsis in exitu nemo reconciliationis solatia denegaret, & maxime his, quos prius id rogasse constaret, parum eucharistiæ puero qui ad se venerat dedit, quod infusum iussit seni præberi. Regrediente adhuc puero, antequam regrederetur domum, rursum Serapion respiciens: Redisti, inquit, fili? Et licet presbyter venire non potuit, tu tamen imple quod tibi præceptum est, vt possim discedere. Cumq; esset completa solennitas, velut catenis quibusdã vinculisq; diruptis, lætiorem iam spiritum reddidit. Ex quo, inquit, constat certissime, huius boni auxilio nullum debere fraudari. Scribit etiam ipsi Nouato Dionysius epistolam, cuius exemplum inserere his dignum putaui.

Parum eucharistię puero datur ad patrẽ deferendum.

## De his quæ ad Nouatum scribit Dionysius. CA. XXXV.

DIONYSIVS NOVATO FRATRI SALVTEM.

SI inuitus, vt ais, in hoc venisti, ostendes in eo si desinas volens. Oportuerat quidem etiam pati omnia, pro eo ne scinderetur ecclesia dei. Et erat non inferior gloria, sustinere martyrium ne scindatur ecclesia, quàm est illa, ne idolis immoletur: imò secundum meam sententiam, maius hoc puto esse martyrium. Ibi nanque vnusquisque pro sua tantum anima, in hoc verò pro omni ecclesia martyrium sustinet. Sed nunc siue tu suadere, siue etiam cogere potes fratres redire ad concordiam, maius tibi erit emendationis meritum, quàm fuerat culpa commissi: quia illud iam non imputabitur, hoc etiam laude dignum ducetur. Si verò illi in incredulitate permanserint, saluans salua animã tuam. Vale. pacem desiderans, quam tibi imprecor.

Hæc eadem etiã Nouatianis scripsit. Dedit & ad Ægyptios epistolam de lapsorũ pœnitentia, in qua & regulam eis statuit pœnitendi. Sed & multa alia probatissima feruntur scripta Dionysii. Scribit

Libri Dionysii Alexãdrini.

De pœnitentia. Et
Cohortatorium libellum de martyrio ad Origenem.
Ad Laodicences & ad Armenios de pœnitentia.
Ad Cornelium quoq; vrbis Romæ episcopum plurima scribit. In quibus etiam hoc indicat, inuitatum se à multis episcopis, id est, ab Heleno Tarso Ciliciæ, & Firmiliano Cappadociæ, & Theotecno Palestinæ, vt ad synodũ Antiochiam pergat, quod ibi Nouati dogmata quidam serere conarentur. Et addit, quod Fabiano Antiocheno episcopo defuncto, Demetrianus in episcopatu successerit. Sed & de Hierosolymorum episcopo his verbis scribit: Admirabilis autẽ vir, inquit, Alexander, in carcere positus, beato fine præcessit ad dominũ. Est & alia ipsius Dionysii epistola ad Romanos scripta de ministeriis. Et alia item ad ipsos de pace & de pœnitentia, & ad quosdam confessores, qui adhuc in vrbe Roma Nouatum sequebantur. Et rursum ad eosdem, posteaquam ad ecclesiam conuersi sunt, duas epistolas scribit. Sed & ad multos alios varia ac diuersa scribens, studiosis quibusq; institutionũ & doctrinæ copiosissimam materiam dereliquit.

Demetrianus.

# EVSEBII PAMPHILI

## EPISCOPI CAESARIENSIS ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

## LIBER SEPTIMVS.

### De Decii & Galli male gestis rebus. CAP. I.



Dionysius Alexan. ad Hermammonem.

An. do. 253.

SEptimum nobis ecclesiasticæ historiæ librũ scriptorũ suorum cudat elogiis nobilissimus patrum, & clarus in episcopis Dionysius, qui (posteaquam Decius non totis duobus annis principatu Romani apicis ministrato, cum filiis pariter interemptus est, et Gallus suscepit imperium, Quo in tempore etiam Origenes septuagesimo



septuagesimo ætatis anno non ad integrum expleto defunctus est) scribens Hermammoni cuidam, de Gallo hæc refert: At ne Gallus, inquit, malum Decii aut videre potuit, aut cauere, sed in eũdem lapidem offensionis impegit. Cuius cum regnum floreret initio, & cuncta ei ex sententia cederent, sanctos viros qui pro pace regni eius Deo summo supplicabant, persecutus est, cum quibus & prosperitatem suam pariter fugauit & pacem.

Origenes moritur LXX. anno. Gallus Cęs.

### De Cypriano, & quod statuerit hæreticos rebaptizãdos, sed Cornelius papa contradicit. CAP. II.

IN vrbe verò Roma Cornelio episcopatum regẽte, & apud Carthaginẽ Cypriano, ambobus fide, virtute, pietate præstantibus, quæstio exorta est in Aphrica magis partibus, si oporteret hæreticos rebaptizari. Cumq; id à Cypriano, & cæteris penè omnibus per Aphricam sacerdotibus, oportere fieri decerneretur, Cornelius, & cæteri omnes per Italiã sacerdotes, huiusmodi decretum manente sacerdotali concordia refutarunt, statuentes antiquitus à patribus super hoc traditam regulam debere seruari, quæ cõtinebat. Post abiectionem prauí, & confessionem recti dogmatis, sola eos manus impositione purgandos.

An. do. 253. An hęretici rebaptizãdi Cyprianus. Afri. Itali.

Quod Stephanus papa similiter sentiat, & de concordia ecclesiarum, quę post persequutionem facta est.

### CAPVT III.

SEd post Cornelii cõsummationem, qui tribus circiter annis sacerdotio functus est, episcopatus sedẽ Lucius suscepit. Cui octo solis mensibus sacerdotio administrato, Stephanus succedit. Quiq; similem Cornelio de non rebaptizando sententiam tulit. Ad quem Dionysius multa & sæpe scripta direxit, de multis ecclesiasticis differens causis. In quibus inter cætera etiã hoc indicat, quod omnes ecclesię abiecta Nouati præsumptione pacem inter se inuicem seruent. Scribit ergo & de hoc his verbis: Scito autem frater, omnes ecclesias in Oriente, quæ prius conturbabantur, nunc redisse in concordiam, & omnes sibi vnanimiter co-

An. do. 254. Lucius & Stephanus Rom. Pon. Dionysii Alexãdrini epistola ad Stephanum Põt. Rom.

hærere,gaudentes & exultantes de pace quæ vltra spē
ecclesiæ reddita est,id est, Demetrianus apud Antio-
An.do.254. chiam,& Theoctistus apud Cæsaream,Mazabbanes
in Hierosolymis,dormiente in pace Alexandro,Mari
nus apud Tyrum,Heliodorus apud Laodiciam,Hele
nus in Tarso,Firmilianus in Cappadocia. Verum ne
sermo epistolæ longior fieret, nobilium tantummodo
vrbium tibi episcopos indicaui,vt etiam cęteros cum
ipsis pariter vnum sentire non dubites per vniuersam
Syriam vel Arabiam.Sed & hi quibus nūc scripsistis,
Mesopotamiæ episcopi idem sapiunt. Ponti quoque
& Bithyniæ, omnes pariter vnanimes & concordes,
multa sibiinuicem charitate cōnexi, glorificant deum
nostrum.Hæc Dionysius scribit.

De Xysto papa,et hęreticis nō rebaptizādis. CA. IIII.

An.do. 257. Xystus Pon tifex Rom. STephano vero duobus annis impleto sacerdotio,
Romæ Xystus succedit.Ad quem scribit nihilomi
nus Dionysius de baptismate,cōmemorans quod Ste
phanus quidem decessor suus scribens ad Firmilianū
& Helenum,cæterosq; illarum partium episcopos sta
tuerit,non cōmunicandum esse his qui rebaptizant
eos qui ab ecclesia ad hæreticos transeunt: sed debere
consyderare magnitudinem rei,quia non quicunq;,sed
permagni & nobiles in episcopis viri sunt, quibus
hoc visum sit. Dicit etiam, quod super hoc scripserit
plenius ad Dionysium & Philemonem , presbyteros
An.do.257. vrbis Romæ.Indicauit autem pariter etiam de Sabel
lii hæresi,quæ tēporibus ipsius exorta est,scribēs hęc.

De hæresi Sabellii. CAP. V.

QVid autem dicā de ea doctrina quæ apud Pto
lemaida Pentapoleos ciuitatem nuper exorta
est,plena blasphemiis in Deum patrem & dominum
nostrū Iesum Christum,negans esse vere eum filiū pa
tris,nec primogenitum omnis creaturæ, simul & san
cti spiritus auferens intellectum.Pro quibus cū vtręq;
partes ad me venissent,& præsentibus fratribus quæ
cōmota fuerant discussissent,etiam literis, prout deus
dedit paruitati meæ,prosecutus sum & scripsi,singula
quæque



quæque diligenter exponens, quorum tibi exempla-
ria transmisi. Sed & in tertio libro de baptismo, quē
scribit ad Philemonem presbyterum vrbis Romæ,
etiam hæc commemorat.

De reuelatione quæ Dionysio episcopo à domino
facta est, propter lectionem hæreticorū librorum.

CAPVT. VI.

EGo(inquit) & tractatus hæreticorum lego,& tra
ditiones eorum perscrutor,etiam si videar ad ho-
ram verbis eorum pollui.Sed multū mihi confert hoc
ipsum,q̄d ex ipsorū verbis arguere eos possum.Deni-
que cum aliquis ex fratribus & conpresbyteris pro-
hiberet me,ne hæretica lectione tanquā cœni alicuius
fœtore polluerer, visio mihi quædam à deo ostendi-
tur,quæ me cōfirmaret,& sermo ad me factus est, hæc Vox ad Dio nysiū Alex. cœlitus au dita.
mihi euidenter proloquens: Lege omnia quæcunque
in manus tuas venerint,quia probare singula quæque
& discernere potes: quandoquidem ex initio tibi hæc
causa fuit credendi. Amplexus sum visionem, quia &
apostolicæ sententiæ concordabat,dicenti: Omnia le-
gite,quæ bona sunt tenete. In ipso quoq; libello cōme 1.Thess.5.d
morat, non tunc primum in Aphrica de hæreticis re-
baptizandis ab episcopis esse decretum , sed & antea
iam in nonnullis ecclesiis & conciliis episcoporum,
velut in Iconio,atq; aliis locis de hoc fuisse tractatū.

De Nouati schismate CAP. VII.

SCribit adhuc in quarto de baptismate libro,ad Di
onysium vrbis Romæ presbyterū,plurima de No-
uati impietate commemorans. In quinto vero libro
ad Xystum vrbis Romæ episcopum scribens, & ad-
uersum supradictam hæresim quædam differens, etiā
tale aliquid accidisse cōmemorat his verbis: Vere au-
tem frater consiliū peto,et requiro sententiam,quid ti
bi videatur in ea causa , quæ in ecclesia nostra exorta
est. Vereor enim ne fortè fallar in aliquo.

De hæreticorum baptismate. CAP. VIII.

ERat apud nos frater quidam fidelis antiquitus,an-
te etiam q̄ ego episcopus ordinarer, imò & anteq̄
decessor

decessor meus Heraclas. Is cũ interesset his qui baptizãtur, & audiret vel quid interrogentur, vel qd respõdeant, flens accessit ad me, & procidẽs ad pedes meos, confiteri cępit se baptisma ab hæreticis aliter suscepisse, quod tamen secundum ea quę nunc videret à nobis ministrari, nec baptisma duceret: eo quod esset repleta blasphemiis omnis illa confessio. Simul & hoc addebat, se in tantum pro hoc errore stimulari, vt ne oculos quidem ad deum auderet erigere. Propter quod exorabat se mundari & purificari ecclesiastico baptismate, vt & gratiam posset consequi spiritus sancti. Quod ego facere ausus non fui, sed dixi posse ei sufficere tam multi temporis communionem, quam in ecclesia cõsecutus est per hoc, quod à nobis eucharistiæ susciपiens donum, responderet: Amen: ex quo & per singula potuisset ipsa sacramentorum virtute purgari. Cohortabar igitur eum, debere confidere fidei suæ, & conscientiæ iam purgatæ, & ante omnia, quod tam diu in sacramentis nobis iam particeps fuerit. Sed ille neq; à luctu cessat & lachrymis, neq; vltra ad mensam dominicam audet accedere, ita vt vix à nobis cohortatus & compulsus, orationi audeat interesse. Hæc et multa alia de huiusce modi quæstionibus per diuersos libros suos Dionysius scribit.

Dionysius charistię do num putabat sufficere.

De persecutione Valeriani. CAP. IX.

An.do.255 Valerianus & Galienus Cæs.

GAllus verò non integris duobus annis Imperio detento, rebus humanis exemptus est. Post quẽ Valerianus cum filio Galieno susceपit principatum. De quo Dionysius scribens iterum ad Hermammonem hoc modo refert: Sed & Ioanni similiter reuelatum est vt diceret: Et datum est, inquit, ei os loquens magna & blasphemias, & data est ei potestas per menses quadraginta & duos. Vtraq; autem complẽtur in Valeriano. Vere enim mirãdum est. quomodo supra cæteros, qui ante se fuerunt, hic & humanus & benignus extitit erga famulos dei, ita vt in initiis multo tẽpore etiam illis benignior videretur, qui nomine saltem Christiani dicebantur. Intantum venerabatur ser

Apo.13.b.

uos



uos domini, & omnis eius domus erat ecclesia Dei. Deprauatus autem est, & à veritate deiectus per quẽdam doctorem pessimum magistrum & principem Ægyptiorum magorũ, vt iustos & sanctos viros persequi & interimi iuberet, tanquam qui aduersarentur magicis artibus, quibus se ipse subdiderat. Erãt enim re vera, & sunt etiam nunc qui possent virtute meritorum suorum restinguere fallacias dæmonum. Nam ille vt impuros ritus & execranda mysteria, ac sacra incesta conficeret, pueros inuestes iugulari iubebat, & orbari liberis patres, atque in teneris visceribus humanas rimari per piaculum fibras, & vocem illic quærebat, vbi fugauerat vitam. Sed & multa alia huiusmodi de Valeriani piaculis memorãs, addit etiã hoc, q̃d ipse à barbaris captus, & luminibus orbatus, filios sceleris & impuritatis suę reliquerit successores.

An.do.255.

De his quæ Dionysius in persecutione passus est.

CAPVT X.

Dionysius Alexã. quid passus sit. Germanus episcopus.

IPse verò Dionysius, quanta in eius persequutione pertulerit, & quib⁹ affectus sit cruciatibus propter nomen Dei, scribens ad quendam Germanum episcopum, qui quasi obtrectator eius esse videbatur, refert, vbi & acta confessionis suæ inseruit, apud Æmilianũ præsidem gesta. In quibus cum Dionysius vnum solum deum qui cœlum fecisset & terram, diceret adorandum, cæteros autem neq; esse deos, neq; adorari debere, in castrum quoddam deserti, quod Cefro appellatur, in exilium truditur, ob hoc præcipue electum, quod loci incolæ gentiles erant, & idolorum superstitionibus satis dediti, quicq; exulem Dionysium primo hostili animo & satis auersa mente susciपiunt. Post verò cum paulatim per domini gratiam verbum dei his seminare cœpisset, pars maxima trucis ac barbari populi, relictis idolis conuersa est ad deum verum, Christoq; subiecta. Quo comperto, rursus eum ad alium locum, vicinum quidem Alexandriæ, sed incolis deserтum, ac penè habitatoribus vacuum transtulerunt. Sed & ibi cum pro vrbis vicinitate nostrorum populi

li eum frequentarent,& tanquam odore pastoris recepto,grex lætior & constantior agonibus redderetur, rursum missis cũ Centurione militaribus viris,ipsum Dionysium,& cum eo Gaium,& Petrum catenis cõstrictos & diuersis cruciatibus afflictos, in desertum quoddam Lybiæ pertraxerunt,ibiq; eos in loco squalidissimo,& omni vsu humanitatis carente,à Paræto-
Paratoniũ. nio trium dierũ itinere in desertũ protento nexos vinculis reliquerunt. Hæc in diuersis suis epistolis supradictus vir scripta dereliquit. In quibus memorat etiã
Maximus. Maximum presbyterum,& Dioscorũ Demetriumq;
Dioscorus & Lucium,nechon & Faustinum,& Aquilam, satis
Demetrius. claros& insignes titulo cõfessionis effectos. Sed &
Lucius. ex diaconis quosdam in insula post pœnas confessionis
Faustinus. esse defunctos,superfuisse verò ex his Faustum &
Aquila. Eusebium. Quibus etiam refert tãtum fiduciæ & magnanimitatis per gratiam dei datum,vt cùm ad eos qui in
Faustus. carcere tenebantur fratres,nemo prorsus humanitatis
Eusebius. & ministerii causa permitteretur accedere,isti tamen indesinenter & reuiserent, necessaria ministrarent. Et cùm per dies singulos præsidis furor cresceret,iugulãdo alios,alios suppliciis ac diuersis cruciatuum generibus affligendo,squalore carceris & catenarum ponderibus enecando,& super omnia præcipiẽdo ne quis ad eos prorsus accederet,vt & inedia quasi aliud tormenti genus adhiberetur,concessit tamen deus supradictis diaconis gratiam, confessoribus suis prouidens vt inuitis omnibus, istis tamen non negaretur ingressus. Sciendum tamen est, quod hic Eusebius, quem
Eusebius diaconũ supradiximus, postmodum episcopus apud
diaconus Laodiciam Syriç ordinatus est. Maximus verò,quem
post episco- presbyterum memorauimus,ipsi Dionysio apud Alepus Laodi- xandriam successit in episcopatu. Faustus autem, qui
censis. cum ipsis tunc confessor enituit, vsque ad persecutio-
Maximus nem quæ nostris temporibus facta est, grandæuus &
presbyter, plenus dierum perdurans,perfecto martyrio obtrun-
post Alexã- catione capitis cõsummatus est. Hæc à Dionysio cer-
drinus epis. tissima fide memorantur.
Faustus capi te obtrũcat.

De



De his qui apud Cæsaream Palestinam martyres sunt. CAPVT XI.

IGitur in Valeriani persecutionibus apud Cæsareã Palestinæ, multa à diuersis martyria consummata sunt. In quibus tres quidam admirandi adolescentes, quorum vnus Priscus,alius Malchus,tertius Alexander vocabatur,cum suburbanum agellum supradictæ vrbis inhabitarent,diuino fidei calore succensi,cœperunt semetipsos segnitiæ atq; ignauiæ incusare, quod cùm cœlestes in vrbe martyrii proponerentur coronæ,ipsi nec desiderarent,nec raperent: cumq; dominus & Saluator regnum cœlorum violenter diripi debere testatus sit, ipsi inglorios & desides animos humi gerent. His igitur semetipsos alloquiis incitãtes, vrbem petunt,& adorto iudice truculento, cur tantum in sanguinem piorum desæuiret, incusant. Ille continuò nobiles animos iuuenum,quàm dignis remuneratur affatibus: Deuorandi (inquit) bestiis subrigantur,quibus non placet piorum sanguinem fundi. Sed & mulier quædam supradictorum iuuenũ secuta fertur audaciç & magnanimitatis exemplum,similemq; sortitur exitum pœnæ. Quam tamen de Marcionis schola fuisse loquebantur.

Priscus. Malchus. Alexander. Mat. Fœmina martyr.

De martyrio Marini. CAP. XII.

MArinum quoq; virum militarem Hierosolymorum ciuem,honore & diuitiis clarum,cùm in supradicta vrbe inter collegas suos per ordinem gradus sui honor quidam contingeret militaris (vt fieri solet) insequentem collegam suum subit inuidia, & exclamat,non posse Marinum adipisci superiorem gradũ, eo quòd esset Christianus,interrogatur à Iudice Marinus, si ita res se haberet, Ille ita esse, & vere se esse Christianum,clarissima voce testatur. Tres ei deliberandi horç decernuntur à iudice, vt eligat vtrũ velit immolare diis & Imperatori,an Christianus interimi. Cumq; à tribunalib⁹ fuisset egressus, Theotecnus episcopus loci apprehensa manu eius perducit eũ ad ecclesiã,ibiq; multis verbis in fide cõfirmans,ad vltimũ in inte-

An.do.257. Marinus honore militaris capite truncatur.

in interiora perducit altaris, gladiumq; suum, quo præcinctus erat, ostendens ei, & rursum offerens Euangelium, quid è duobus mallet, interrogat. Marinus verò promptissima fide, cum manum ad Euangelium tetendisset: Obtine (inquit Theotecnus) quod elegisti ô fili, & contemnens præsentem vitam, æternam sperato, confidens perge & suscipe coronam, quam tibi dominus præparauit. Regressus continuo ad tribunal euocatur per præconem. Aderat enim tempus statutum. Ille verò nec moras patitur nec expectat interrogantem, sed continuo sibi & deliberatum asserit, & ex paternis legibus confirmatum, quod deo obtemperare oporteat magis quàm hominibus. Quem iudex illico capite puniendum pro tali responsione pronuntiat.

Theotecn⁹ episcopus Hierosolymorum.

Relatio de Asterio. CAP. XIII.

Asterius martyr.

SEd inter eos cunctis clarior, & meritis fidei supra cæteros insignis memoratur Asterius, vir Romanæ vrbis senator, patricius, nobilitate, facultatibus, propinquitate etiam regia, & omni bonorum fama satis clarus. Qui cum supradicti martyris extremis interesset exequiis, & capite cæsum cadauer subiectis humeris, & substrata veste qua induebatur exciperet honorem quem martyri detulit, continuò ipse martyr asseritur. Sed & in multis aliis eum præclaris gestis in fide Christi enituisse tradiderunt nobis hi, qui eum in corpore adhuc positum viderunt. In quibus etiam tale aliquid per eum gestum memorabant. Apud Cæsaream Philippi, quam Paneada Phœnices vocant, aiũt sub radice montis qui appellatur Panius, ex quo fluuii Iordanis prima fluenta prosiliunt, morem fuisse gẽtilis erroris, certa ac solenni die immolari victimam. Quæ victima arte quadam dæmonis subito nusquam comparebat. Et erat hoc famosissimi miraculi genus quo persuaderi astantibus videretur in cœlum hostiã inuisibiliter esse sublatam. Accidit igitur dum hęc gererentur, adesse Asterium: qui cum videret omnes miraculi huius stupore constringi, humanos miseratus errores, cum gemitu & suspirio oculos ad cœlum pariter

Cæsareã Philippi, Panæas, Iordanis.

Præstigiæ de victima nusquã comparente.



pariter tendit & palmas: Christum, qui est super omnia deus, tota fide profusis lachrymis inuocat, vt præstigias fallacis dæmonis arguat, miserisq; mortalibus erroris huius soluat arcanum. Hæc illo cũ fletibus supplicante, subito victima quæ inuisibiliter credebatur assumpta, superferri aquis videtur, & conspectibus omniũ redditur. Nec vltra in illis locis error huiusmodi potuit reparari. Ita vnius Christiani prece, tantorũ seculorum deceptionis machina, cum autoribus suis dæmonibus dissoluta est.

De signis quæ virtute Saluatoris apud Paneadam fiebant. CAP. XIIII.

VErum quia vbis huius fecimus mentionem, iustum videtur commemorare etiam illud in ea, q̃d historia dignum duximus. Mulierem quam sanguinis profluuio laborantem à Saluatore curatam euangelia tradiderunt, huius vrbis ciuem cõstat fuisse, domusq; eius in ea etiam nunc ostenditur. Pro foribus verò domus ipsius, basis quædam in loco editiore collocata monstratur, in qua mulieris ipsius velut genibus prouolutæ, palmasq; supplíciter tendentis imago ære videtur expressa. Adstat verò alia ære nihilominus fusa statua, habitu viri, stola comptè circundati, & dexterã mulieri porrigẽtis. Huius ad pedem statuæ, è basi, herba quædã noua specie nascitur. Quæ cũ exorta fuerit, excrescere vsq; ad stolæ illius ærei indumenti fimbriã solet. Quam cum summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoresq; conquirit: ita vt quæcunque illa fuerit infirmitas corporis, haustu exiguo madefacti salutaris graminis depellatur, nihil omnino virtutis gerens: si antequã æreæ fimbriæ summitatem crescendo cõtigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu formatam tradebant, quæ permansit ad nostra vsq; tempora sicut ipsi oculis nostris inspeximus. Et nihil mirum, si hi qui ex gentilibus crediderant, pro beneficiis quæ à Saluatore fuerant consequuti, huiusmodi velut munus videbantur offerre, cum videamus etiam nũc apo-

Mulier quã Christus curauit, ꝓfluuio sanguinis vexatã, ciuis fuit Cæsareæ Philippi.

Miraculum de herba medicam vim habẽte

Universidad de Deusto
Biblioteca



Icones Petri & Pauli ab Eusebio visæ.

apostolorum Petri &Pauli, & ipsius Saluatoris imagines designari,tabulasq; depingi.Sed & antiquas ipsorum imagines à quibusdam conseruatas nos vidimus,quod mihi videtur ex gentili consuetudine indifferenter obseruatum,quod ita soleant honorare, quos honore dignos duxerint.Insignia etenim veterum reseruari ad posterorum memoriam, illorũ honoris,horum verò amoris indicium est.

De throno Iacobi. CAP. XV.

DEniq; & Iacobi cathedra,qui primus in terris episcopus ab ipso Saluatore,& ab apostolis in Hierosolymis est electus, quemq; fratrem domini volumina diuina designant,vsq; in hodiernũ inibi conseruatur:atq; in ea sedent omnes qui vsq; ad præsens tempus sedis illius sacerdotium sortiuntur. Seruatur ergo cum ingenti studio,velut à maioribus tradita memoria sanctitatis,& cũ magna veneratione habetur vel vetustatis,vel primæ sacerdotii sanctificationis obtẽtu.Sed de his ista sufficiant.

De pace sub Galieno reddita ecclesiis. CAP. XVI.

An.do.261. Galienus Augusti. mitescit in christianos.

GAlienus verò Valeriani filius,posteaq; rerum summam solus obtinuit,lenius ac moderatius erga nostros agere instituit: datisq; decretis inhiberi supplicia,persecutionesq; cessare,& quo quisq; putat more exorare quod diuinum est,sinit.

Qui episcopi tunc fuerint. CAP. XVII.

Gregorius & Athenodorus ecclesiis in Põto perficiũtur Domnus & Theotecn9 Cęsareę. Hymenæus Hierosolym. An.do. 260.

PEr idem tempus cum Romano adhuc sacerdotio Xystus præesset, & apud Antiochiam Demetrianus,Firmilianusq; adhuc Cæsareæ Cappadociæ superesset, Ponti ecclesias Gregorius (qui prius Theodorus dictus est)ex Origenis discipulis,cum fratre Athenodoro suscepit gubernandas, apud Cæsaream verò Palestinæ post Theoctistum Domnus episcopatum sortitus est,& breui defunctus,Theotecno nostræ memoriæ viro sedem tradidit,qui & ipse Origenis auditor fuisse dicebatur. In Hierosolymis verò post Mazabbanem sacerdotium suscepit Hymenæus. Et hi omnes in pace ecclesias gubernabant.

De



De his quæ apud Alexandriã acciderunt. CA.XVIII.

Alexandrini seditiosi Dionysius. Alexand.

SEed & apud Alexandriam (& si nulla extrinsecus mali causa sit) eo ipso quod genus hominũ ferox, seditiosum & semper inquietũ est,ciuiles inter se motus & bella,nõ virtutis merito,neq; ob defensionem, sed ob necem atque interitum ciuium commouebant. De quibus Dionysius in epistolis suis commemorãs refert, ita à propriis ciuibus esse vastatam deletamq; vrbem,vt illa quæ constipatione hominum vix soleret digredientibus incedendi spaciũ dare,nunc eo vsq; peruenerit,vt conspicere in plateis hominem, valde rarum sit:madere omnes ciuium sanguine vias cadaueribus obtegi, & ne ad sepeliendum quidem sufficere qui supersunt: vnde & post belli rabiem, ferriq; vastationem corrupti aëris ex fœtore cadauerum pestilentia increuerit, ita vt si quid ferro superfuerat, id morbus absumeret.

Epistola Paschalis, Dionysii Alexã.

Quomodo Dionysius de pascha statuit. CAP. XIX.

SCribit autem de his idẽ Dionysius in epistola Paschali,quæ solenniter per annos singulos legi solet, his verbis: Aliis fortassis hominibus non videatur tẽpus hoc,tempus esse solennitatis:quoniam quidem luctus vbiq; & acerba lamentatio in plateis cuncta circumstrepit, gemitus verò inest & mugitus in domibus propter multitudinem moriẽtium. Sicut enim de primogenitis quondam Ægyptiorum refertur,ita etiã nunc ingens vbique clamor attollitur, Non enim domus,sicut scriptum est,in qua non sit mortuus. Primo nanq; ipsi manibus suis partem maximam & meliorẽ populi cecíderunt, persequendo sanctos:partem alteram bella intestina rapuerunt:partem verò quæ superfuerat,pestilens nunc ægritudo consumit. Sed nos neque in persecutionibus,cùm iugularemur,à festiuitate cessauimus, nec vnquam nobis potest solennitas impediri,quibus præcipitur in tribulatione gaudere. Omnis igitur nobis locus quicunq; à tyrannis eligebatur ad pœnã,siue ager ille seu desertũ fuit, siue insulæ, siue carcer, solennitatem nobis impedire non potuit.

Exo.11.c. Cædes martyrum. Bella intestina ciuiũ Alexand. Pestilentia.

Lætissimam verò super omnes habuere solennitatem beati martyres, qui cum sanctis angelis in cœlo Pascha curarunt.

De morbis qui acciderunt. CAP. XX.

Peſtis Alexandrina.

POst hæc persecutores nostri in semetipsos manus ac tela verterunt. Sed ne sic quidem nostrorum festa turbata sunt. Insecutus est hic pestilens morbus, & plaga terribilis: sed illis multo terribilior & grauior, quos nec spes erigit futurorum. Nobis verò hæc omnia, exercitia quædam virtutis, & fidei probamēta ducuntur. Quamuis enim densior sæuiorq; Paganos, magis quàm nostros morbus inuaserit, tamen ne à nostris quidem penitus abcessum est. Et post pauca addit, dicens: Multi nanq; ex fratribus nostris pro nimia charitate dum absque vlla cunctatione infirmos visitare non desinunt, & non solum visitare, sed & ministrare, & exhibere officia quæ dominus præcepit, serpente morbi cōtagione, cum illis pariter quibus ministrare

Fraterna Christianorū officia in peste.

voluerant, interibant: affectu enim quodam dilectionis attracti, & velut participare dolores cum dolentibus cupientes, alienas in se mortes haud segniter transferebant, & effecti sunt eorum (vt dicit Apostoli sermo) 1.Cor.4.c περίψημα. Denique plurimi nostrorum præcipui & electi viri, inter quos & presbyteri nōnulli, & diaconi, multiq; alii de plebe, constantissima & ardentissima fide, tanquam si martyrii tempus instaret, miserādo infirmos, semetipsos huiuscemodi mortibus inferebant, misericordiæ ex hoc martyrium capere præsumentes. Et dum curandis ægris, defunctis exportandis, humandisq; corporibus operam dabant, insequebantur penè eos quos suis humeris ad sepulchra deuexerant. Pagani verò è contrario suos continuo vt ægrotare cœperant, deserebant: parentes, charos liberos: vxorem coniunx: filiiq; nihilominus parentes statim vt tremere membra vidissent, & morbo ora pallere, domo propulsos, in plateas semineces eiiciebant, ibiq; insepulta eorū cadauera relinquētes, vim morbi quam per hæc se effugere opinabantur, dupliciter in-

Gentilium inhumanitas in suos.



currebant, dum ad pestilentiæ rabiem etiam fœtor insepultorum cadauerum iungeretur.

De Galieni regno. CAP. XXI.

Galienus Cæs. fautor Christianorum.

REfert idem Dionysius de Galieni temporibus, quod eo regnante, ecclesiæ dei in pace durarunt, & quod mediis eius temporibus Macrianus velut nubes quædam tenebrosa & atra, subito regni eius obscurauerit lucem. Quo rursum ad vicem æstiuæ nubis abolito, Galienus nouum (vt ipse ait) ex veteri vniuerso mundo lumen effulsit, simul enim atrocem tyrannum & regno deturbauit, & vita. Designat autem eti am tempus, quod nono anno imperii Galieni hæc scriberet. Extant & alia quam plurima, necessaria satis & admiranda Dionysii opuscula, quę vtilitatis plurimū legentibus conferant. Inter quæ scripsit etiā de repromissionibus futuris, existente causa huiuscemodi.

Macrianus.

Dionysii Alexand. opuscula.

De Nepote & schismate eius. CAP. XXII.

An.do.265. Nepotis dogma, cuius autor fuit Papias, & alii veteres, inde millenarii vocati Græce χιλιασταί.

EPiscopus quidam erat in partibus Ægypti, Nepos noīe. Hic Iudaico intellectu de futuris repromissionibus sentiebat, easq; corporaliter exhibēdas docebat, & mille annis in delitiis corporalibus in hac terra sanctos regnaturos esse cum Christo. Huiusq; sui dogmatis probamenta sumptis ex reuelatione Ioānis testimoniis conabatur asserere. De quibus etiam libellos edidit, interpretationes huiusmodi cōtinentes. Igitur Dionysius de repromissionibus scribens ad hunc Nepotem stilum suę intentionis obuertit, & in primo statim libro suam sententiā, quæ ei de diuinis repromissionibus videbatur, exponit. In secundo verò volumine de reuelatione Ioannis differens, facit mentionē Nepotis, his verbis: Et cōmentarios, inquit, quosdam proferunt Nepotis quibus innituntur plurimum, & per quos putant ineffabili quodam sacramento oftendi, qualiter regnum Christi futurum sit super terram. Sed in aliis quidem multis etiam ego amplector & diligo Nepotem, vel pro fide sua, vel pro eruditione & studio scripturarū, & præcipuè pro exercitio psallēdi, quoniamquidem plurimi fratrū libenter pro hoc eius

Universidad de Deusto
Biblioteca



elegere consortia. Est ergo etiam mihi erga ēũ multa reuerentia. & inde magis, quia iam præcessit ad Deũ. Sed re vera plus omnibus & amãda & præferenda est veritas. Laudare oportet, & absq; inuidia amplecti, si quid recte dictum est discuti verò & discerni, si quid minus sanè scriptum est. Et si quidem præsens esset is de quo sermo est, sufficeret solo sermone discutere quę minus recte dicta videbantur, dũ interrogatione prę cedente responsio subsequens in concordiam, quod contrarium & discrepans videbatur, adduceret. Vbi verò scripta ædita sunt, & vt videtur quibusdam, satis suasoria, & vbi doctores procedunt qui legem & prophetas pro nihilo ducant, Euangelia non sequantur, apostolorum scripta despiciant, hos autem solos libros, atq; istam doctrinam velut magnum aliquod & occultũ mysteriũ venerentur: ac simplices quoq; fratrũ nostrorũ doceant, nihil excelsum, nihil magnificũ sentire de aduẽtu & præsentia dei & saluatoris nostri IESV CHRISTI, neq; de resurrectionis gloria, & nostræ cõgregationis in ipsum ac similitudinis repromissæ: sed parua quædam & semper mortalia, & non alia quàm sunt ea quæ nunc videmus, sperare suadeant in regno dei: necessarium videtur ad hæc omnia respondere fratri nostri Nepoti. Et post aliquanta rursum subiũgit hæc: Etenim cum in Arsenoite essemus, vbi multo iam tempore voluebatur ista doctrina, ita vt schismata inter fratres & discordiæ fierent, conuocaui presbyteros & doctores qui erant in ecclesiis, & publice cœpi tractatum habere. Simul & cohortatus sum fratres, vt si quid eos moueret, obiicerent, nihil verentes. Tum mihi illi vt scutum validissimum, & murum inexpugnabilem, codicem Nepotis obiiciũt. Suscepi patienter, & tribus continuis diebus residens à prima luce vsq; ad vesperam cum ipsis, cœpi singula eius scripta discutere, & vnumquodque quid in se absurdi haberet, ostendere. Et vere satis admiratus sum patientiam & constantiam atque intelligentiam fratrum: quia consequenter & per ordinem de singulis

Dionysius Alexandrinus dogma Nepotis refellit.



lis quęstionibus proponebant, & validissime his quæ à nobis respondebantur occurrentes. Post hæc, cùm quid esset in vero, patuisset, accõmodabant nihilominus absque contentione consensum, iudicantes hoc, quod non continuò si quid semel animo visum fuerit, omni id studio & contentione seruandum est: sed esse rectius tunc mutare sententiam, cum eam melior & rectior superauerit. Patefactis etenim cordibus suis deo, audiebant verbum, cuius probatio non ex humana persuasione, neq; ex eloquentiæ fuco, sed ex diuinarum scripturarum assertione veniebat. Et ita euidens fuit assertionis nostræ probatio, vt is qui inter eos maximus doctor, & vitæ meritis prestantior habebatur, Coration nomine, surgens in medio, cunctis audientibus proclamaret, & protestaretur, neminẽ debere vltrà eius doctrinæ facere mentionem: sufficere quod erratum est. De cætero non solum nihil horũ tenendum vel sequendum, sed ne commemorandum quidem de talibus siquidem tam euidens ac manifesta cõtra hæc de scripturis diuinis patuisset assertio. Omnes vero reliqui fratres gaudio & lætitia repleti corde, pro emendatione sui inexplebiles domino gratias referebant.

CoratiõNepotianus p Dionysium emendatus.

## De Apocalypsi Ioannis. CAP. XXIII.

POst aliquanta verò veniẽs ad Apocalypsim Ioannis, hæc de ea scribit: Nõnulli ex præcessoribus nostris penitus libellũ hũc refutandũ & à canone scripturarũ abiiciendũ putarunt, singula quæq; eius capitula arguentes: & dixerũt prętitulationẽ libri nõ esse verã, sed alienę scripturę Ioãnis tantũ nomẽ impositũ: vnde neq; Ioãnis hũc esse librũ, nec reuelationẽ videri posse, quæ crasso quodã velamine ignorantiæ cõtegatur. Addiderunt etiã hæc, q̃d nihil dignũ in ea grauitate Apostolica cõtineatur. Sed ne alicuius quidẽ ecclesiasticorũ saltẽ virorũ scripturã esse dixerunt, sed Cerinthũ quẽdam authorem Cerinthianæ hæreseos, volentẽ dogmatis sui fidem, Apostolici nominis opinione firmare, libello à se conscripto, Ioannis titulum prætulisse. Denicq;, inquiũt, Cerinthi dogma hoc cõtinet, in terris

An. do. 288. Cerinthus autor Apocalypsis quorundam iudicio.

futurum esse regnum Christi. Et quoniã ipse carnis & libidinis amicissimus dicebatur, ea in repromissionibus futuri regni sanctis præbenda censebat, quæ sui animi libido dictabat: vẽtris & voluptatis opera mansura, ciborum satietatẽ, & abundantiã poculorum, nuptias, & cætera quæ horũ consequentiam seruant. Et reparari rursum sperat festiuitate & sacrificia Iudaica, victimasq; legales. Ego verò (quantũ ad meam sententiam pertinet) spernere aut abiicere scripturã libri huius nullatenus audeo, maximè cùm multi ex fratribus ita mecũ sentiant. Sed hoc magis de eo iudico, q̃ excedant atq; emineant quæ in eo scripta sunt humanæ auditionis modum, & sit in eo arcanus quidam & reconditus atq; admirandus oĩbus sensus, quẽ & ego admiror ac veneror, etiã si nõ intelligo. Et ita sentio, quod diuina aliqua sacramenta sermonibus cõtegantur humanis, non tam iudicio meo discernens, q̃ fide credens: & ideo nõ reprobo quæ nõ intelligo, sed tãto magis admiror, quanto minus assequor. Post hæc vero totius libelli edisserens corpus, & singula quæque discutiens, atq; euidenter ostendens, nullo modo fieri posse, vt secundum literã dignus in eo intellectus appareat, addit etiam hæc dicens: Consummata igitur omni prophetia, beatos dicit Propheta eos qui hęc custodiunt. Sed & semetipsum beatum dicit. Ait enim: Beatus qui seruat verbum prophetiæ libri huius, & ego Ioannes qui audio & video hæc. Vocari ergo eũ Ioannem, & esse hanc scripturã Ioannis, nõ nego. Sancti nanq; alicuius est, & sine vlla dubitatione per dei spiritum scripta, etiam si nõ sit ille apostolus Ioannes filius Zebedæi frater Iacobi, cuius euangelium secundum Ioannem scriptũ est, & epistola catholica. Vtitur ergo Dionysius plurima adsertione, diuinitus quidem inspiratam reuelationem, non esse dubitandum, & Ioannis esse: nõ tamen sibi liquido videri, quod illius sit Ioannis, qui euangelium scripsit, quia ille nusq; nominis sui fecerit mentionem, ac sese signauerit nominatim. Hic autem qui Apocalypsim scripsit, tertio fermè

Admiror & veneror, etiam si nõ intelligo.

Non reprobo quę non intelligo.



fermè mentionẽ nominis sui facit. Sed & ex ipso scripturæ stilo discretionem faciens, dicit potuisse fieri, in illis temporibus fuisse & alium aliquem Ioãnem vnũ ex sanctis, cui hęc reuelauerit deus. Multa verò & alia institutionis ecclesiasticæ monimenta nobis in libris digesta, beatus Dionysius dereliquit, quorum lectio magnopere ab studiosis quibusq; expetenda sit. Sed iã ad historiæ ordinem reuertamur. Xysto Romanæ ecclesiæ per annos vndecim sacerdotio procurato, succedit Dionysius. Et Demetriano apud Antiochiam defuncto, Paulus de Samosata sacerdotium suscepit: qui Paulus abiecta satis & indigna de Christo sentiẽs, traditionem doctrinæ ecclesiasticæ corrumpebat, dicens eum communis naturæ hominem tantum fuisse.

Nomen Ioannis toties inculcatum.

An. do. 267 Dionysius Ro. Pont.

Paulus Samosatenus hæreticus

## De epistolis Dionysii. CAP. XXIIII.

TVnc Dionysius de Alexãdria rogatus venire ad concilium, & senectutis impedimento & incommoditate corporis inhibetur, per epistolam tamẽ præsentẽ se reddit, & quid fidei ac venerationis erga Christum teneret expositum. Cæteri verò ecclesiarum pastores diuersis è locis & vrbibus, velut aduersum latronem quendam Christi gregibus insidiantem, conueniunt Antiochiam. In quibus insignes & cæteris præcellentes erant, Firmilianus à Cæsarea Cappadociæ, Gregorius & Athenodorus fratres, Ponti prouinciæ sacerdotes, Helenus Sardensis ecclesiæ episcopus, & Nicomas ab Iconio, & Hierosolymorum præcipuus sacerdos Hymenæus, & vicinæ huic vrbis Cæsareæ Theotecnus. Sed & Maximus Bostrensis episcopus dignus eorum consortio cohærebat. Multi verò alii, quos longum est enarrare per singulos. Sed & presbyteri quamplurimi & diaconi ad supradictam vrbem causſa compescendi, imò delendi noui huius dogmatis conuenerunt.

Dionysius Alexãdrin?

An. do. 269. Cõcilium Antiochię

Firmilian? Gregorius Athenodorus, Helen? Nicomas Hymenæus Theotecn? Maximus.

## De Paulo Samosateno, & de Gregorio, & de hæresi eius. CAP. XXV.

HI igitur omnes sæpius in vnum coëuntes, Paulum q̃ Samosatenum statuentes in medio, atque

Paulus Samosatenus arguitur à patribus.

eius hæresim, quam ille nunc occultare, nunc etiam dissimulare conabatur, frequenti tractatu & assiduis disputationibus denudantes, arguere blasphemiam & publicare nitebantur. Nec tamen vno id aut secundo tantum concilio ad finem perducere potuerunt: sed & conuentum sæpe est, & absque operæpretio discessum.

Gregorius ante Theodorus, episcopus Neocæsariensis.

Verum quoniam beati Gregorii historiæ textus attulit mentionem, dignissimum puto tãti viri gesta (quæ sub Orientali & Septentrionis axe cunctorum sermone celebrantur) omissa nescio quo casu, huic narrationi ad memoriam posteritatis inserere. Stagnum quoddam erat in Ponti regionibus situm, piscibus copiosum, ex quorum captura prædiuites reditus dominis præstabantur. Ista possessio duobus fratribus sorte hæreditatis obuenerat. sed pecuniæ cupiditas (quæ penè omnium corda mortalium superat) etiam fraternam necessitudinem violauit. Coibatur à fratribus tempore captionis, non tam ad capiendos pisces, quàm ad homines decipiendos: cædes ac bella mouebantur, humanus sanguis pro piscibus fundebatur. Sed dei prouidentia, affuit aliquando auxilium aduentusq; Gregorii. Vidit prælia & mortes virorum, furentesq; germanos: quid caussæ existeret, pro qua in exitium sui suorumq; fratres accenderentur, inquirit: nullam, nisi capturam piscium comperit. Tunc ille cum pro honore aduentus sui vtræq; partes paululum siluissent: Nolite (inquit) ô filioli, rationabiles animas pro mutis animantibus violare, fraternam pacem quæstus cupiditate dissoluere, dei leges & naturæ pariter iura temerare: & vna mecum ad ora stagni exitialis accedite. Ego iam vos per virtutem domini omni certamine cruentæ contentionis absoluam. Et cum hæc dixisset, in cõspectu omnium virgam quam tenebat in manu, ad primas littoris vndas defigit, & ipse positis genibus palmas tendit ad cœlum, atq; his verbis excelso supplicat deo: Tu domine Deus patrum nostrorum, qui cùm tibi primus homo Adam peccasset, & mandatum tuum præteriisset, pœnam culpæ illius moderatus,

Miraculum de stagno exiccato.



tus, ad terram, maledictionis sententiam detorsisti, dicens: Maledicta terra in operibus tuis. Et nunc ergo miseratus horum iuuenum fraternum sanguinem, qui periclitatur, præcipe vt maledictæ sint aquæ istæ in operibus eorum, pro quibus furore succensi, fraternæ pietatis obliti sunt: ita vt nunquam in hoc loco vel piscis appareat, vel aqua resideat, sed sit cãpus aratri patiens, ac frugum ferax, & custos in æternum fraternæ concordiæ perseueret. Simul vt ille finem orandi fecit, statim se vnda subducens, & cursu velociore refugiens, à conspectu superno iussa discedere, abyssis suis redditur, & arentem campum germanis iam concordibus dereliquit, Sed & in hodiernum frugum ferax esse dicitur solum, quod ante fuerat nauium ferax. Memoratur etiam aliud illustrius ab eo & diuinius gestum. In quodam loco ruris angusti, quum res posceret ecclesiam construi rupes quædam vicini montis ex parte Orientis obiecta, ex alia verò præterfluens fluuius, spatium quantum ecclesiæ sufficeret denegabat. Et quum alius omnino non esset locus, omnesq; mœstitiam gererent, quod solum ad construendam ecclesiam non haberent, ille fide plenus, pernoctasse in oratione dicitur, & dominum Iesum promissionis suæ admonuisse fideliter, qua dixit: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis mõti huic, tolle te, & mitte in mare, & fiet vtiq;. Cumq; hæc plena fide atq; deuotione deposceret, ad lucem coëuntibus populis, inuenta est rupes importuna secessisse tantum, quãtũ spatii ad condendam quærebatur ecclesiam. Traduntur eius & alia quamplurima. Sed ne in longum videamur trahere sermonem, intermissis cæteris, vnum adhuc de eius gestis adiiciam. Iter ei fuisse quondam per alpes dicitur hyemis tempore, & quum peruenisset ad summum alpium iugum, niuibus repleta erant omnia, nullum vsquam diuersorium, phanum ibi tantum Apollinis erat, cui succedens transacta nocte discessit. Sacerdos verò erat qui-

Gen. 3. c

Miraculum de rupe mota pro sacello extruendo.

Mat. 17. c

Apollinis oraculũ obmutuit.

quidam phani eius, cui consulere simulacrum Apollinis mos erat, & reddere responsa poscentibus, ex quo ei etiam alimoniæ quæstus esse videbatur. Igitur post digressum Gregorii, offerre consulta & responsa poscere sacerdos accessit ex more, nihil inde responsi veniebat. Repetit victimas, silentium permanet. Iterum atque iterum litat, surdis ingerit fabulam. Cumq; stupore noui silentii æstuaret sacerdos, nocte ei assistens dęmoniũ, dicit in somnis: Quid me illic inuocas, quo iam venire non possum? Percontanti causſam, aduentu se Gregorii dicebat expulsum. Quid nunc remedii daretur cùm perquireret, ait nõ aliter sibi licere ingredi locum illum, nisi Gregorius permisisset. Quibus auditis sacerdos, occupat viam, multa apud semetipsum voluens, atq; animo recusante pertractans, peruenit ad Gregorium: adortusq; eum, rem pandit ex ordine, humanitatis suę atque hospitalitatis admonuit, querelam depulsi numinis promit, ademptam facultatem sui quæstus deplorat, ac reddi sibi omnia in pristinum statum deposcit. At ille nihil moratus, scribit epistolam in hæc verba:

GREGORIVS APOLLINI.

Sacerdos Apollinis ad Christũ cõuertitur

PERMITTO tibi redire ad locum tuum, & agere quæ consueuisti. Hanc epistolam sacerdos accipit, & ad phanum defert, positaq; ea iuxta simulacrum affuit dæmon, ac dedit responsa poscenti. Tum ille in semet ipsum conuersus, ait: Si Gregorius iussit, & deus iste discessit, nec potuit redire, nisi iussus, & rursum iubente Gregorio restitutus est, quomodo non multo melior isto Gregorius, cuius hic obtemperat iussis? Clausis igitur ianuis phani, descendit ad Gregorium, epistolam secum quã acceperat referens, omnemq; apud eum rei gestæ ordinem pandens: simulq; se ad pedes eius prosternens, rogabat vt illi se deo offerat, cuius virtute diis gentium Gregorius imperabat. Cumq; enixius & pertinacius persisteret, cathecumenus ab eo factus est. Et cum se vitæ castissimæ & abstinentissimæ, derelictis omnibus, non solum erroribus dæmonum,



num, sed & seculi actibus, mancipasset, etiam baptisma consecutus est. Et in tantũ vitæ merito ac fidei virtute profecit, vt ipse beato Gregorio in episcopatu successor extiterit. Sed & ingenii sui nobis in paruo maxima monimenta dereliquit. In Ecclesiasten nanq; Metaphrasin idem Gregorius magnificentissime scripsit, & catholicæ fidei expositionem breuiter æditam dereliquit, quam pro eruditione ecclesiarũ sociare his commodum duxi.

Metaphrasis Gregorii in Ecclesiasten.

GREGORII Martyris & episcopi Neocęsareę Fides.

Professio fidei Gregorii Neocæsariensis

Vnus deus pater verbi viuentis, sapientiæ subsistentis, & virtutis suæ, & figuræ, perfectus perfecti genitor, pater filii vnigeniti. Vnus dominus, solus ex solo, figura & imago deitatis, verbum perpetrans, sapientia comprehendens omnia, & virtus qua tota creatura fieri potuit. Filius verus veri, & inuisibilis ex inuisibili, & incorruptibilis ex incorruptibili, & immortalis ex immortali, & sempiternus ex sempiterno. Vnus spiritus sanctus, ex deo substantiam habens, & qui per filium apparuit, imago filii perfecti, perfecta viuentium causſa, sanctitas sanctificatiõis præstatrix, per quem deus super omnia & in omnibus cognoscitur, & filius per omnes. Trinitas perfecta, maiestate, & sempiternitate & regno minime diuiditur, neque abalienatur. Igitur neque factum quid aut seruiens in trinitate, neq; superinductum, tanquam antehac quidem non subsistens, postea verò superingressum. Neq; itaq; defuit vnquam filius patri, neq; filio spiritus sanctus, sed inuertibilis & immutabilis eadem trinitas semper. Sed de Gregorio satis dictum. Nunc ad historiam redeamus. Interea Dionysius apud Alexandriam quieuit in pace, duodecimo anno imperii Galieni, decem & septem annis functus sacerdotio. Succedit verò ei Maximus. Igitur Galienus, cùm per annos quindecim Romanũ gubernasset Imperiũ, Claudio regni successore defunctus est. Qui solis duobus annis in Imperio transactis, Aureliano rerum apicem dereliquit. Huius temporibus vltimum apud Antiochiam

An. do. 266.

Maximus Alexãdriæ episcopus.

An. do. 270. Aurelianus Cæsar.

An.do.272. Paulus Samosatenus hęreſcos dānatur. Malchion presbyter Antiochenę eccleſię

chiam epiſcoporum concilium congregatur, in quo Paulus arguitur, manifeſteq; conuincitur hęreticus, et damnatur ab oībus quæ ſub cœlo ſunt eccleſiis Chriſti, inſiſtente plurimum, & diſceptationibus validiſſimis perurgente Malchione presbytero Antiochenæ eccleſiæ, viro fideliſſimo & omnibus virtutibus adornato: cui accedebat etiā hoc, quod erat diſertiſſimus, & potēs in verbo, atq; in omni eruditione perfectus: deniq; oratoriam in eadem ipſe vrbe docuerat. Huic igitur ab omni epiſcoporum concilio permittitur diſputatio cum Paulo, excipiētibus notariis, quæ ita magnifice ab eo & accurate habita eſt, vt ſcripta ædereturꝫ & nunc quoq; in admiratione ſit omnibus. Solus etenim potuit diſſimulantem & occultantem ſe Paulum confeſſionibus propriis publicare. Quibus ita geſtis, communi conſilio vniuerſi pariter ſacerdotes ſcribunt epiſtolam ad perſonā Dionyſii epiſcopi vrbis Romæ, & Maximi Alexandriæ epiſcopi, quæ per omnes mitteretur eccleſias, per quam cunctis & ſuam diligentiam comprobarent, & Pauli hæreſim confutatam eſſe, atq; dejectam in vniuerſorum notitiam perꝫ vulgarent. Simul etiam quæ cum eo quæſtiones habitæ ſint, indicant. Sed & vitam ipſius intemperatam pariter moresq; deſcribunt. Ex quibus pauca aliqua inſerere huic operi noſtro dignum iudicauimus.

Qui epiſcopi per illud tempus nobiles habiti fuerint. CAP. XXVI.

An.do.268. Epiſtola cōcilii Antiocheni, de dānatiōe Pauli Samoſateni.

DIONYSIO ET MAXIMO ET OMNIBVS QVI per vniuerſum orbem ſunt, ſacerdotibus, & coēpiſcopis, vnā cum presbyteris, & diaconis, atq; omni eccleſiæ catholicæ quæ ſub cœlo eſt, Helenus, & Hymenæus, Theophilus, Theotecnus, Maximus, Proculus, Nicomas, Hælianus, Paulus, Bolaſus, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodorus, Malchion, Lucius, presbyteri, & cæteri omnes, qui nobiſcum congregati ſunt, ex vicinis vrbibus & gentibus epiſcopi, & presbyteri, & diaconi, dilectiſſimis fratribus in domino, Salutem. Et poſt pauca addiderunt.

MITTENTES



MITTENTES hanc epiſtolam, deprecamur omnes, vt ſi qui forte tali doctrina infecti ſunt, curentur à vobis, ſicut & beatæ memoriæ viri Dionyſius Alexandrinus, & Firmilianus ex Cappadocia, iam prius ſcripſerant ad Antiochiæ plebem, dedignati, imò potius declinantes ad perſonam ipſius ſcribere, qui erat autor erroris. Ipſe autem beatæ memoriæ Firmilianus, cum adhuc ſupereſſet, ſecūdo affuit, & præſens eum arguit ac notauit, ſicut omnes nouimus & teſtamur, q̄ ſimul cum illo veneramus. Sed repromittente eo, corrigere errorem, credidit, ſperās poſſe fieri, vt abſq; religionis noſtræ opprobrio, & diſſenſionum nota res veniret in melius: & ideo diſſimulauerat, cum tamen Paulus dolo differret, & hominem quidem falleret, deum autem negaret, ac fidem in qua renatus fuerat, violaret. Deniq; & nunc beatus Firmilianus veniebat Antiochiam, & cùm Tharſum vſq; peruenisſet, & nos omnes Antiochiæ poſiti, aduentum illius operiremur, nuntiatus eſt nobis exceſſiſſe de mundo. Poſt aliquanta verò deſcribentes eius vitam moresq; adiiciunt etiam hæc: Poſtea verò quàm à doctrinæ regula ad aliena ſe dogmata, & adulterina conuertit, non opus eſt enumerare, actus eius priores, quomodo cum prius egens fuerit & pauperrimus, & neq; ex parentum ſucceſſione, neq; vllam quæſtus occaſionē habuerit honeſtam, nūc ad ſummas diuitias peruenerit, nō aliūde niſi ex ſacrilegiis, & ex his quæ per fraudem diripuit, concutiens fratres, vendens patrocinia, & fidem negotiorum ſuſceptorū nec accepta mercede cuſtodiens, exiſtimans, ſecundū quod ſcriptū eſt, quæſtum eſſe pietatē. Superbiam verò eius quis ferre poſſet, cùm ſe magis Ducenarium, q̄ epiſcopum videri vellet? Nam & incedens per plateas, tali quadam ambitione vtebatur, publice epiſtolas relegens, atque in auditu omnium & oculis dictans, aſſiſtentibus ſibi in platea notariis. Directio quoq; præeuntium, & conſtipatio inſequentium quamplurima quærebatur: ita vt oēs qui videbant horreſcerēt & deteſtarētur per illius arrogantiā, reli-

Paul. Samoſatenus qūo ad diuitias emerſerit.

Scotus in libro De inſignibus magiſtratuum ad Theodoſium Augu: ſtū, quē nup ex Spirenſi bibliotheca accepi:

mus, indicat ducenarium fuisse pricipē offi cii, vel apd præfectum Augustalē, vel Comitē Oriētis, vel apud alios quosdā præfectos, adscitū ex schola Agētiū in reb⁹, qui adorata clemētia pricipali cū insignibus exibat. Is sub se habebat Cornicularīū, Adiutorē, Cōmentariensem, Abactis, Numerarios, Exceptores, & cęteros officiales.

religionem diuinā. Hæc in publico. Intra ecclesiam vērō tribunal sibi multo altius q̄ fuerat extrui, & thronum in excelsioribus collocari iubet, secretariū quoq; sterni & parari, sicut iudicibus seculi solet. Verbum verò faciens ad plebem, iactare supra modū dexterā, ac palmam femori illidere, pede quoq; subsaltare ac scabellum ferire cū sonitu. Ab auditoribus verò non fauorē neq; plausum sperare solum, sed theatrali more oraria móueri sibi expectabat, & vocem tanq̄ de caueis dari. Hæc non solum à viris, sed etiā à mulieribus indecenter expectabantur. Si quis vero auditorum honestius & verecundius agens, à clamore nimio temperasset, velut iniuriā faciens, patiebatur iniuriā. Sed & antiquis & defunctis iam tractatoribus insultabat, & illis derogans, suas laudes inuerecunde impudenterq; iactabat. Rhetorem se magis q̄ ecclesiæ doctorem laudari cupiebat. Psalmos vero qui in dominū nostrum Iesum Christum dicebantur, cessare facit, velut neotericos & nuper inuentos. In semetipsum vero cōpositos, diebus Paschę in medio ecclesiæ canere mulieres, maximè quas ipse prius ad canendum pro more instituerat, faciebat, ita vt horresceret, si quis audiret. Nam cum ipse filium dei negaret descendisse de cœlo, sed à Maria cœpisse, & initiū habuisse de terra, psalmi qui in ipsum dicebātur, & quibus in populo laudabatur, angelum eum dicebant descendisse de cœlis, Et hæc ipse assistens & audiens, nō solum dici non prohibebat, sed elato supercilio delectabatur audire. De mulieribus vero quæ cum ipso simul manebant, quas * συνεισάκτους Antiocheni appellant, quid opus est dici? Ex

* Hoc vocabulum mirè erat depranatum, non solum in excusis exemplaribus, verumetiā manu descriptis. Et valde me torsit. Tandem ex vestigiis deprehendi legendum esse συνεισάκτους. Extat autem insignis sermo diui Chrysostomi, πρὸς τοὺς ἔχοντας συνεισάκτους. In quo demonstrat συνεισάκτους neq; vxores esse, neq; concubinas, sed tertium quoddam genus, sic inquiens: Εἰσὶν γάρ τινες οἳ γάμῳ καὶ συνοσίᾳ χωρὶς



κόρας ἀπειρογάμους ἀγόμενοι, καθίζουσιν οἴκοι διαπαντὸς, καὶ εἰς ἴσχατον γῆρας ἑαυτοῖς συγκατακλείουσιν, οὔτε ἐπὶ παιδοποιΐᾳ, οὐ γὰρ φασὶν αὐταῖς συνιέναι, οὔτε ἐξ ἀκολασίας, λέγουσιν γὰρ αὐτὰς ἀκεραίους διατηρᾶν. Hoc est: Sunt enim quidā qui puellas innuptas absq; hoc quod opus nuptiarum cum illis exerceant ducentes domi perpetuo collocant, & vsque ad supremā senectam secum inclusas tenent: non liberorum procreandorum gratia, neq; enim aiunt se rem cum illis habere: neque causa libidinis, siquidem illas se dicunt incorruptas inuiolatasq; seruare. Porrò qui huiusmodi virgines in domos suas asciscebāt, tales prætexebant causas, quod videlicet opus esset puellis patrono aliquo aduersus malcuolos, quum maritos non haberent aut tutores, parentibus sæpe etiam ac fratribus destitutæ: præterea mulierem sexum vel maximè egere subleuatione aliqua, quum ipsi potius ad voluptatem spectarent, quæ ex conuictu mulieris nascitur. Has causas pulchrè refellit Chrysost. & dehortatur penitus à consuetudine talium mulierum, cum propter offendiculum aliorum, tum ob paratam ad peccandum occasionem. Neq; enim putat facile fieri posse, si iuuenis cum puella totum diem confabuletur, cumq; ea iocos misceat ac rideat absque arbitris, simul cœnans ac bibens, quin accidat aliquid humanum, hoc est, vt concupiscentia vincat. Eiusmodi mulieres etiam se sacerdotibus adiungebant, sanctimoniæ causa scilicet. Vnde tertium caput constitutionum synodi Nicenæ prohiber, ne episcopus aut quisquam ex clero, subintroductam habeat mulierem. Sic enim Græcam vocē interpres, quisquis fuit, Latine reddidit. Vt legitur distin. 32. cap. Interdixit per omnia. Et rursus eadem dist. Nullus missam audiat presbyteri quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem. Ruffinus alibi συνεισάκτους extraneas vertit. Hæc paulò copiosius explicuimus, vt Decretorum locus melius intelligatur, cū glossematarii prorsus sileant, non exponentes quid sit mulier subintroducta. Sed & in Suidæ lexico vocabulum ipsum συνεισάκτους annotatur tantum, non explicatur. Porrò non solum prophanæ puellæ, sed & religioni peculiarius initiatæ, ac ab episcopo velatæ, quas tum κανονικὰς appellabant Græci, sic se virorum contuberniis passim addicebant. Nam extat simili argumento, Sermo quidam Chrysostomi, docens, Canonicas non decere vt cum viris habitent.

 ci? Ex

cit. Ex quarum societate & contubernio vt sibi nulla quæstio moueretur, etiã presbyteris & diaconis suis, his duntaxat, qui ei morem gerebant, habendi mulieres secum, similem licentiam dedit. Sed & congregandi diuitias tribuit facultatẽ, quo ipsi in similibus obnoxii, magistro nequaquam crimen impingerent.

Nos autem idcirco hæc scribimus fratres charissimi, quia nouimus quãm sacrosanctum debeat esse episcopale sacerdotiũ, quod & clero & plebi esse debet exemplo. Neque enim ignoramus, quosdam dum incautius sibi ad cohabitandum iungunt mulierculas, cecidisse. Quod etiam si non fiat, certe in suspicionem venire de talibus sacerdoti grauissimum est. Quomodo autem vetare poterit eos, qui infirmiores sunt, à mulierum consortio, quibus ex his quæ gerit autoritatem præbet? Tantus vero ac tam immitis fuit in potentatu, & ita specie quadam tyrannidis elatus est, vt ne ad arguendum quidem quisquam, vel ad accusandũ auderet accedere. Sed hæc quę diximus, condemnari possent etiam in eo qui fidem catholicam seruat, & in ecclesiastici dogmatis veritate perdurat. Hic verò qui abiurato fidei mysterio, ad pollutissimam se artem ac hæresim contulit, necessarium fuit, etiam partem erroris ipsius designari, quomodo habendus, vel quomodo execrandus est. Et post multa in fine epistolæ addunt etiam hæc:

Igitur necessarium est visum nobis hunc resistentẽ deo, neq; adquiescentem verę fidei abiici & abiurari, alium vero pro ipso ecclesiæ catholicæ constitui episcopum, per dei gratiam prouisum, filium beatæ memoriæ Demetriani, qui huic ipsi ecclesiæ inculpabiliter præfuit, Domnum nomine, virum omnibus bonis ornatum. Indicauimus autem vobis de eo, vt sciatis ad ipsum vos scribere debere, & ab ipso communionis scripta suscipere. Hic autem qui indignus habitus est esse in ecclesia catholica, anathema scribatur, & illius hæreseos sectatores excommunicentur. Domno igitur in episcopatum subrogato, Paulus & sacerdotio



tio abscissus & communione, quum de domo ecclesię nollet exire, interpellatus imperator Aurelianus, religiose satis de hoc sanctęq; decernit, iis præcipiens ecclesiæ domum tradi, quibus Italiæ sacerdotes & Romanus episcopus scriberent. Et ita prædictus Paulus ad cætera mala etiam hoc dedecoris adquisiuit, vt ma nu publica de ecclesia pelleretur. Et tunc quidem talis erga nos existebat Aurelianus. Processu vero temporis immutare propositi sui bonum cœpit, & malis cõsiliis deprauatus, persecutionẽ erga dei ecclesias meditari, eo vsque, vt dicatur quod dictatis iam literis & scriptis, cum superesset sola subscriptio, diuina dextera interueniẽs, subscriptionem nephandæ dexteræ deturbauerit. Morte etenim subita condemnatur, qui de piorum morte censebat: vt ostenderet deus, quia non cum voluerit tyrannus, cruciamur, sed quum probauerit ipse, corripimur. Igitur sex annis Aurelianus quũ gubernasset, principatum Probus post hunc suscepit. Cui quũ tantundem temporis expleſſet imperio, Carus vnà cum filiis Carino & Numeriano succedit. A quibus tribus annis, nec plenis, Romano regno administrato, Diocletianus suscepit principatũ. Is verò maximas in nostros persequutiones, & ecclesiarũ subuersiones molitus est.

Aurelianus Cæsar mouetur.

An. dõ. 278. Probus Cæsar.

Carus

An. dõ. 282. Carinus Numerianus Cæs.

Diocletianus Cæs. Christianorũ persecutor.

An. dõ. 286.

## De hæresi Manichæorum tunc exorta.

CAP. XXVII.

SEd paulò antequam hic imperium sumeret, in vrbe Roma defuncto Dionysio post nouem annos, sacerdotii Felix suscepit sedẽm. Quo tempore Manes quidam secundum nomen suum insaniens, & instinctu dæmonis agitatus, inuisam & execrabilem omnibus hæresim docet. Hic autem Manes gente Perses, vita & moribus Barbarus fuit, tam acer ingenio, vt insanire, vel dæmone adimpleri videretur. Denique ita rei exitus docet Christi se nunc gerere formam conabatur ostendere, nunc ipsum paracletum se esse prædicabat: & elatus in insania, ad similitudinem

Felix Pont. Rom.

An. dõ. 277. Manes hæresẽos Manichæorũ autor.

An. dõ. 278.

dinem Christi duodecim discipulos eligens, ad prædicandum mittebat, dogmata stulta & impia à diuersis hæreticis, qui iam prius extincti fuerant, mutuata disseminans, & nostro orbi Persica venena propinans.

Manichæi. Et hoc ergo Manichæorum hæresis vsq; in hodiernũ diem diffunditur, eo tempore exorta, quo Felix in vrbe Roma ecclesiæ præerat. Qui per quinque annos administrato sacerdotio, Eutychiano sedem reliquit. Is decem mensibus solis transactis, Gaio episcopatũ tradit. Qui nostris iam temporibus quindecim annis sacerdotio perfunctus, Marcellinum successorem reliquit, quem iam persecutionis tempus inuenit.

An.do.282. Eutychian⁹
An.do.283. Gaius.
An.do.292. Marcellin⁹.
An.do.295.

De ecclesiasticis viris nobilibus, quorum aliquanti etiam vsque ad nostram memoriam perdurarũt.

CAP. XXVIII.

An.do.272. EA tempestate apud Antiochiam sacerdotiũ post Domnum susceperat Timæus, post Timæum verò Cyrillus. Cyrillo autẽ succesſit Dorotheus, qui ad nostrã vsq; memoriã perdurauit, vir eruditissimus, & in scripturis diuinis satis intẽtus: qui pro multa diligẽtia etiam Hebræam linguam didicerat. Græca autem eruditione liberali, à puero fuerat institutus. Is eunuchus à natiuitate fuit. Ex quo etiam Imperator in admiratione eum habuerat, & honorem ei contulerat purpuræ præposituram. Huius etiam nos, quum in ecclesia scripturas exponeret, auditores in pueritia fuimus. Post hunc Tyrannus apud Antiochiam sacerdotium susceþit, sub quo ecclesiarum persequutio increuit. Apud Laodiciam post Socratem Eusebius Alexandrinus genere episcopus fuit, qui in causa Pauli Samosateni ad partes Syriæ cum venisset, quod esset in scripturis diuinis eruditus, à fratribus studiosis velut thesaurus quidam repertus, vltra nusquã abire permissus est, sicut Dionysius in epistolis suis scribit. Huic quoq; Anatolius successor, bonus (vt aiunt) boni, extitit: qui & ipse genere Alexandrinus erat, eruditione liberalium literarũ & in philosophicis à puero apprime eruditus, ita vt apud Alexandriam Dialecti-

An.do.281. Timæ⁹, Cyrillus, Dorotheus, episcopi Antiocheni.

Præpositura purpuræ, quã Baphiorum vocãt.

An.do.301. Eusebius Alexãdrin⁹ Laodiciæ episcopus.

An.do.274. Prouerbiũ Anatolius Laodiciæ episcopus.

An.do.278.



cticam docere ab omnibus eruditis viris & philosophis cogeretur. Hunc etiam belli tempore quod inter ciues exortum est apud Alexandriam, ferunt multa bona ciuibus in consiliis & prouisionibus præstitisse: ex quibus vnum tantummodo factum breuitatis causa memorabo. Frumentum, aiunt, cum deesset obsessis, & fames grauius quàm hostis vrgeret, tertia pars (cum duæ se inuicem impugnarent) erat populi separata, quæ quasi fidem Romanis seruabat. In qua parte tunc etiam supradictus Anatolius erat absque impugnatione. Hic ad magistrum militiæ refert, eumque de famis necessitate, quæ obsessis acciderat, edocet, & impetratam gratiam ciuibus defert, eamq; hoc modo distribuit. Primo quidem vtrasq; partes inter se dissidentes alloquitur, ac cum Romanis redire in gratiam suadet. Sed cum reluctantes videret, hoc saltem, inquit, credo vos libenter accipere, vt omnem vestrorum manum imbellem, quæ belli quidem vobis neq; quãq; cibi tamen necessario particeps est, exire portas finatis. Consilium ab vtraq; parte gratanter acceptum est. Decernunt imbellem manum egredi castris debere. Data occasione omnes pene quos inedia consumebat pariter cum imbellibus erumpunt, præcipue nostri, quibus bellum gerere contra propositum erat. Quos omnes Anatolius suscipiens, parentis simul ac medici fouebat affectu. Et ita multitudini salutẽ per cibum propere contulit: reliquis verò, qui pauci remanserant, formidinem belli & desiderium pacis incussit. Ita misericordi prudentiq; consilio vrbem maximam fame pariter absoluit & bello. Hunc ergo secundum de Alexandria, dei munere Laodicenorum ciuitas accepit episcopum, post transactum quod supra memorauimus bellum. Multa quoq; opuscula supradicti Anatolii magnifice composita ad nos vsque venerunt: ex quibus dignum mihi videtur, de Pascha quid senserit, ipsius verbis proferre. Est ergo, inquit, in primo anno initiũ primi mensis, quod est decem & nouem annorum circuli principium, secundum Ægyptios

Prudens factũ Anatolii apud Alexandriam.

Anatolius de Pascha.

φαμενώθ. ptios quidem menſis Famenoth vigeſimaſexta die, ſecundum Macedones Dyſtri menſis vigeſimaſecunda, ſecundū Romanos verò vndecimo calendas Aprilis. In qua die ſol inuenitur non ſolū conſcendiſſe primam partem, verumetiam † quartam iam in ea die habere, id eſt, in prima ex duodecim partibus. Hæc autē particula, prima ex duodecim, vernale eſt æquinoctium, & ipſa eſt initium menſium, & caput circuli, & abſolutio curſus ſtellarum, πλάνων, id eſt, vagæ dicuntur, ac finis duodecimæ particulæ, & totius circuli terminus. Et ideo non parum dicimus delinquere eos, qui ante initium hoc noui anni, Paſcha putant eſſe celebrandum. Sed nec à nobis primis exordium ſumiti hæc ratio antiquis Iudæis fuiſſe comprobata demonſtratur, & ante aduentum Chriſti obſeruata, ſicut eui denter edocet Philo & Ioſephus. Sed & horum antiquiores Agathobolus, & ab eo eruditus Ariſtobolus ex Paneade, qui vnus ex illis ſeptuaginta ſeniorib⁹ fuit, qui miſſi fuerant à pontificibus ad Ptolemęum regem, Hebræorum libros interpretari in Græcum ſermonem, quiq; multa ex traditionibus Moyſi proponenti regi percontantiq; reſponderant. Ipſi ergo cum quæſtiones Exodi exponerent, dixerunt Paſcha non prius eſſe immolandum, quàm æquinoctium vernale trāſiret. Ariſtobolus verò etiam hoc addit, in die Paſchæ non ſolum obſeruandum eſſe vt ſol æquinoctium vernale tranſcēdat, verumetiam & luna. Cum enim duo ſint æquinoctia, inquit, veris & autumni, æquis ſpaciis dirempta, & quartadecima die menſis primi ſit ſtatuta ſolennitas poſt veſperam, quando luna ſoli oppoſita è regione deprehenditur, ſicut etiam oculis probare licet, inuenitur vtiq; vernalis æquinoctii partem ſol obtinens, luna verò è contrario autumnalis. Legi in eorum libris multa alia de his validiſſimis aſſertionibus expoſita, quæ euidenter oſtendant Paſchæ ſolennitatem omni genere poſt æquinoctium celebrandam. Multa & alia præterea non ſolum religioſis viris, ſed & philoſophis admirāda ſcripta Anatolius

Primā partem, ſcilicet arietis.

Alias quartū in ea diē

Horū pro his.

Paneas.



tolius dereliquit, quibus ſalutaris eius eruditio ſcire volentibus innoteſcat. Huic primus Theotecnus ſacerdotium Cæſareæ tenens, in epiſcopatu manus impoſuit, & viuens ipſe ſibi eum ſucceſſorem ſuæ cathedrę ſtatuit, Vnde & aliquāto tempore pariter cum ipſo Theotecno Cæſarienſi eccleſiæ præfuit. Anatolius

## De epiſcopis, martyribus & doctoribus eiuſdem temporis. CAP. XXIX.

SEd quum aduerſum Paulum Samoſatenum Antiochiam conueniretur ad concilium, prętergredientem Anatolium, defuncto Euſebio, Laodicenſis eccleſia vi ſibi vendicauit epiſcopum. Poſt quem vltimus vſque ad perſequutionis tempus ad Laodiceam Stephanus eccleſiam gubernauit, & ipſe eruditione & eloquentia prioribus non inferior, ſed fidei virtute longe diſſimilis, ſicut perſecutionis ignis probauit. Nihil enim philoſophiæ in neceſſitate tentationis oſtendit: ſed non continuo in illius infirmitate, dei paupertas oſtenditur. Poſt huius nanque caſum prouidit deus eccleſiæ illi epiſcopum Theodotum nomine, virum non ſolum verbis, ſed rebus & virtutibus ornatum. Hic arte quidem medicus fuit, ſed ad animarum à Domino translatus eſt medicinam: vere incomparabilis, qui ſuper omnes penè homines, fide, miſericordia, ſtudio, vigilantia, atque omnibus optimis inſtitutionibus claruit. In ſcripturis quoque diuinis laborem quamplurimum geſſit. Interea apud Cæſaream Palæſtinæ Theotecno quum epiſcopatum ſolertiſſime peregiſſet, Agapius ſuccedit. Qui & ipſe multo labore, multaq; diligentia in gubernatione populi adhibita, & præcipue erga indigentes paterna prouidentia ferebatur: à quo & vir per omnia prudentiſſimus, vita, eruditione, moribus, adornatus Pamphilus, eccleſiæ ipſius presbyter ſubrogatur. Sed iſte Pamphilus quiſve ſit, & quantus, & vnde oriundus, quoniam non erat dignum

An. do. 278. Anatolius Laodicēſis epiſcopus.

Stephanus Laodicēſis.

Theodotꝰ Laodicēſis.

Agapius Laodicenꝰ.

Pamphilus Laodicenꝰ.

breuiter transcurrere, omnem eius vitam, institutionem q; à puero, & quanta in persecutionibus per diuersas confessiones pertulerit, quosq; agones desudauerit, & qualiter super omnia coronâ martyrii indeptus sit, proprio id opusculo comprehendimus. De hoc ergo, quàm mirabilis fuerit, illa lectio docebit. Sed & alios quamplurimos per illud tempus admirabiles in presbyteris viros, nostra iam memoria tenet, vt apud Alexandriam Pierium, Melitium verò apud Pontũ, qui episcopus postmodum factus est. Sed Pierius quidem acer ingenio, in diuinis scripturis nobiliter eruditus, vita purissimus, atque ad Christianam philosophiam nudus, & penitus expeditus, doctor ecclesiæ incomparabilis, priuatim & publicè mirabiliter disputans. Melitius verò tantæ fuit suauitatis in moribus, & tantæ dulcedinis, vt mel Atticum à sodalibus vocaretur. In omni eruditione perfectus. In rhetoricis talis erat, vt aliis studiis nunquam vacasse putaretur. In cunctis verò philosophiæ generibus, quæ in quinq; diuiduntur disciplinas, ita erat per singulas cõsummatus, vt cùm in vnaquæq; quis experiri voluisset, in hac quum sola à puero habuisse exercitium iudicaret. Cumq; esset eruditionum prærogatiua magnificus, virtus tamen animi, & vitæ synceritas longe in eo magnificentior habebatur. Quem nobis persequutionis tempore in fuga positum apud Palestinam, diligentius & plenius agnoscere licuit. Igitur Hierosolymis post Hymenæum, de quo paulò ante memorauimus, Zabdas sacerdotium suscepit. Quod paruo tempore administratum, Hermoni post se tradidit. Hic vsque ad nostri temporis persequutionem, Apostolicam inibi quã susceperat cathedram conseruauit. Apud Alexandriã verò Maximo, q̃ successerat Dionysio, cũ decẽ et octo annis sacerdotiũ trãsegisset, Theonas succedit. Cuius tẽpore Achillas, eiusdẽ ecclesiæ presbyter, ecclesiasticę scholę magisterium tenuit, eruditione, fide, conuersatione, & moribus insignis. Theonas verò quum decem & nouem annis sacerdotium

Eusebii liber de vita Pamphili martyris

Melitius.

Mel Atticũ

Zabdas.

Hermon

Theonas

An.do.284.

Achillas.



tium inculpabiliter ministrasset, sedem tradidit Petro viro inter præcipuos egregio. Hic duodecim omnes annos in episcopatu illius vrbis exegit. Quorum tres ante persecutionem, reliquos verò nouem diuersis intentationum generibus duxit. Cumq; se semper in omni agone persecutionum positus, artioribus vinculis continentiæ distringeret, & ad vtilitatem atq; instructionem ecclesiæ in verbo dei nobiliter insisteret, satisq; vigilanter erga omnem sacerdotii curam diebus desudaret ac noctibus, nono persecutionis anno, episcopatus verò sui duodecimo, martyrii coronam capitis obtruncatione promeruit. Hucusque successiones episcoporum, gestaq; diuersa à domini & Saluatoris nostri natiuitate, vsque ad tempus persecutionis, in qua ecclesiæ quoque destructæ sunt, historiæ mandauimus. De reliquo verò agones martyrum, quos ipsi per nosmetipsos vidimus describentes, posteris ad memoriam relinquamus.

An.do. 302. Petrus.

# EVSEBII PAMPHILI

## EPISCOPI CAESARIENSIS ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

### LIBER OCTAVVS.

#### PROOEMIVM.

APostolorum successionibus intra septẽ libros à nobis conclusis, in hoc octauo volumine dignum credidi, etiã ea quæ nostris temporibus gesta sunt, posterorum memoriæ relinquere. Et hinc iam nobis sermo sumat exordium:

Universidad de Deusto Biblioteca



## De nostri temporis, id est Diocletiani & Maximiani & Maximini Impp. persecutione.

### CAPVT PRIMVM.

Aperte licebat esse christianum.

ETenim ante nostri temporis persecutionẽ, quàm mirabiliter, quamq; magnifice per vniuersum mũdum sermo CHRISTI & pietatis doctrina profecerit, & in quantum sublimitatis ascenderit, enarrare, vires nostras superat. Nosci tamen & ex hoc possibile est, quod aliquanti ex principibus Romanis, & facultatem regendi prouincias, iurisq; dicendi nostris præbebant: & coniugibus & ministris, atque vniuersæ domui suæ, non solum credere in dominum Iesum Christum, verumetiam cum omni fiducia ac libertate in fide agere sinebant: ita vt illos sibi fideles ac familiares ducerent, de quibus certi erant, quod pro fide Christi nihil perfidum saperent. Sicut fuit opinatissimus ille Dorotheus in cubiculo regum, qui propter fidem domini fidelissimus in omnibus habebatur. Vnde & cũctis præferri honore meruit & amore. Cum quo & Gorgonius, cæteriq; cum ipsis in domino fideles, vel qui intra palatium in summis honoribus erant, vel qui ad prouincias gubernandas præferri cæteris fidei contemplatione merebantur. Iam verò multitudines coëuntium intra ecclesias populorum, & præcipue in diebus festis innumeras cateruas per loca singula confluentes, quis digne poterit explicare? cùm ne ipsa quidem antiqua receptacula sufficerent, sed quotidie orationum domus dilatarentur, ita vt amplitudo earum concludere instar vrbium videretur. Sic per tempus plurimum ecclesiarum status incrementis prospe rioribus augebatur, & gloria earum terris excedens, & cuncta supereminens, festinare videbatur ad cœlum. Nulla enim occurrebat inuidia, nullus liuor nequissimi dæmonis obuiabat: quoniamquidem cœlestis dextræ fulciebatur auxilio populus, etiam tum bene Deo pro pietatis cultu, & iustitiæ obseruatione promeritus. Verum vbi ex multa libertate, multaq; indulgentia vitiati sunt mores, & disciplina corrupta est,

Dorotheus aulicus.

Gorgonius aulicus.

Obliuio dei in prosperis.



est, dum alter alteri inuidemus, & alter alteri derogamus: dumq; nos inuicem mordemus & incusamus, & aduersum nosmetipsos intestina prælia cõmouemus: dum verborum iaculis proximorum corda terebramus, dum principes cum principibus, populi cum populis, seditiones & certamina concitamus: dum simulatio in vultu, dolus in corde, fallacia profertur in verbis, & malorum per singula cumulus intumescit: diuina prouidentia iacturam disciplinæ populo suo illatam, ex plurima pace & nimia sui lenitate prospiciens, aggreditur primò sensim refrenare lapsantes, & integro adhuc ecclesiæ statu, congregationibusq; manentibus, indulget interim eos qui erant in militia tãtum, Gentilium persecutione pulsari. Sed cùm nullus ex hoc clementiæ eius intellectus populis redderetur, quin potius velut ignorantes deum, absque diuina prouidentia res agi ducerent, & per hoc eo magis persisterent in malis suis, atque ipsi qui duces populi videbantur & principes, diuini mandati immemores effecti, aduersum se inuicẽ contentionibus, zelo, liuore, superbia inimicitiis atque odiis inflammarentur, ita vt tyrannidem potius quàm sacerdotium tenere se crederent, Christianæ humilitatis & synceritatis obliti, sacra mysteria prophanis mentibus celebrarent, tunc demum secundum vocem Hieremiæ prophetæ: Obscurauit Dominus in ira filiæ Sion, & deiecit de cælo gloriã Israël, nec rememoratus est scabellum pedũ suorum in die iræ suæ. Et sicut iterum dicit: Submersit Deus omnem decorem Israël, & omnes macerias eius destruxit. Et rursum sicut dicit in Psalmis: Destruxit testamentum serui sui, polluit in terra sanctificationem eius, per ecclesiarum scilicet subuersionem, & destruxit omnes macerias eius, posuit munitiones eius timorem, diripuerunt populum eius omnes qui transierunt per viam, pro quibus cunctis opprobrium facti sumus vicinis nostris: exultauit enim dexteram inimicorum nostrorum, & auertit adiutorium gladii sui, & non adiuuit nos in bello, sed & destruxit

Tren.2.a

Tren.2.a

Psal.88.f

Psal.78.b

Psal.78.a

Psal.88.f

xit eum ab emundatione,& thronum eius elisit in terram. Paucos fecit dies nostros,& super omnia effudit
Psal.88.g super nos confusionem. Summa nanque malorum nobis affuit omniũ, tunc, cũ domus orationis & ecclesię
Christiana fides impugnatur. dei viui ad solum deductæ sunt, atque ab ipsis subuersæ sunt fundamentis, diuinæ verò scripturæ in medio platearum igni crematæ sunt. Prò nephas, ipsi hæc nostris vidimus oculis: Sacerdotes domini & pastores
Psal.106.d ecclesiarum publice denudatos, inuerecunde & inhoneste huc atq; illuc ab impiis trahi, ita vt compleretur ille sermo propheticus, qui ait: Effusa est contumelia super principes,& seduxit eos in inuio, & non in via. Sed non est nostrum describere, quanta in sacerdotes dei iniuriarũ genera conlata sint. Sicut ne illud quidẽ nostrum duximus, exponere sigillatim, quanta prius inter nostros rabies dissentionis exarserit. Hoc solum historia tradere licuit, quod iusto Dei iudicio, & necessaria correptione diuinam sensimus manum. Neq; enim refert in medium proferre, pro quibus vel turbo persecutionis inuectus est, vel quos, quantosq; insidelitatis procella submersit: sed illa sola commemorabo, quæ vel nos ipsos dicentes, vel alios ædificent audientes. Propter quod hinc iam diuinos agones beatissimorum martyrum breuiter in quãtum possumus, explicabimus.

## De ecclesiarum subuersionibus.

CAP. II.

An.do. 304. Edictũ Diocletiani Cæsar. aduersũ christianos. NOnusdecimus agebatur annus imperii Diocletiani, mensis Martius, & dies solennis Paschę immi-
nebat, cum edicta principis per omnem terram proponebantur, vt cunctæ quæ vsquam sunt ecclesiæ, ad solum vsque destruerentur: Scripturæ sacræ igni exurerentur: Si quis inter nostros alicuius honoris prærogatiua muniretur, sublata hac maneret infamis: Si quis seruorum permansisset Christianus, libertatem consequi non posset. Hæc omnia his quę primò aduersum nos lata sunt, continebantur edictis.

De



## De qualitate persecutionum. CAP. III.

POst non multum verò temporis adduntur & alia. Iubetur vt oẽs qui p̃ loca singula ecclesiis præsunt, primò quidem coniiciãtur in vincula, tum deinde omnibus suppliciis simulacris immolare cogantur. Hic verò ingẽs spectaculũ sacerdotes dei effecti sunt huic mundo & angelis, & hominibus, cum persecutorum crudelitate ad supplicia raperentur, & agones mirandos omnibus desudarent. Illos autem, qui & multo plures fuerunt quos metus oppressit, & ante congressionem solus terror elisit, præterire melius puto. Cæteri verò, quorum mẽs promptior & fides validior fuit, tormenta patiebantur. Flagris alii discerpebantur, alii vngulis fodiebantur, alii igniris laminis vrebantur. Ex quibus nonnulli quidem fatigati cedebant, alii vsque ad finem patientiam obseruabant. Ex ipsis autem persecutoribus quidam tanquam miseratione vsi, adhibebant nonnullos nostrorum ad incesta sacrificia: & quasi sacrificassent conclamabant, cùm non sacrificassent. De aliis vero cùm ne appropiassent quidem immundis hostiis, acclamabant ipsi, quod iam immolassent, & abscedebant: in eo tantum culpabiles, quod crimen sibi obiectum cum silentio paterentur. Alii semiuiui sublati, tanquam mortui proiiciebantur. Alii pedibus tracti, inter eos qui sacrificassent deputabantur. Aliqui sanè exclamabant ingenti voce, & testabantur se non sacrificasse, sed esse Christianos, tali se gaudentes confessione decorari. Nonnulli etiam maiori fiducia, neq; immolasse se, neq; vnquam immolaturos esse testabantur. Quibus tamen ab assistentibus militibus ora continuo atque oculi contũdebantur vt tacerent, & violenter expellebantur tanquam adquiuissent. Tanti erat impiis studii, vt propositum suum viderentur impleſſe. Sed non aduersum beatos martyres impune hoc facere licebat. Quorum patientiæ & magnanimitatis virtutem, quãuis nullus digne proferat sermo, tamen pro mediocritate virium nostrarum quæ possumus enarrabimus.

Edictũ alterum.

Sacerdotes Christianorum.

Carnificina Christianorum.

Christianĩ adhibentur ad incesta sacrificia.

Æstus gentilium.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca



De martyribus. CAP. IIII.

Militũ christianorum pœna.

IGitur primò omniũ quoniam, sicut diximus, ignis huius exordium inter solos militares parua scintilla conflauerat, cũm deligerentur si qui essent inter milites Christiani, vt aut immolandum sibi scirent, aut militiam pariter vitamq; ponendam, plurimi ex ipsis militiam pro fide Christi, pauci etiam animas posuere. Cũm verò inde flamma sumens initium, tota per populos & sacerdotes exaggerasset incendia, possibile non est numero comprehendi, quanti quotidiè penè per singulas quasq; vrbes & prouincias martyres efficiebantur.

De his quæ apud Nicomediam passi sunt.

CAPVT V.

Nicomediẽsis quidam. Augustus, hoc est Diocletianus. Cæsar, hoc est Maximianus.

ETenim apud Nicomediam vir quidam de nobilibus honore & dignitate seculi illustris, simul vt vidit aduersum cultores dei in foro crudelia edicta pẽdere, calore nimio fidei ignitus, publice populo inspectante iniecta manu librum iniquæ legis detrahit, ac minutatim discerpit, Augusto in eadem vrbe simul cum Cæsare constituto. Ad quos cũm relatum esset religiosi & illustris viri factum, continuo omni in eũ crudelitatis genere desæuientes, ne hoc quidem solum efficere quiuerunt, vt eum mœstum aliquis videret in pœnis, sed læto atque hilari vultu, cum iam viscera in suppliciis defecissent, spiritus tamen lætabatur in vultu. Ex quo tortores sui grauius cruciabantur, quod omnia suppliciorum genera consumebant in eum, quem ne tristem quidem ex his reddere poterant.

De his qui in domibus regum erant.

CAPVT. VI.

Dorotheus aulicus, à cubiculo principis.

POst hunc ad vnum ex Dorothei sodalibus qui in cubiculo regis erant, quique semper in affectu habiti



habiti fuerant liberorum, intentionis transfertur insania. Etenim cùm de immensis supra memorati martyris suppliciis liberius causaretur, educi ipse iubetur in medium, atque immolare compellitur: abnuens imperatur appendi, & flagris toto corpore laniari, videlicet vt doloris necessitate faceret, quod præcipiebatur inuitus. At ille quum maneret immobilis, viscеribus iam pelle nudatis, iubetur aceto ac sale perfundi. Cúmque etiam hoc tormenti genus constanter ac fortiter toleraſſet, craticula prunis subterstrata poni iubetur in medio, ibique quod reliquum fuerat, in verberibus absumpti corporis superponi, & non ad subitum, sed sensim paulatimq; succendi, quo scilicet pœna protelaretur in longum. Cúmque ministri scelerum hinc modo corpus, modo inde versantes, per membra singula pœnas inciperent, & supplicia renouarent, sperantes ab eo elicere se posse consensum: ille firmus in fide, & ouans in spe, consumptis iam & igne resolutis carnibus suis, vltimum spiritum in fide lętus exhalat. Tali Petrus (hoc enim ei nomen est) martyrio decoratus, vere Petri extitit, & fidei hæres, & nominis. Huius institutor in disciplina, & magister in officiis quæ intra palatium exhibebantur, Dorotheus erat, cubiculi regii Præpositus, habens secum officio, fide, & magnanimitate parem Gorgonium. Quorum institutionibus optimis omnes penè cubiculi ministri in fide Dei vigilanter & libere persistebant. Dorotheus igitur & Gorgonius, cum Petrum tam crudelibus viderent atque immanibus suppliciis cruciari, constanter & libere: Cur, aiunt, Imperator punis in Petro mentis sententiam, quæ in nobis omnibus viget? Vt quid in illo crimen ducitur, quod à nobis omnibus confitetur? Hæc nobis fides, hic cultus & vnanimis eademque sententia. Quos ille cum in medium nihilominus venire iussisset, similibus penè vt priores suppliciis affectos, ad vltimum laqueo

Petrus.

Gorgonius

An. do. 304.

Anthimus episcopus Nicomediensis.

laqueo appensos necari iussit. Tunc & Anthimus ipsius vrbis episcopus, in domini Iesu Christi confessione perdurans, martyrij gloriam capitis obtrũcatione susceptit. Hunc autem tanquam vere bonum pastorem viam martyrii præeuntem, vniuersa penè gregis sui multitudo prosequitur. Accidit nanq; apud Nicomediam in ipsis diebus partem aliquam palatii incendio conflagrare. Hoc imperator â nostris factum falsa suspicione præsumpsit, ex quo inęstimabili furore succensus, iubet omnes nostros aceruatim collectos, alios quidem gladio obtruncari, alios ignibus conflagrare. Sed in illis per diuinam gratiam maior fidei ignis ardebat. Denique cum assistentes ministri interrogarent singulos, si qui forte sacrificaturi vellent dimitti, tam viri quàm mulieres, ne interrogari quidem se patiebantur, sed vltrò vel flammis irruere, vel cædentibus gladiis certatim obiectare ceruices. Cumq; iam illis ipsis spectatoribus nimietas crudelitatis horresceret, ministri scelerum partem populi nauiculis iniectam, in medium pelagi abducunt, ibiq; in sententia fidei persistentes, præcipitabant in profundum. Intantum verò apud eos rabies crudelitatis exarsit, vt regios pueros martyres effectos, cum secundum humanitatis ordinem fuissent sepulturæ mandati, effoderent denuo, & corpora eorũ proiicerent in mare, hoc dicentes: Ne forte dii efficiantur Christianorum, & illi qui deos adorare nolunt, seruos nostros incipiant adorare: Putant enim quod diuinius apud nos honor martyribus deferatur. Cum hæc apud Nicomediam gererentur, vbi cruentus & ferox autor ipse crudelitatis piorum carnibus inhiabat, haud segnius etiam apud Melitenen prouinciam Syriamq;, omnes ecclesiarum principes carceribus retrudi, & in vincula conici edictis Principalibus vrgebantur: simulq; cum his ex plebe viri & mulieres nobiles q; & ignobiles rapiebantur, & fiebat vbiq; spectaculum miserabile ac fœdum. Subito nanq; inueniebatur in vrbe silentium in carceribus constipatio, in vrbe per plateas homo nullus

Incendiũ palatii Nicomediẽsis impingitur christianis.

Per regios pueros, Dorotheũ, Petrũ & Gorgoniũ intelligit cubiculares ministros Cæsaris pro Christo occisos.

Melitene Syria.



nullus, in carceribus vacuus locus nullus, vt nõ tam rei ad ergastulum duci, quàm ciuitas tota migrasse videretur ad carcerem. Catenæ quæ homicidis, adulteris, venenariis, & sepulchrorũ violatoribus fuerant fabricatæ, nunc episcoporum & presbyterorum, diaconorumq; & lectorum, atq; omnium religiosorum hominum colla constringunt, ita vt criminosis nec vincula superessent, nec locus ergastuli resideret. Verum cum peruenissent ad principẽ æstuare carceres, & per innocentium pœnas locũ deesse criminosis, noua rursum decreta mittuntur, vt ex his qui conclusi erant, si quis vellet immolare, liber abscederet: qui verò abnueret, diuersis pœnarum generibus interiret.

Carceres replẽtur Christianis.

De Ægyptiis qui apud Phœnicen passi sunt. CA. VII.

TVm iam quantæ per singulas prouincias multitudines martyrũ, & præcipue in Aphricæ ac Mauritaniæ, Thebaidis quoq; atque Ægypti regionibus extiterint, numero comprehendere quis valeat? Sed ne illorum quidem, quorum agones apud Palestinam, vel Tyrum, quæ est vrbs maxima Phœnices, præsentes inspeximus, vt dignum est, memorare sufficimus. Tanta etenim ab eis virtute perseuerantiæ aduersum illata supplicia pro pietate certatum est, vt nisi quis prius domino & Saluatori nostro credat, dicẽti: Quia ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cõsummationem seculi: & eius virtutem martyribus sciat esse presentem, rebus gestis deroget fidem. At nos (vt dixi) non audita, sed oculis nostris inspecta narramus. Exquirebantur diuersa tormentorum genera sibi inuicem succedentia. Flagris primum per omne corpus Dei martyres carpebantur: post hæc tradebãtur ad bestias: adhibebantur leones, vrsi, pardi, atque omne ferarum genus, apri quoque, sed & tauri, quibus ferro & igni feritas addebatur. Præparabantur hæc omnia aduersus cultores Dei, & omnis cõtra eos hominum bestiarumq;, & elementorum crudelitas armabatur. Ad hæc dei cultores denudati statuuntur in medio arenæ loco; additur adhuc arte intra caueas be-

Martyres in variis locis.

Tyrus.

Carnificina martyrum apud Tyrũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



stiis furor,& ita sæuiores semetipsis effectæ prorumpunt clausträ,replent subito stadiũ,circundãt ecclesiã martyrum in medio sitam:circumeũt sæpius & obluſträt: & diuinæ virtutis adesse eis custodiam sentiẽtes,procul ab eorum corporibus abscedũt.Sed ilico furor qui reprimebatur in beluis,transit in homines.Nemo præsentem Dei virtutem,nemo diuinum piis adesse sentit auxilium:sed mittuntur quibus hoc artis est instigare bestias aduersum eos,quos diuina dextera defendebat.Verum illæ,vt ostenderetur omnibus,non feritatem deesse bestiis, sed diuinam Dei cultoribus adesse custodiam,illos ipsos qui ad instigandum mittuntur,incredibili velocitate discerpunt.Et cum iam nullus ex huiusmodi artificibus auderet accedere, iubentur ipsi sancti martyres commotis manibus & velut prouocantibus incitare aduersum se beluas.Sed ne sic quidem pati aliquid poterant. Verum & si forte aliqua fuisset ex beluis concitata,cũ peruenisset ad proximum,protinus in semetipsum conuersa repedabat. Tunc vero stupor ingens & pauor omnes qui in spectaculis considebant,inuaserat,videntes homines nudos(in quibus plurimi primæ adhuc ætatis)in medio tot ac tantarum positos ferarum,intrepidos omnes & impauidos,extensis ad cœlum palmis,& oculis ac mẽte totos cum deo,non solum nihil curare terrena,verũ ne carnẽ quidem suam magni pendere,& ipsis iudicibus pauore trementibus, reos læto & hilari vultu in medio persistere bestiarum.Sed ô duræ & impiæ mortalium mentes. Bestiarum feritas dei virtute mansuescit,humana vero rabies nec ferarum miteſcit exemplis.Sed tentatur adhuc ab hominibus deus.Iubentur alii vere criminosi bestiis subrigi: qui tamen ilico vt apparuerunt,alius à leone,alius à pardo,ab vrsis alius exesus,aut à tauro in aëra dispersus est. Et ita omnes intra momentum temporis pereunt. Sed ne sic quidẽ incitatæ bestiæ cultoribus dei aliquid molestiæ generabant, diuino spiritu eos, velut muris validissimis ambiente.Verax nanque ille est qui dixerat; Vbi fuerint

Bestiæ non attingunt christianos.

Mat.18.c.



rint ex vobis duo vel tres,ibi ero in medio eorum. Cũm ergo ne sic quidem aliquid egisset humana sæuitia,iubentur mutari feræ,& ablatis prioribus, aliæ rursum dimitti. Quæ cum & ipsæ similiter vt priores nihil triste dei cultoribus intulissent, amotis etiã his, sæuiores feris martyribus homines mittunt, qui soli possint immanitate beluas,crudelitate feras, atrocitate bestias superare.Gladiis igitur peragunt, quod bestiis nequiuerunt. Et vt in oibus se ostenderẽt beluis esse nequiores,prohibebant etiam cadauera mandari terræ,sed iubebant fluctibus dari. Hæc apud Tyrum venerandi martyres, qui ad illam vrbem de Ægypti partibus venerant,mirifica certamina desudarunt.

## De ipsa Ægypto. CAP. VIII.

IN sua verò prouincia apud Ægyptum innumerabiles alii non inferiori gloria tam viri quàm fœminæ,sed & pueri ac senes pro fide Domini nostri IESV CHRISTI præsentem vitam paruipendentes,futuræ gloriæ beatitudinem quæsiuere.Quidam ex ipsis post verbera,post vincula,post vngulas, post flagella, aliosq; diuersi generis horribiles cruciatus, flammis traditi sunt,alii in mare præcipitati,nonnulli etiam capite cæsi,ita vt sponte ceruices suas securibus darent,nõ nulli inedia consumpti,alii patibulis affixi in quibus quidam more peruerso capite deorsum presso,& pedibus in sublime sublatis.

Martyres apud Ægyptum.

## De Thebaide. CAP. IX.

APud Thebaida verò omnem narrationẽ superat agitata crudelitas,pro vngulis testas fictilium vasorum adhibebant tortores, quibus omne corpus eo vsque lacerabant,donec totam carnis eraderent cutẽ. Mulieres quoque nudas, ita vt ne pudenda quidem contegerẽtur,arte quadam compositis machinis vno pede in excelsum suspensas, & capite in terram demersas,indignissimo spectaculo expositas, pẽdere per diem continuum sinebant. Alias sicubi vicinæ sibi duæ arbores inueniebantur, vi quadam ab vtraque

Martyres apud Thebaida.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Diuellebã-tur martyres inflexis oppositarũ arborũ ramis.

inflexis contra se inuicem ramis, eisq; singulis singulos pedes martyris obligantes, subito ramos quos vi inflexerant relaxabant. Qui cùm ad situm suum naturali impetu referrentur, discerptis despicatisq; visceribus, auulsa secum membra rapiebant. Et hoc non paucis aliquibus diebus, aut paruo tẽpore, sed per annos aliquot, quotidie, quãdo minimum decem, interdum autem & centum in vna die viri vel mulieres, sed & paruuli supradictis pœnarum generibus trucidabantur. Verum & nos ipsi per idem tempus, cum in Ægypti partibus iter ageremus, oculis nostris inspeximus, vt sedenti pro tribunalibus sæuissimo Præsidi, offerrentur innumeri fideliũ populi, quos ille singulos per ordinem confessos se Christianos, capite plecti iubebat. Cumq; hi certatim se & sponte gladio subiicerẽt, confessione præmissa, ille inhumanus & crudelis, nec multitudinis contemplatione, nec virtutis eorum magnanimitate permotus, duci nihilominus omnes & cẽdi capite iubet. Egrediuntur cuncti pariter ad contiguum mœnibus campum, non carnificum nexibus tracti, sed fidei vinculis conligati. Nemo defuit, cum nemo eos seruaret: sponte omnes, imò & alter alterum præuenientes, ceruices cædentibus obiectabant: defecerunt carnificum manus, & succedentes sibi inuicem fatigati sunt, hebetata est acies gladii. Videbam fessos residere carnifices, vires resumere, animos reparare, mutare gladios, diem quoque ipsum non sufficere ad pœnam. Nullus tamen ex omnibus, ne paruulus quidẽ infans deterreri potuit â morte. Sed hoc solum singuli pauescebant ne forte dum properum sol vergens claudet diem, separatus â consortio martyrum remaneret. Sic confidentia fidei constanter & fortiter cum lætitia & exultatione mortem præsentem velut æternæ vitæ principia rapiebant. Denicq; dum priores quinque iugularentur, reliqui non desidiæ aut torpori animos indulgebant, sed psallentes & hymnos deo canentes, locum quisq; sui martyrii expectabat, vt hæc agentes, etiam extremos spiritus in dei laudibus exhalarent

Ægypti martyres.

De



De Philea martyre, CAP. X.

O Vere mirabilis, & omni veneratiõe dignus grex ille beatorum, turma virorum fortium, corona splendoris gloriæ Christi. Hanc sanè coronam preciosior omnium lapis & gemma nobilior adornabat. Hanc turmam præibat ductor illustrior, hũc gregem pastor nobilior decorabat, Phileas huic nomen est qui erat episcopus vrbis illius quæ appellatur Thmuis. Hic nobilitatem primi generis secũdum virtutem de cœlestibus trahebat: de terrenis vero quantum ad seculum pertinet, primis in Romana republica fuerat honoribus functus, eruditione quoque liberalium literarũ, & omnibus quæ ad animi virtutem pertinent exercitiis apprime eruditus, nouissimam hãc, quæ prior est omnium, secundum Deum philosophiam ita susscepit, vt omnes qui præcesserant anteiret. Cumq; plurimos propinquos & consanguineos nobilies viros in eadem vrbe haberet, frequenter ad Præsidem ducebatur, eiusq; monitis adquiescere, tot & tãtis propinquis exorantibus, respectum habere vxoris, & cõtemplationem suadebatur susscipere liberorum neque in cœpta præsumptione perfistere. Ille verò velut si saxo immobili vnda allideretur, garriẽtium dicta respuere, animum ad cœlum tendere, Deum in oculis habere: parentes & propinquos, sanctos martyres & apostolos dicere. Aderat tunc quidam vir agens turmam militum Romanorum, Philoromus nomine. Qui cum vidisset Phileam circundatum lachrymis propinquorum & Præsidis calliditate fatigari, nec tamen flecti aut infringi vllatenus posse, exclamabat: Quid inaniter & superfluo constantiam viri tentatis? Quid eum qui fidem Deo seruat, infidelem vultis efficere? Quid eum cogitis negare Deum, vt hominibus adquiescat? Non videtis quod aures eius verba vestra non audiunt? quod oculi eius vestras lachrymas non vident? Quomodo potest terrenis lachrymis flecti, cuius oculi cœlestem gloriam aspiciunt & contuentur? Post hæc dicta cunctorum ira in Philoromum versa, vnam eã-

O vere ꝑ q̃ vere.

Phileas epis-sco. Thmuitarum.

Philoromus.

demq; eum cum Philea subire sententiam poscunt. Quibus libenter annuens iudex, vtrunque plecti capite iubet. Verum quoniam Phileæ fecimus mẽtionem, & ingenii atque eruditione eis studiũ prædicauimus, non videtur absurdum, si aliqua ex opusculis eius, in quibus de martyrum passionibus memorat, historiæ huic quæ ad rem videlicet pertinent, inseramus. Scribens igitur ad Thmuitas idem Phileas, post aliquanta hæc refert: Horum verò nobis bonorum exempla præbuerunt beati martyres, qui vnà nobiscum in agonibus perdurantes, secundum quod ex diuinis scripturis fuerant instituti, oculum mentis suæ in deo habentes defixum mortem pro pietate absque trepidatione capiebant. Indesinenter etenim considerabant dominum nostrum Iesum Christum, propter nos hominem factum, hoc nos docuisse, vt vsque ad mortem obluctemur aduersum peccatum. Siquidem ipse non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & habitu repertus vt homo, humiliauit semetipsum vsq; ad mortẽ, mortem autem crucis. Cuius exemplum secuti beati martyres, omnes cruciatus & pœnas susceperunt, ne fidei suæ conscientiam macularent, quoniam quidem perfecta in eis charitas foras eiiciebat timorem. Quorũ si velim tolerantiæ enumerare virtutes, & exponere robur cõstantiæ, nec mihi copia tãta sermonis est, nec puto aliis nisi his solis, qui oculis suis intuebãtur quæ gesta sunt, videri credibilia. Erant enim expositi omnibus volentibus pro libidine inferre supplicia, & si quod aliquis per otium excogitans nouum genus supplicii detulisset, licebat inferre. Verberabantur ergo alii fustibus, alii virgis, flagris quoq; alii, nonnulli loris districti, vel funibus appensi. Et erat studium per singulos penè nouum genus inuenire supplicii. Post tergũ alii vinctis manibus appẽdebantur, & trochleis distenti, membratim diuellebãtur. Iam verò vngulis exarari, vetus & leue ducebatur. Quod & si forte hoc genus supplicii cuiquam fuisset adhibitum, non (vt latronibus & homicidis solet) tantum latera fodiebantur, sed & venter & femora ac tibiæ, & vsque ad vngues vngula perueniebat. Sed ne facies quidem acvultus & frons à tormentis remanebat immunis. Addebatur & hoc super omnia, vt posteaq; fuissent humana corpora absque omni humanitate laniata, exposita in publico & nudata, nõ solum veste, sed etiam cute, crudele cunctis prætereuntibus spectaculum fierẽt. Quosdam columnis districtos & post tergum distortis brachiis vinctos, derelinquebant. Iam verò hi qui ante præsidem suspendebantur, nõ id solum temporis, quo ab eo discutiebãtur, sed totum penè diem cũ alii actus agerentur, in eculeis exigebant, si fortè aliquis ex his, iugis pœnæ continuatione à proposito firmitate decideret. Tanta verò in his crudelitas erat, & in tantum ab eis omnis penitus humanitatis sensus aufugerat, vt posteaquam omne corpus vel tormentis, vel veneribus fuisset absumptum, trahi nudum pedibus rursum iuberetur ad carcerem, atque ibi neruo pedibus conclusis, recentibus adhuc vulneribus reiicerentur in solum testarum fragmentis subterstratum. Interea q̃ plurimi vsque ad mortem constanter & fortiter perdurantes, inuentoribus scelerum immaniter intentatæ crudelitatis pudorem non minimum conferebant. Alii verò recepta corporis sanitate ad reparandos denuo agones, dispensatores pœnarum sponte prouocabant. Quos illi erubescentes rursum ad tormenta reuocare, ipsa eorum audacia perterriti, capite eos cædi iubebant. Istæ sunt veri in deo philosophi beati martyris Phileæ voces, quas in vinculis positus, & in carcerem retrusus, commissæ sibi ecclesiæ scribebat, quibus vna secum socios eos martyrum, & consortes cœlestium faceret coronarum.

Noua supplicia.



## De quadam ciuitate apud Phrygiam pro Christi nomine tota coronata. CAP. XI.

IAm verò illud quod apud Phrygiam gestum est, quis audeat præterire? in quo & communia humanitatis, & propria Romani regni iura violata sunt,

Ciuitas Phrygiæ Christiana exusta.

vbi vrbem quãdam Christianorum ciuium, in qua & populus omnis, & honorati viri, & curator ac magistratus, Christianos se esse, nec acquiescere ad sacrificandum faterentur, circundari militibus iubent, cunctosq; simul cum mulieribus viros, cum paruulis senes, cum ciuibus ciuitatem, iniecto igne concremari, ita vt nullus penitus ex illa vrbe, etiam cum optio volentibus daretur, abscederet. Et hoc in ciues perpetratum est, quod in hostes egisse, notam crudelitatis haberet. Verum beati huius numerosiq; martyrii pariter ab vniuersa vrbe susceptí, autor & dux extitit vir pietate & religione, atque omni benignitate clarus, Adauctus nomine, patria & genere Italus, honoribus palatii per gradus singulos vsque ad officiorum magisterium perfunctus: rationes quoque per illud tempus summarũ partium administrans, in supradicta vrbe degebat. Cuius in confessione CHRISTI constantiam omnis populus secutus, boni ducis exemplo summarum vere partium per martyriũ consecutus est palmam. Sed vnde sufficimus propria vniuscuiusq; martyris per singulos enumerare supplicia. Quis enim possit vel illa repetere, quibus apud Arabiam sancti martyres securibus cæsi sunt? Aut quomodo quis retexat, quæ in Cappadocia gesta sunt, vbi crura frangi Dei cultoribus iubebantur? Quis Mesopotamiæ referat cruciatus, vbi Christianos suini tergoris more singulis manibus pedibusq; suspẽsos, amarissimo fumo subteringesto, indignis cruciatibus enecabant? Alios verò lento igne propè adhibito, tormentis longioribus absumebant?

Adauctus martyr. Magister officiorum. Is gubernabat scholas, & fabricas.

Arabia.

Cappadocia.

Mesopotamia.

De his quę apud Alexandriam & Antiochiam gesta sunt. CAP. XII.

Mirę martyrum carnificinæ.

ILla autem quomodo replicem, quæ apud Alexandriam gesta, etiam veterum Poëtarũ fabulas vincunt? vbi obtrũcatis auribus, atq; inhonesto vulnere naribus, manuum quoque cæterorumq; membrorum summitatibus amputatis, trũcum abire sinebant derisum. Apud Antiochiã verò quomodo recordabor craticulas



ticulas prunis impositas, quibus Christiani superimpositi torrebantur? Sed inter hæc nobilium duorum iuuenum factum memorabile silere, æquum non puto. Qui cùm comprehensi, simulacris immolare cogerentur, aiunt: Ducite nos ad aras. Et cum fuissent adducti, manus suas ardenti igni superponentes, si subtraxerimus, inquiunt, sacrificasse nos credite. Et quoadusque caro omnis in ignẽ deflueret, immobiliter perdurarunt. Alii cum ad sacrificandum quærerentur, sacrilegam pollutionem vitantes, vitam præcipitio finierunt, minore quidem tolerantiæ fiducia, sed conseruandæ fidei maiore cautela. In quibus admirabilis quædã & veneranda fœmina, pulchritudine pariter & pudicitia formosa, genere nobilis, & copiosa facultatibus: cui erant duæ filiæ virgines, honestæ satis, & ad matrem pudicitiæ regulam nutritæ, specie simul & moribus æmula sibi probitate certantes, quas religiosa mater secundum præceptum diuinum in timore domini educauerat. Sed pro his quæ supra diximus, vel naturę, vel institutionum bonis, prauorum hominum multa erga virgines, earumq; matrem contentio exagitabatur, & summo studio summaq; vi perquirebantur. Cumq; declinandi turbinis gratia sui absentiam procurassent, agitur omni intentione, vt earum præsentia fieret: missi in hoc ipsum milites, repertas eas venire Antiochiam cogunt. Sed cùm perurgentibus militibus, vehiculo impositæ iter agerent, talibus religiosa & pudica mater ad filias vtitur verbis: Scitis dulcissimæ mihi filiæ, quomodo vos in disciplina Dei educauerim. Scitis quod â paruulis Deus vobis pater, Deus nutritor, Deus institutor, extiterit, & quod pudicitiæ & castitatis bonum ita mecum pariter dilexistis, vt nec oculus quidem vester vnquam (sicut vobis conscia sum) lasciuiore fuerit maculatus aspectu. Quid igitur nunc agimus? Videtis quod ista omnis vis, aut â deo nos studet, aut â pudicitia separare. Prostituẽtur ergo publicis lupanaribus membra, quæ aër penè ipse publicus habuit incognita? Ne quæso filiæ: quia nec

Scæuolæ Christianorum.

Mater cum duabꝰ filiabus amore castitatis in flumẽ se iniecit.

tam parua nobis in deo fides est, vt mortem pertimescamus: nec tam despecta pudicitia, vt viuere etiam cū turpitudine cupiamus. Quin potius si placet quod in omnibus tenetis, etiam in hoc sequimini matris exemplum. Præueniamus impuras carnificum manus, & impudicorum præripiamus incursus, mundumq; hunc qui nos ad impuram & impudicam compellet ac pertrahet vitam, pura & pudica morte damnemus.

Cumq; talibus adhortationibus filias ad similē propositum videret accensas, ad fluuium quendam in itinere positum venerunt, vbi cùm se humanæ necessitatis caussa descendisse simulassent, & paululum custodes cogente naturali reuerentia secessissent, adductis diligētius hinc inde vestibus, minacis se fluuii rapidis iniecerunt fluentis. Sed & aliæ duæ virgines per omnia insignes sorores, genere nobiles, vita mirabiles, primę adhuc ætatis specie pulchræ satis, sed anima pulchriores, ornatæ moribus magis quàm monilibus, studiis apprime probabiles, non ferentes violari publicis edictis ac legibus castitatem, marinis se fluctibus demersere.

Duæ virgines in mare profilierūt.

De his quæ in Phrygia apud Pontum gesta sunt, aliis quoque diuersis virorum ac mulierum passionibus. CAP. XIII.

Carnificina martyrum apud Pontum.

HÆc apud Antiochiam. In regionibus verò Ponti crudeliora gerebantur. Arundines acutæ quibusdam sub vnguibus digitorū infigebantur. Aliis plumbum igni liquefactum, & dorso defusum, vsq; ad loca pudenda quibus naturalis egestio procurari solet, infundebatur. Fœminis quoq; verua candentia & reusta, ardentia absq; vllo humanitatis miserationisq; respectu, ingerebantur per pudenda viscerum, & naturalia secreta membrorum. Sed quid faciam, quod appellationes ipsæ mihi in admissis facinoribus desunt, & gestorum scelerum nec vocabula quibus enumerari queant, inueniri possunt? Sustinebant tamen omnia fortissimi & pissimi martyres: cum optimi & præclari iudices in eo solo sapientiam suam omnibus futurā in ad-



admiratione censerent, si aliquod nouę crudelitatis supplicium, nouiq; generis inuenissent. Sed quum aliquantū iam nō ratiōe aut humanitate, crudelitatis tamen nimietate satiati, respicere ad immanitatē sceleris sui cœpissent, desolatas vrbes ciuibus, & optimis ciuibus, rura nudata cultoribus, orbatos filiis patres, & parentes liberis, ad clemētiā se humanitatēq; conuertūt, edictumq; principale proponunt: Quoniā phas nō esset tot ciues in quibus fidei suæ esset obstinata persuasio, morti tradere, placere de reliquo, vt hoc genus hominum nequaquā quidem subiret interitum: omnes tamen qui hanc speciem confessionis tenerent, dextris oculis ferro effossis, eisdemq; cauterio adustis, sinistro etiā poplite nihilominus cauterio debilitato, per singulas quasq; prouincias in ęris ferriq; metalla, vel operis, vel pœnæ gratia deportandos. Hæc fuit clementia Principalis, qua optimis ciuibus consultū est. Sed illi qdē suis (vt videbat) vel moribus, vel vitiis agebāt. Iustis verò & sanctis viris coronæ virtutis & patientiæ parabantur, Domino & saluatore nostro per hæc vel explorante fidem credentium sibi, vel merita remunerante. Sed sicut omnes per singulos enumerare non solum difficile, sed & impossibile est, qui tunc in passionibus carnis suæ deo gloriam dederunt: ita omnes penitus omittere, & ne paucorum quidem nominatim facere mentionem, satis videtur ingratum. Paucos ergo memorabimus, & maxime ecclesiarum principes, per loca sua singulos martyrii gloria coronatos.

De Præpositis ecclesiarum. CAP. XIIII.

PRimus nobis in memoriis piorum, fulgens in regno Christi martyr scribatur Anthimus Niçomediæ episcopus, capite cæsus. Anthimus

Post hunc vita & studiis semper martyr Lucianus presbyter Antiochenus, sed tunc apud Nicomediam Christi regnū rebus gestisq; prædicans. Lucianus.

Apud Tyrum vero nobilissimus in martyribus, & à prima ætate in Christi institutionibus enutritus Tyrannio eiusdem vrbis episcopus, Zenobius

Tyrannio Zenobius Syluani duo.

Dius à Sidone presbyter, & Syluanus Emisenorum ecclesiæ episcopus, qui in sua ciuitate bestiarum morsibus absumptus, martyrum sociatus est choris. In Palæstina verò primus Syluanus episcopus apud Gazam, cum plerisq; clericorum: In metallo autem Fanensi quadraginta simul capite cæsi: Peleus verò, & Nilus episcopi cum plurimis clericis igni consumpti. In eorum numero habebatur etiam Cæsariensis ecclesiæ flos nobilissimus, & fructus doni cœlestis Pamphilus.

Peleus Nilus.

Pamphilus

Apud Alexandriam verò & per omnem Ægyptum, vel Thebaida primus velut lucifer quidam inter astra confurgens Petrus eiusdem vrbis episcopus, doctrina, moribus, & vita præcipuus, & cum eo presbyter Faustus, & Dius, & Ammonius, nec merito, nec institutionibus, nec martyrio dispares, Phileas quoque & Hesychius: & Pachomius, ac Theodorus, episcopi ex vrbibus Ægypti, cæteriq; cum ipsis innumerabiles, nobilissima pertulere martyria. Quorũ per singula agones describere, ne nos opus nostrũ iusto longius dilatemus, suis ciuibus qui ad dicendũ probe pollent, & præsentes tunc aderant, derelinquo.

Petrus Faustus Dius Ammonius Phileas Hesychius Pachomius Theodorus

De mortibus persequutorum. CAP. XV.

INterea perturbari statum nostrum, & crudeli vbique animaduersione vastari æternum peruigilemq; illum non latuit oculum. Et quoniam dominus quidẽ tradiderat familiam suam castigari paucis, cruenti verò immanitatis ministri desæuierunt in multis, adest continuo vltrix dei dextera, & illos qui primo dum pacem seruarent ecclesiæ, cum omni prosperitate imperium gubernauerant, in tantam rerum permutationem deducit, vt Augustus ipse in id vanitatis atque amentiæ peruenirent, quo depositis cum collega pariter Augusto regni insignibus, priuati & plebei post imperium viuerent: Ille verò qui ei secundus in honore postmodum etiã in primis successor fuit, qui & incentor ac signifer nostræ persecutionis extiterat, tam multis variisq; morbis & corporis tabe, atq; insaniamentis afficeretur, vt post longos atq; inextricabiles lan-

Diocletianus.



languores, scelerum suorum furiis agitatus, sponte vitam nephariam proderet.

De his quę extrinsecus acciderunt. CAP. XVI.

SEd hæc postmodum. Tunc verò in occiduis partibus, quod Maximianus (qui & Herculius) deposuerat, Constantius regebat imperium. In duas nanq; procurationes Romanũ regnum fuerat diuisum. Sed his multa clementia erga homines, erga deum verò religione maxima vtebatur. Neque verò ex cõsortis rabie regnum suum piorum sanguine maculauerat, neq; orationum domos & conuenticula nostrorum, imitatus Maximiani vesaniã, hostili vastatiõe destruxerat, quin potius cultores dei veneratione habuit & honori, vnde & merito religiosus pater, religiosiorem filiũ Constantinum regni bene parti reliquit hæredem. At verò Constantinus, statim vt Romani regni apicem ex paterna hæreditate suscepit, mira quadam dei gratia ciuibus charus, exercitui acceptus, viris fortibus imitandus, facinorosis verò & ignauis terribilis fuit. In obseruantia quoq; religionis longe etiam patrẽ vincere studuit. Sed & Licinius communi omnium sententia adscitus in imperium, Augustus pronuntiatur. Quæ res Maximinum vehemẽter offenderat, quod is tunc solummodo Cæsar in orientis partibus habebatur: neque id vltra ferens, vi raptum sibimet Augusti nomen assumit. Maximianus verò, qui & Herculius, quem paulò ante collegam fuisse Diocletiani, & cum eo imperii insignia deposuisse memorauimus, cum à filio Maxentio in vrbe Roma tyrannidem tenente fuisset expulsus, ad Constantinum tanquã ad generum miserationis caussa confugiens, insidias ipsi à quo religiose susceptus fuerat molitur. In quibus turpiter deprehensus, turpius perit: ita vt post interitum statuæ eius atq; imagines auferrentur, & in ædibus publicis vocabula eius nominis mutarentur. Huius igitur filius Maxentius, qui in vrbe Roma tyrannidem ceperat, primo velut inuitandæ erga se plebis gratia, fidei nostræ veneratorem se esse simulabat, & ob hoc perse quu-

An. do. 308. Maximianus, Herculius, Constantius.

Constantinus.

Licinius Cæsar, fit Augustus.

Maximinus Cæsar Augusti nomẽ vsurpat.

Maxentius

Maxẽtii vita & crudelitas

Universidad de Deusto
Biblioteca



quutiones reprimi, omnesq; iniurias à Christianis arceri iubet. Sed nihil in reliquis actibus suis, nihil in vita vel moribus, quod Christianis proximum videretur ostendit. In tanta etenim flagitiorum & scelerum fece, in tanto impuritatis cœno versabatur, vt nihil prorsus facinorum pessimorum ab eius non dicam vita, sed vnius saltem diei ac noctis actibus esset alienū. Denique Senatorum, & maxime nobilium matronas publice abstrahi, atq; ad suam libidinem deduci imperabat, & post contaminationem viris suis reddi iubebat, non tam expleta adulterii libidine, quàm immutata. Tantus verò metus Patres plebemq; oppresserat, vti ne hoc ipsum quidem quod metuerēt, palàm ostendere auderent, sed ferebant insuetam seruitutē gementes: & aliquid pro libertate cogitare metu prohibebantur, cùm ille non iam ira, sed libidine cædes agitaret. Deniq; quadam die imperat militibus suis, exire per plateas totius vrbis, vt oēs qui occurrissent, cuiuscunque ætatis & cuiuslibet sexus, gladiis cæderent. Innumeraq; multitudines populi Romani, non hostium, sed ciuium telis deiectæ sunt. Senatores verò, & ii maxime qui vel honoribus, vel opibus clariores in curia videbātur, confictis criminibus tanquam rei puniti proscriptiq; sunt. Addit verò etiam hoc fastigiū sceleribus suis, & artis magicæ industriā summis studiis excolit, ad quæ ministeria explenda perquirebantur mulieres nobiles grauidæ, & adhibitæ funestis sacris mediæ scindebantur. Rapiebantur & paruuli infantes, eorumq; exta visceribus euulsa perscrutabantur. Iugulabantur & leones: & nephandis quibusdam commentis ac precationibus dæmoniaca arte compositis, bella dicebantur per hæc arceri, & credebatur ius phasq; regni per nephas posse seruari. His verò malis omnibus etiam illud additur, quod omnes qui per cæteras vrbes vel agros fuerant tyrannica crudelitate deterriti, dum nihil sibi ad vitam tutum putant, relictis agris, per loca abdita & latebra eunt, omni studio arandi serendiq; cessante, tantaq; fames vrbem atque



que omnia loca inuaserat, vt nihil reliqui ad vitę subsidium fieret.

## De persequutionibus Maximini Imperatoris.

CAP. XVII.

An. dō. 313. Maximinī Cæsaris sæuitia.

IN Orientis verò atque Ægypti partibus Maximinus simili per omnia crudelitate & vesania tyrannidem gerebat, ita vt alter alterum, vtpote in tyrannide socius, etiam in sceleribus videretur imitari, & nescires cui potissimum dare flagitiorum palmam deberes. Eo sanè Maximinus præire socium sceleris videbatur, quod etiam publicos honores & maximos, magistris magorum & malarum artium doctoribus decernebat. Simulachrorum quoq; cultui satis superstitiose deditus erat, ita vt ne ad paruum quidem motū sine augurijs & diuinationibus ac symbolis adquiesceret. Vnde & vehementior aduersum nos & grauior prioribus persecutor fuit. Vetera quoque delubra, & olim etiam à studiosis cultoribus derelicta, renouari omnia iubet: sacerdotesq; his & pontifices, per singulas prouincias, nobiles quosque, & aliis iam honoribus functos, ministris militaribus & salariis additis decernit. Nec mirum, qui & manifestos maleficos, vel rectores prouinciarum vel duces militum promouebat. Sed ob huiusce modi vanitatis ministerium, quamplurimæ copiæ auri argentiq; querebantur. Ex quo accidit, vt omnes vbique prouinciæ diuersis modis & occasionibus nudarentur: grauando censum, tributa multiplicando, locupletiores quosque exquisitis aut etiam confictis iniuriis condemnando, alios verò etiam proscribendo, omnes pariter bonis paternis auitisq; familiis euoluebat. Vnde & montes auri (vt ita dixerim) congregatos, familiaribus suis ac satellitibus largiebatur. In conuiuiis verò tam profusus erat, tamque temulentus, vt insanus, & mente captus vini furore putaretur, & ea ebrius fieri iuberet, quæ die postera se iussisse nesciret. Delitiis, luxu, atque omni dissolutionum genere fluitans, turpissima suis militibus præbebat exempla.

Deniq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



Denique quicquid lasciue, quicqd petulanter, quicquid luxurioſe geſtum â Rectoribus vel militum, vel prouinciarũ fuiſſet, inultum cedebat ob imperatoris exemplum. Cui inter cætera hoc etiam ſingulare ſtudium erat, ne vllam, non dico vrbem, ſed vel breue oppidum, abſque adulterio nobilium matronarum quę per loca fuiſſent repertæ, vel corruptione virginum, præteriret. Talis hic tantusq; vir, qui pudicitiæ, honeſtatis, iuſtitiæ, ac totius æquitatis hoſtis publicus erat, qui ni etiam Chriſtianorum hoſtis & perſecutor exiſteret? Aduerſum quos tantum crudelitatis exercuit, vt præceſſores ſuos vincere feſtinaret in ſcelere? ignes, laminas, cruces, beſtias, maris profundum, obtruncationes membrorum, effoſſiones oculorum, & ſingulis membris ſpecialia inferre ſupplicia geſtiebat: quum tamen illi magis conſtantes & fortes inuenirentur in tolerando, quàm iſte ingenioſus & callidus in exquirendo. Vincebatur etenim ſæpius non ſolum â viris, ſed etiam â fœminis, quæ verbo dei & fidei calore ſuccenſæ, vt fœminę quidem comprehendebantur, ſed vt viri fortes in certamine coronabantur: mortem quippe promptius ſubire, imò verò & vltro expetere, quàm corporis maculam recipere malebãt.

Dorothea virgo Alexandrina.

Verum cum duobus grauiſſimis dominis libidine & crudelitate præceps ageretur, fuit apud Alexandriam Dorothea quædam ſatis nobili orta familia, ingentibus diuitiis, & propinquis nobilibus pollens, Sed in ea ingenii atq; induſtriæ bonum, cæterarumq; honeſtarum artium ſtudia magis quàm hæc, vigebant. Formæ verò & decoris gloria tanta ei fuit, vt mirum ac ſpeciale in ea dei figmentum crederetur. Sed illa quæ religione animi & honeſtate vitæ pulchrior quã vultu corporis eſſe ſtuderet, æquiſſimo mẽtis iudicio, q̃d pulchrum & decorũ inter homines videbatur, id potius deo conſecrare, quàm vſui humano ſtatuit indulgere vt virgo deo ſacrata perſiſteret. At ille qui diuina atq; humana, libidine ſimul & crudelitate fœdaret, cognito ſolius formæ, non etiam ingẽnii ac propoſiti bono,



bono, ad contemerandam virginem, ac polluendam eius caſtitatem animum intendit. Comperto verò quod Chriſtiana eſſet, quæ ſecundum ſua edicta pœnæ magis quàm libidini ſubiicienda videretur, in ambiguo poſitus æſtuare cœpit, & in quam ſe partẽ verteret, ignorare. Sed vbi dubios animos libido, quæ ei latius dominabatur, obtinuit, & expectantem virginem pro martyrio ad ſupplicium rapi, per occultos nuntios de ſtupro interpellauit: illa æque nephas ſibi eſſe reſpondit, templum corporis ſui quod ſemel deo conſecrauerat, idolorum cultu ac libidinis contagione polluere. proinde ſe quidem ad mortem paratam eſſe: â crudeli verò tyranno non decere blandum aliquid aut molle proferri, nec eſſe dignum reſolui ergaſe truces animos, quos quotidie vndatim Chriſtianorum profuſus cruor duraret. Ad quæ reſponſa cùm ille libidine accenſus acrius incaleſceret, & niſi verbis adquieuiſſet, vi agere decerneret: omnibus virgo pudiciſſima facultatibus ſuis, domoq; ac familia dereliꝛta, noctu clãm cum paucis fidiſſimis famulis, & cũ amiciſſima ſibi comite caſtitate diſcedit, atque inluſum tyrannum vanum amentemq; dereliquit. Sed & alias plurimas nobiles mulieres ſimul ac virgines exemplo illius adortus, ſed exemplo nihilominus illius paratiores ad mortem, quàm ad ſeruitutem libidinis nactus, crudelibus ſupplicijs affici iubet. Quæ multo promptius & lætius quàm cæteri omnes mortẽ ſubibant, eo quod duplices ſibi coronas â Domino præparandas, non ſolum pro pietate, verumetiam pro caſtitate credebant. Sed in his relationibus poſitum, ſi leſe æquum non puto, etiam nobiliſſimæ fœminæ in vrbe Roma mirabile factum Sophroniæ, cuius vir præfectus vrbis Romæ ſub Maxentio tyranno degebat. Qui quum de ſupradictæ fœminæ pulchritudine cognouiſſet (vt ei mos erat) miſſis ſtuprorum miniſtris, deduci ad ſe fœminam iubet. Illa rem ad maritum detulit. Qui quum comperiſſet, multa ſecum volues, ad vltimum altius ingemiſcens: Et quid, inquit,

Sophroniæ Romanæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



faciemus, quibus aut hæc toleranda sunt, aut animã ponenda? Tum illa vt maritum vidit, metu mortis perterritum prodidisse pudicitiam suam: Paululum, ait his qui missi fuerant, expectate, donec composita (vt decet) & adornata procedam. Dehinc ingressa cubiculum, quum prius defixis genibus orasset, tanquã pudicitiam suam deo immolatura, pectus ac viscera correpto mucrone transuerberat. Extremos huiusmodi nuntios ad tyrannum per adsistentes famulas mittens: Tales (ait) magis placeant Christianæ fœminæ tyranno. Hoc modo in oriente simul atque in occidente, velut vno dæmonis spiritu armati, & paribus eisdemq; vitiis accensi, desæuiebant tyranni, cum tamen per hęc Christianorũ virtus animi, & constantia fidei probatior & magnificentior redderetur.

## De his quæ in melius conuersa sunt.

CAP. XVIII.

An. do. 313. SEd quum per decem continuos annos in Orientis partibus similis etiam Maximiani principis erga Christianos fuisset grassata crudelitas, & innumera hominum milia deum verum colentium neci dedisset, cumq; vires crudelitatis ac libidinis suæ indefinenter suggereret temulentia, & neque consilium, neque satietas finem vllum aut modum imponeret, adest cultoribus suis diuina prouidentia, & quos per ignem probauerat, educit rursus ad refrigerium. Ipsum nam-

Galerij Maximian⁹ incipit ægrotare.

que autorem sceleris vltio diuina corripuit. Et ille qui lætis ac saginatis carnibus incedebat superbus inflatis subito visceribus, suppuratisq; distenditur. In profundioribus dehinc pectoris partibus obortum vulnus totos intrinsecus viscerum secessus tabo serpente depascitur. Post etiam fistulis quibusdam in superficie purulentis meatibus adapertis, de interioribus putrefactis vulneris vænis ebullire vndatim cœpit innumera vermium multitudo. Fœtor verò tam intolerabilis erat, vt nullus omnino ne medicorum quidem propius posset accedere, quod carnes satis lætæ, & in omni



omni luxuria nutritæ, grauiorem ex corruptione nidorem putredinis exhalabant. Deniq; plerosque medicorũ, quod nec morbo aliquid mederi, nec vim fœtoris tolerare possent, interfici iubet. In quibus cum quidam iugulandus potius quam medicaturus assisteret, inspiratus à deo: Cur (inquit) Imperator erras, & quod deus infert, ab hominibus putas posse reuocari? Nec humanus est iste morbus, nec à medicis curatur. Sed recordare, quãta in seruos dei egeris, quamq; in religionem diuinam impius & prophanus extiteris, & intelliges vnde tibi sint poscenda remedia. Nam & ego quidem mori cum cæteris potero, tu tamen à medicis non curaberis.

## De his quæ rursum in idipsum versa sunt.

CAP. XIX.

Maximianus p morbum admonetur humanæ conditionis.

TVnc primum se Maximianus hominem esse intellexit, & scelerum suorum immanitatem recordatus, primum omnium erasse se, & impie egisse profitetur, & velut satisfacere incipit Deo. Tum deinde conuocatis his qui in officio publico sibi parebant, legem scribi & confestim emitti iubet, qua non solum Christianis desinat persecutio, & arceatur omnis iniuria, verum & reædificari eorum permitterentur ecclesiæ, vt solitis cultibus & † obsecrationibus vacantes, etiam pro ipsius salute excelso supplicẽt deo. Quibus dicto citius procuratis, continuo per singulas quasq; vrbes edicta mittuntur, continentia hunc modum:

Alias, obsecrationibus

Edictũ Maximiani & Cõstãtii Cęsarum pro Christianis

IMP. CAES. GALERIVS MAXIMIANVS, INVICTVS, AVGVSTVS, PONT. MAX. GERMANICVS, AEGYPTIACVS, THEBAICVS. SARMATICVS V. PERSICVS II. CARPICVS VI. ARMENICVS, MEDORVM ET ADIABENORVM VICTOR. TRIB. POT. XX. IMP. XIX. COS. VIII. PAT. PAT. PROCOS. ET IMP. CAES. FLAVIVS VAL. CONSTANTIVS, PIVS, FELIX, INVICTVS, AVGVSTVS, PONT. MAX. TRIB. POT. IMPER. V. COS. IIII. PAT. PAT. PROCOS.

Inter cætera quę pro vtilitate reipublicę disponimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca



nos quidem primo volueramus secundū antiquas leges, & publicam Romanæ obseruantiæ disciplinam cuncta moderari, inter quę etiam hoc addere, vt Christiani qui paternam religionem reliquerant, ad eam rursum reuerterentur. Verum quoniam iudicio quodam animi sui tanta eos obstinatio rei huius habuit, vt nullo modo redire vellent ad ritum religionis antiquæ, quæ à maioribus fuerat instituta, sed eo magis pro voluntate sua vnusquisq; legem sibiipsi cōstituit, & in locis diuersis plebs diuersa concurrit. Cumq; pro his à nobis propositum fuisset edictum, vt ad patrias leges redirent & antiquitus constitutas, plurimi eorum periculis se potius subiicere, mortesq; innumerabiles tolerare, quàm obedire præceptis talibus maluerunt. Et quoniam multos adhuc in eodem animi iudicio durare peruidimus, ita vt nec diis cœlestibus honorem debitum redderent, nec suæ religioni satisfacere viderentur, respicientes ad solitam mansuetudinem clementiæ nostræ, qua consueuimus omnibus hominibus dare veniam, libenter etiam erga hos indulgentiam nostram credidimus porrigēdam, vt rursum sint Christiani, & conuenticula in quibus orare consueuerunt, extruant, & reædificent, ita tamen vt nihil contra disciplinam publicam gerunt. Aliis verò epistolis Iudicibus indicauimus, quid eos oporteat obseruare. Vnde concessa hac nostra indulgentia, exorare debēt deum suum pro salute nostra, & pro reipublicæ statu, vt omnimodo incolumi degente repub. etiam ipsi securi agere in propriis laribus possint.

Conuenticula.

Ruffini interpretis verba.

Hæc de Latino in Græcum versa, nos rursum transfudimus in Latinum. Sed post hæc quid consecutum sit, videamus.



# EVSEBII PAMPHILI

EPISCOPI CAESARIENSIS ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBER NONVS.

## De simulata indulgentia. CAP. I.



Viuscemodi edictis Imperialib. per omnem locum Asiæ Pontiq; propositis, velut ex ingentibus tenebris subitum lumen refulsit. Sed Maximinus, qui in Orientis partibus Cæsaris tyrannidem potius q̄ locum tenebat, tanquā crudelitatis suæ materiam sibi subtrahi nō ferēs, cùm ei displiceret edictū, nec tamen auderet obsistere, proponi publice legē, & omnibus in notitiam venire non patitur, verbo tamē iudicibus præcepit, inducias Christianis interim dare. Sed Sabinus, qui per illud tempus præfecturæ culmen gerebat, omnium prouinciarum iudicibus scribens, & prælatam Imperatoris inserens legem, manifestum efficit cunctis id quod Maximinus obscurare tentauerat. Iudices verò per singulas ciuitates edicta mittentes, legemq; præferentes, relaxari cunctos qui tenebantur in carcere, quiq; in metallis, aut quibuslibet vinculis asseruabantur, oēs abscedere liberos iubent. Quibus ita gestis, velut post nimiam tempestatem, si solis splendor cœlo redditus fuisset ac terris, duces populi nostri per singulas quasq; vrbes frequentare conuentus, ecclesias instaurare, concilia agere, sacerdotia reparare, singulas quasq; ecclesias, si cui quid deesse videbatur, instruere. Quæ cum ita gererentur, stupor ingēs habebat infideles gentilitū, de tanta tamq; subita conuersione rerum, ita vt admiratione ipsa fateri cogerentur, magnū & solum deum verum esse quem Christiani colūt. Nostrorū verò si qui in agonibus fideliter & viriliter perduraueràt, cū omni fiducia & lætitia agebant.

An. do 313. Maximinꝰ in Oriēte.

Sabinus prefectus

Christiani liberantur è metallis.

bant. Si qui verò languidius & ignauius egerant, cum omni humilitate & supplicatione medicinam poscere ab his qui incolumes perstiterant properabant, & per eos repropitiari sibi omnipotentem deum supplicabant. Iam verò illi qui de metallis fuerant relaxati, venientes per vrbes singulas, magnanimi sublimesq; incedebant, & ineffabilem lętitiam atq; exultationem dei ecclesiis exhibebant, toto itinere per plateas quoque ciuitatum & vicos cum psalmis ac hymnis digredientes, ita vt stuperent & magnificarent deum hi qui eos pauloante vinctos & catenatos trahi in metalla viderant, lætos verò nunc atq; exultantes cernebāt ad propria remeare. Ex quo etiā ipsi qui prius infesti nobis videbantur & aduersi, nunc subitæ conuersionis miraculo congratulabantur nobis, & communem sibi ducebant lætitiam nostram. Verum cùm hæc ita in agris & vicis & vrbibus agerentur, & pro reddita sibi pace Christianorum populi modesta exultatione gauderent, totius boni inimicus tyrannus ferre non potuit, quin insita sibi nequitiæ rabie gaudia ista subrueret.

De posteriori Maximini Imperatoris peruersione. CAP. II.

An. do. 313. Christiani prohibētur conuenire in cœmiteriis.

ETenim Maximinus, quem in Orientis atq; Ægypti partibus tyrānidem tenere supra diximus, sex nō amplius menses passus est nostros in pace persistere, & protinus quicquid ad obturbandam eam nanciscí potuit, molit. Igitur primo prohibere nostros per occasiones quasdam tentat, ne ad cœmiteria conuenirent. Tum deinde nequissimos quosdam Antiochenæ vrbis viros instigat legationē mittere aduersum nos, deposcentes ne in propriis degere liceat Christianis.

Theotecn⁹ curator vrbis Antiochenæ

Cuius legationis initium facit per Theotecnum quendam curatorem Antiochenæ vrbis, praui ingenii hominem, pessimiq; propositi. Sed & alios per singulas ciuitates similiter deterrimos ciues ad simile facinus impellit, & ex omnibus prouinciis huiuscemodi legationem dirigi componit. Multaq; alia aduersum nos speciali



speciali quodam odio & obstinata concione machinatur, donec omni modo mala quæ iam quieuerant, renouaret. Mala mens, malusq; animus, velut sitim quandam & famem se pati putabat, nisi laniari carnes ciuium, & sanguinem eorum profundi videret.

De simulachro quod nuper apud Antiochiam fuerat consecratum. CAP. III.

An. do. 314. ζεὺς ὁ φίλιος Iupiter Philius, hoc est, amicitiæ præses.

INterea reperisse se occasionem maximam ratus est ex eo, quod apud Antiochiam simulachrum quoddam Iouis Amicalis nuper consecratum, artibus quibusdam magicis & impuris cōsecrationibus ita compositum est, vt falleret oculos intuentium, & portenta quædam ostentare videretur, ac responsa proferre. Idq; omnibus & ipsis Imperatoribus pro certo confirmatur. Quod posteaquam ab vniuersis creditum est, asseueratur item deus ille dedisse responsa, ne Christiani in vrbibus habitarent, neque in vicinis vrbi locis, sed quanto fieri potest longius fugarentur. Quibus cognitis omnes qui vbique erant sub tyranni regno per vrbes ac prouincias singulas, scientes gratum hoc esse apud eum, similem de Christianis sententiam ferunt. Et missis ad eum legatis, ea de Imperatore impetrant, quæ vt peterent ab ipso fuerant inuitati.

De sententiis quæ aduersum nos latæ sunt. CAPVT IIII.

An. do. 313. Sacerdotes tēplorū honoribus ornantur.

TVm verò rursus aduersum nos persecutionis rabies instauratur, & Maximinus interim summa instantia per vrbes singulas & prouincias sacerdotes simulachrorum ac pontifices statuit, multisq; eos honoribus & muneribus præficit, & omnia prorsus diligenter agit, quatenus cunctos beneficiis suis præueniat, vt per hæc promptiores eos efficeret in odia & necem Christianorum. Idq; eo magis obtinebat, quo gratiorem sibi duceret eum quem erga nostros sæuiorem nequioremq; sensisset.

De actis falsis. CAP. V.

ET quāuis ei agere cūcta ex sentētia liceret, quippe q; iam sibi etiā Augusti incōcessam præsumpserat

Acta Christi apud Pilatū cōficta.

dignitatem, videri tamen vult, quod aliquibus iustis hæc rationibus agat. Confinguntur acta quædam, velut apud Pilatum de Saluatore nostro habita, in quibus aduersum Christum omnis blasphemia cōscribitur. Quæ Acta per omnes regni sui prouincias prælato edicto, mitti præcipit, & per vrbes singulas, per vicos, per agros etiam proponi: præceptoribus quoque puerorum tradi iubet, vti pro his quæ ad meditādum, vel ad ediscendum dictare solent, hæc tradant pueris memoriæ commendanda. Cùm verò hæc ita per omnem locum diligenti nequitia gererentur, Dux Damasci cognita Imperatoris sui erga Christianos libidine, & ei placere in talibus studens, indignissimas quasdā mulierculas de triuio conquisitas, sisti sibi facit, & agitari in his plurimam quæstionem, per quam cogeret eas Actis profiteri, fuisse se quondam Christianas, & scire quod inter ipsa mysteria eorum, spurca quædam & impura committerentur. Aliaq; huiusmodi flagitia, quæ nec audire quidem bonus quisquam patere tur, mulierculas actis prosequi facit: eaq; conscripta ad Imperatorem refert. At ille prōponi ea nihilominus per singulas quasq; vrbes ac prouincias iubet, quamuis dux ille non in longum tali fraude gauisus sit. Breui nanque quadam insania desperationis incēsus, in exitum vitæ suæ proprias sibi intulit manus.

Hoc venenno pueros inici cupiebat.

De his qui eo tēpore martyres extiterunt. CAP. VI.

NOstrorum verò rursum fuga, rursum persecutio, & supplicia renouātur. Iudices prouinciarū tanq; gratū aliquid ex hoc imperatori exhibētes in nostros atrocius desæuire. Igitur apud Tyrum Phœnices vrbem tres quidam iuuenes correpti, cum se Christianos esse confiterentur, bestiis subriguntur: cum quibus & Syluanus episcopus quadraginta annis functus sacerdotio, vir mansuetudine animi, & ipsa iam senectute venerabilis. Perīdem tempus etiam Petrus, de quo suprà memorauimus, Alexandrinæ vrbis episcopus, per omnia insignis, & omnibus virtutibus adornatus, in scripturis verò diuinis & in verbo Dei,

Syluanus episcopus.

Petrus Alexādrinus.

priorum



priorum nullo inferior, prudentia quoque singularis, & in omnibus perfectus, vere sacerdos & hostia Dei subito rapitur, & tanquam ex Maximini præcepto capite obtruncatur. Cum quo simul & alii plures ex Ægypto episcopi trucidantur. Lucianus quoque vir, moribus, cōtinentia, & eruditione præcipuus, Antiochenus presbyter, cùm ad tribunal iudicis fuisset adductus: Cur (inquit ad eum Præses) vir rationabilis & prudens sequeris sectam, cuius non potes reddere rationem? Aut si est aliqua, audiamus. Tum ille data sibi facultate dicendi, huiuscemodi orationem de fide nostra habuisse dicitur: In occulto non est, quod nos Christiani quem colimus, Deus vnus est, per Christū nobis annuntiatus, & per spiritum sanctū nostris cordibus inspiratus. Non enim sicut vos putatis, humanæ alicuius persuasionis errore constringimur, nec indiscussa (vt alii) parentum traditione decipimur. Autor nobis de deo, deus est. Neque enim posset sublimis illa maiestas sensibus humanæ mentis illabi, nisi vel spiritus sui virtute delata, vel verbi ac sapientiæ suæ interpretationibus indicata. Fateor, errauimus etiam nos aliquando, & simulachra quæ ipsi finximus, deos cœli ac terræ putabamus autores: sed arguebat eos fragilis substantiæ suæ à nobis præstita consecratio. In quibus tantum venerationis inerat, quantum decoris manus cōtulisset artificum. Verum omnipotens deus ille, quem non nostris manibus fictum, sed cuius nos decebat esse figmentum, errores miseratus humanos, sapientiam suam misit in hunc mundum carne vestitam, quæ nos doceret deum, qui cœlum fecisset & terram, non in manufactis, sed in æternis atque inuisibilibus requirendum. Vitæ etiam nobis leges, ac disciplinæ præcepta constituit, seruare parsimoniam, pauperrate gaudere, mansuetudinem colere, studere pati, puritatem cordis amplecti, patientiam custodire. Sed & oia hæc quę nunc aduersum nos geritis, ventura nobis esse prædixit: educēdos nos ad reges, & ante tribunalia iudicum statuendos, ac velut victimam iugulā-

Luciani pbyteri oratio de Christo.

dos. Inde est denique, quod & ipse qui erat immortalis, vtpote verbum & sapientia Dei, morti se prębuit, quo nobis in corpore positus, patientiæ præberet exemplum. Sed nec nos sua morte decepit, quibus post tertium diem resurrexit: non vt ista quæ nunc falso conscribuntur continent Acta Pilati, sed innocens, immaculatus, & purus, ad hoc solũ mortẽ suscepit, vt eã vinceret resurgendo. Quæ autem dico, non sunt in obscuro gesta loco, nec testibus indigent. Pars pœnæ mũdi iam maior huic veritati adstipulatur: vrbes integrę: aut si in his aliquid suspectum videtur, contestatur de his etiam agrestis manus ignara figmenti. Si minus adhuc creditur, adhibebo vobis etiam loci ipsius, in quo res gesta est, testimonium. Adstipulatur his ipse in Hierosolymis locus, & Golgothana rupes sub patibuli onere disrupta. Antrum quoq; illud, quod auulsis inferni ianuis corpus denuo reddidit animatum, quo purius inde ferretur ad cœlum. Aut si adhuc vobis minus digna videntur hæc, quæ in terris substantiam gerunt, accipite etiam è cœlo adstipulatorem fidelem: Solem vobis ipsum horum produco testem: qui cum hæc fieri per impios videret in terris, lumen suum meridie abscondit in cœlo. Requirite in annalibus vestris, inuenietis temporibus Pilati, Christo patiente, fugato sole interruptũ tenebris diem. Quod si terræ, si cœlo, si sanguini eorum, á quibus veritatem per tormenta perquiritis, fidem non accommodatis, quomodo meis verbis allegationibusq; credetis? Et cum penè iam his verbis auditoribus suadere cœpisset, arripi iubetur in carcerem, ibique quasi absq; tumultu populi necari.

Acta Pilati, aduersus Christũ cõfictus libell⁹.

## De his quæ aduersum nos tabulis æreis conscripta sunt. CAP. VII.

SEd & per alia nihilominus loca, tanta in breui crudelissimus tyrannus aduersum nos excitauit, vt longe sæuiora prioribus & diriora, pararentur: quando enim aduersum nos legationes prouinciarum vel vrbium, quando tot & tanta imperialia edicta venerant ita



ita vt etiam æreis tabulis incidi leges quæ aduersum nos datæ fuerant, iuberentur? quando pueris scholaris meditatio de Pilato & Iesu haberi cõtumeliæ nostræ gratia iussa est, & confictis referta blasphemiis, per totum diem decantari? In his vero legibus, quas aduersum nos ęre incisas singulis quibusque ciuitatibus proposuerat velut in æternum mansuras, iactanter satis & superbe descripserat, quod ex quo Christiani sedibus suis vrbibusq; pelluntur, & aëris esset læta temperies, & terræ fœcunditas abundantior, ac segetum copia vberior: & ideò satis recte consuli ad deorum immortalium gratiam, quibus nullæ ita acceptabiles victimæ litarentur, quàm vt inuisum his hominum genus ex omnibus locis in quibus eorum maiestas colitur, pelleretur. Addit quoq; etiam illud: Vt quoniam tam piam, tamq; religiosam petitionem hãc ab Imperatore poposcissent, quicquid illud est (quamuis difficile videatur) quod suis commodis æstiment profuturum, pro hac gratia nihil sit quod impetrare nõ possent: tantum vt hoc diligẽtius obseruent, ne Christianis qualitercunq; vrbium concedatur ingressus.

## De his quę postmodũ acciderunt, bellis, pestibus, fame: & de morte tyrannorum. CAP. VIII.

ET quidem quantũ in hominibus fuit, satis in angustum res nostræ, opesq; coartatæ sunt, vt secundum illud quod scriptum est, in his scandalizari possent etiam electi. Sed postquam nihil reliqui apud homines rebus nostris superesse visum est, omnipotẽtis dei prouidentia imbecilles hominum mentes periclitari ipsa desperatione nõ patitur. Continuo nanq;, nec mora, dum adhuc per aliquas longius positas ciuitates impia mitterentur edicta, arrogantiam tyrannicæ vocis refrenans, qua lætas segetes pro Christianorum fuga, & vberes frugibus descripserat campos, imbres restringit in nubibus, & effœtas arida sterilitate segetes derelinquit. Aresçit etiam herba camporũ, & non solum hominibus fructum, verũ etiam pecudibus pabulũ negat, famesq; terra & obscœna vbiq; grassatur. Aëris

Siccitas ingens.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sacer ignis Carbũculi.

Aëris quoq; temperies, quam suis impiis actibus descripserat famulari, in tantam corruptionem versa est, vt humana corpora vlceribus pessimis, quæ ignis sacer appellantur, necnon & his qui dicuntur carbunculi, replerentur, ita vt ora hominum atq; oculos occuparent, vt si quis forte ex his effugisset mortem, luminibus orbaretur. Sed & aliis nihilominus pestilentibus morbis virorum ac mulierum immensæ multitudines, & præcipue infantum, aceruatim cadebant.

Armenii aduersum Romanos

Additur illud etiam his malis, quod Armeniorũ gens olim & vtilissima & amicissima populo Romano, dum ab eo Christianæ religionis ritum (cui deuotissime vniuersa dedita est) in idolorum cultum mutare cogeretur, & dæmones venerari pro deo, inimici pro amicis, & pro sociis aduersarii effecti, manu se aduersum nepharia eius edicta defensare parant, ac sponte bella inferunt. Quæ simul omnia coaceruata, stulte ab eo pœnas arrogantiæ deposcebant, pro quo per fugam persecutionemq; Christianorũ, pacem sibimet, & rerum omnium copias, atq; ipsius etiam aëris temperiem deseruire iactauerat. Igitur cum ipse & exercitus bello Armenico vehementer & acriter vrgeretur, populos per vrbes & vicos, quibus diuina atq; humana prospere cuncta cessura legum suarũ autoritate promiserat, fames dira absq; vlla miseratione vastabat. In vrbibus verò tantæ per dies singulos multitudines cadebant, vt nec loca ad sepulturas inuenirẽtur. In agris vel vicis plurimæ domus penitus vacuæ remansere. Quod & si aliqui imminẽtem videntes stragem, filios ad vrbem venundaturi adduxerant, dum emptor moratur, aut retractat etiã ipse moriturus accedere, cum liberis suis, quorum ex precio alendos se sperauerant, interibant. Aliqui verò dum radices herbarum sectabantur, earumq; succis animam sustentare tentabant, perurgente inedia, incaute letali aliquo hausto corrũpebantur. Mulieres quoque matresfamiliãs, & honesto loco natę, vi famis cogente, pudoris oblitę, ad publicum stipis petendæ gratia descendebant. Et quas verecundia aspicere in faciem hominum nõ sinebat, expetere aliquid cibi, vel etiam de manu rapere fames cogebat. Quam plurimi verò ita exhausti incedebãt, vt simulachra magis carne carentia, quam homines putarentur, colore tetro, luminibus in profundum demersis; huc atq; illuc corpore nutabundi, & iam iamq; lapsuri ingrediebantur, nec voce iam stipem, sed vltimum trahendo spiritum deposcentes: ita vt nonnunquam si forte fragmentum panis aliquis, quo frui non liceret, aspiceret, dum manum conatur extendere, nec desiderium vires corporis cõsequuntur, in medio conatus inualidi ictu fruſtrante concideret. Quod si forte quis locupletum miseratione permotus, impertiri aliquid cibi indigentibus voluisset, cõstrictus & præfocatus multitudine eorum, in quibus nemo erat qui repellendus videretur, deserebat incœptum, nec misericordię propositum per vim eorum quos inedia impudentes effecerat, valebat explere. Interea per plateas omnes & angiportus erant omnia repleta cadaueribus mortuorum, nec erat omnino qui sepeliret, dum & ipsi qui adhuc superesse videbantur, morbo inualidi essent, & quasi cõtinuo morituri. Ex quo fiebat spectaculum miserabile, ita vt quam plurimi à canibus deuorarentur. Igitur duæ pestes validissimę, fames & lues, diuidebant sibi populum. Et pauperiores quosque quibus quotidianus victus opere manuum quærebatur, velut vicinos sibi & proximos populabatur inedia. Illos verò qui locupletes & referti opibus videbantur, lues sibi velut proprios vendicabat, ita vt videres numerosæ familiæ domum intra breue tempus ex vno in alterum contagione currente, extinctis omnibus, vacuã derelinqui. Sic discretis quidem castris fames luesq; sed vno mortis exitu bellantes, vrbes atque agros vastabãt. Hæc extitit legum Maximini, & elationis atque arrogantiæ eius, & iudicii de Christianis habiti remuneratio. Hæc illius in deum pietas, & religionis vt asserebat cœlitus traditæ maiestas. Verum, vt superius diximus, cum & inhumata

Fames. Lues.



mortuo-

mortuorū cadauera quos fames consumpserat, in plā-
teis iacerent, & quos lues vsq; ad vnū interemerat, ni-
hilominus insepulti in domibus manerent: q verò su-
peresse videbantur vrgerētur inedia: clamare oēs, &
ſponte Christianorū pietatē misericordiamq; impreca
ri: quosq; paulò ante extorres patria et domo egerant,
nūc suppliciter exorare, vt more sibi solito viuētibus
Ethnici implorant Christianos. alimoniæ auxiliū deferant, mortuis insepultis sepultu-
ræ iusta persoluant. Apud ipsos tantūmodo miserati
ones valere, apud ipsos solos quę humanitatis sunt pie
tatisq;, seruari. Nec tam verā religionē, tam sanctam,
tamq; in omnibus perfectam vllam esse, quæ vniuer-
sis hominibus cōsulere, tanq̄ propinquis & proximis
suadeat. Nec esse alium vllum prēter Christianorū de-
um confitebantur. Tum verò nostrorū populi, quibus
reuera per dei gratiā (quod maxime omnibus mirabi
le fuit) neq; fames in aliquo, neq; lues fuerat domina-
ta, in nullo prorsus iniuriæ memores, more sibi solito
& ad misericordiam etiam inimicorū præceptis domi
nicis instituti, conferre certatim vnusquisq; prout po-
terat, cibos, & sustentare ac reficere pereuntes, & non
solum cibos cum eis, sed & affectum participare. Ex
quo indigentibus etiam parua sufficere videbantur,
Christianorū officia in gentiles. quæ cum magna pietatis affectione præbebātur. Illos
quoq; qui morbi contagione laborabant, ad quos nul
lus gentiliū, ne propinquorū quidem introibat, sedula
& frequenti visitatione curare, nec pati omnino ali-
quid per contagiū: quippe quos gratia diuina circum
daret, cadaueribus quoq; mortuorū sepulturā deferre,
& quæ sunt naturæ, iusta complere. Ita breui, ingressu
solo Christianorū per vrbes & vicos malorū facies
immutata, rebus ipsis atq; operibus veram esse & pi-
am religionem Christianorū in cordibus omniū seri
psit multo tenacius, q̄ tabulis æreis, eam falsam esse ty
rannus inciderat. Igitur cum hæc à nostris ita gererentur, & per gestorū bonitatē tacita quadam prædicati-
one dei noltri veritas noscereturꝰ ita vt completū vi-
Exo. 10. f. deretur illud quod scriptū est in Exodo; Quia Ægy-



ptiis erant tenebræ palpabiles & crassæ, filiis aūt Isra-
el erat lux in omnibus habitationibus suis: pergit ni-
hilominus dominus deus noster magnificari in sanctis
suis, & cœptæ virtutis opus prosperioribus succesſi-
bus propagare, atq; iterum nobis in obscuro positis.
splendorem suæ lucis accendere. Etenim secundū pro-
pheticum dictum: Cibauit nos pane lachrymarū, & Psal. 79. 2.
potum nobis dedit lachrymas, sed in mensura. Hęc est
ergo correptionis eius, emēdationisq; mensura, vt nō
in perpetuum indignetur, neq; in æternū irascatur no-
bis, sed repropitietur seruis suis sperantibus in se.

De victoria Constantini Imperatoris. CAP. IX.

ETenim cùm religiosissimus Imperator Constan-
tinus, Constantii æquè moderatissimi & egregii An. do. 315. Constantinus Aug. aduersus Maxentiū. Modus inſtiādi Christianos.
principis filius, aduersum Maxentiū vrbis Romæ ty-
rannum bellum pararet, atque exercitum duceret, erat
quidem iam tunc Christianæ religionis fautor, veriq;
Dei venerator, nondum tamen (vt est solenne nostris
initiari) signum dominicæ passionis acceperat. Cùm
igitur anxius, & multa secum de imminentis belli ne-
cessitate peruoluens iter ageret, atque ad cœlum sæpi
us oculos eleuaret, & inde sibi diuinum deprecaretur
auxilium, videt per soporem ad Orientis partem in
cœlo signum crucis igneo fulgore rutilare. Cumq; tan
to visu fuisset exterritus, ac nouo perturbaretur aspe-
ctu, adstare sibi videt angelos, dicentes: Constantine,
ἐν τούτῳ νίκα, id est, in hoc vince. Tum verò lætus
redditus, & de victoria iam securus, signum crucis
quod in cœlo viderat, in sua fronte designat: & ita
cœlitus inuitatus ad fidem, non mihi illo videtur in-
ferior, cui de cœlo similiter dictum est: Saule, Sau- Act. 9. a.
le, quid me persequeris? ego sum Iesus Nazare-
nus: nisi quia hic non adhuc persequens, sed iam
consequens inuitatur. Exin signum quod in cœlo si-
bi fuerat demonstratum, in militaria vexilla transfor-
mat, ac labarum quem dicunt in speciem domini- Labarū vexilli nomē.
cæ crucis exaptat, & ita armis vexillisque reli-
gionis instructus, aduersum impiorum arma profi-
ciscitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ciſcitur. Sed in dextera ſua manu ſignum nihilominus crucis ex auro fabrefactum habuiſſe perhibetur. Verum non puto abſq; re videri, ſi paululum excedentes, etiam quid propoſiti religioſus dux in hoc bello geſſerit, proferamus. Igitur vbi diuinæ virtutis auxilio certus de victoria effectus eſt, alio nihilominus æſtu religioſi principis animus fluctuabat, quod ſcilicet Imperator Romanus & Pater Patriæ nominatus, & qui omnes, ſi fieri poſſet, qui ante ſe principatum geſſerant, pietate & religione cuperet ſuperare, non ſolum patriæ, ſed ipſi vrbi Romæ, quæ Romani Imperii caput eſt, bellum cogeretur inferre, nec ſine oppugnatione patriæ quam tyrannus obſederat, reddere poterat patriæ libertatem. Angebatur hinc animus, & die noctuq; Deum, cui ſe iam familiarem ſenſerat, precabatur, ne dexteram ſuam quam ſigno muniuerat ſalutari, cruore Romani ſanguinis macularet. Hæc ei die noctuq; poſcenti, præſtitit diuina prouidentia. Et iam cum non procul à ponte Muluio caſtra poſuiſſet, ecce ſubitò velut vi diuina correptus Maxentius, agitur in occurſum, & proruens vrbis Romæ portis, ſequi ſe reliquum exercitum iubet, priorq; ipſe obuius præcurrit armatus. Iuſſerat autē nauibus ad decipulam compoſitis, fluuium ſterni, & ſuperpoſitis pontibus exæquari. Vt ergo ipſe eques ac præcurſor, oblitus operis ſui, cum paucis aggreſſus eſt pontem, ſubſidere naues, & in profundum demerſus, totius belli futuras cædes vnius nephandi capitis ſui diremit interitu, atque impollutam religioſi principis dexteram à ciuili cruore ſeruauit. Tum vero nihilominus in hoc quàm in Moſe atq; Hebræorum populo geſtum videres, vt digne etiam ſuper his dici deberet: Currus Pharaonis & virtutem eius proiecit in mare. Electos aſcenſores ternos ſtratores demerſit in rubrum mare, ponto adoperuit eos. Ita nanque Maxentius, atq; hi qui cum ipſo erant armati ſatellites, demerſi ſunt in profundū, pontibusq; his deuolutus eſt, quos ad religioſi principis aptauerat exitium, vt & illud ſuper eo competeter

Muluius pons.

Maxentius perit in fluuio.

Exod. 15. a



ter dicatur: Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam operatus eſt. Conuertetur dolor eius in capite eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Hæc impiis competenter aptantur. Conſtantino verò tanquam famulo Dei digne illa iungentur, quæ Moyſes poſt victoriā proſtratis cecinit inimicis dicens: Cantemus domino, glorioſe enim honorifica tus eſt, equum & aſcenſorem proiecit in mare. Adiutor & protector meus eſt, & factus eſt mihi in ſalutē. Quis ſimilis tibi in diis domine? quis ſimilis tibi glorioſus in ſanctis, mirabilis in claritate faciens prodigia? Hæc etiam ſi non verbis, rebus tamen geſtisque Conſtantinus ipſi à quo victoriam meruerat, excelſo concinens deo, vrbem Romam triumphaturus ingreditur. Tum verò læti omnes cum coniugibus ac liberis, Senatus Populusque Romanus ingenti peſte liberati, & iugo tyrannicę immanitatis exempti, Conſtantinum velut ſalutis autorem ac reſtitutorem libertatis excipiunt. Ille tamen nec in laudes acclamantis populi, nec in plauſum tantæ vrbis ac talis, animos relaxabat, neque ſuæ virtuti rem geſtam, ſed diuino muneri deputabat. Statim denique vbi imagines ſibi ob honorem triumphanti Senatus erexit, vexillum dominicæ crucis in dextera ſua iubet depingi, & ſubter adſcribi: Quia in hoc ſigno ſingulari, quod eſt veræ virtutis inſigne, vrbem Romam, Senatumq; & Populum Romanum iugo tyrannicæ dominationis ereptum, priſtinæ libertati nobilitatique reſtituit. Per idem tempus conſpirāte etiam tum ſecum Licinio (nondum enim in id veſaniæ inciderat, quo poſtmodum delapſus eſt) ſcientes & profitentes autorem ſibi bonorum omnium deum, vna eademque ſententia legem ſtatuunt, in qua deum Chriſtianorum pleniſſimis laudibus proſequuntur, & ipſum ſibi autorem totius virtutis atque operis profitentur, ipſumq; de tyranno præſtitiſſe victoriam, & ideo ab vniuerſis huic venerationem cultumq; deferendum. Hanc legem etiam ad Maximinum, qui tunc orientis partibus dominabatur, amicitiasq;

Psal. 7. d.

Exo. 15. a.

Exo. 15. b
Psal. 67. g
Conſtantini triūphus

Statua Cōſtantini.
Licinius Cæſ.

An. do. 316

Cōſtantini Liciniiq; Cæſ. lex de colendo Chriſto.

Universidad de Deusto
Biblioteca



citiasq; eorum expetere videbatur, emittunt. At ille ingentibus Imperatorum rebus gestis perterritus, tametsi quæ scribebantur, cõtraria sibi & aliena mentis suæ proposito viderentur, tamen quoniam resistere non audebat, & rursum alienæ autoritati cedens, inuitus videri in hoc venisse erubescebat, metu simul ac pudore vsus miserrimis cõsiliariis statuit, velut ex suo arbitrio atque autoritate legem pro Christianis similis sententiæ promulgare, in qua asseueraret maioribus quidem suis prioribus Augustis, visum fuisse Christianorum gentem tanquam Deorum cultui aduersam, penitus esse delendam: se quoque aliquandiu ratum, simili debere vti sententia. Sed quoniam eo magis gens ista propagetur & crescat, quo maxime putatur inhiberi, velle se potius, vt si quidem blandis quis ad deorum cultum persuasionibus acquiescat, recipiatur: nullus verò cogatur inuitus, sed habeat in arbitrio suo, quo quisque velit ritu colere Deum: neque pro hoc commotionem vllam, vel perturbationem prouincialibus inferendum. Hæc Maximinus ad Sabinum Præfectum scribit, cum tamen omnes scirent eum non id animo gerere, red simulata hæc humanitate decernere. Denique nostrorum nullus audebat vel consilia agere, vel in publico quicquã quod ad religionem pertinet, commouere, id est, vel ecclesias reparare, vel si quid huiusmodi vsus noster poscebat explere, quod fieri lex ad eum ab Imperatoribus missa censebat. Sed ille impius & mente ferox, hoc solum quod metus extorquebat, indulserat: nec in aliquo mutauit affectum, donec digna in eum verbera vltio diuina proferret. Etenim cum contra meritum & capacitatem mentis suæ, vel nomen Augusti, vel Imperium præsumpsisset, vir in quo nihil prudentiæ, nihil sobrietatis aut moderationis inerat, arrogantia tumidus, & superbia inflatus, extolli & erigi etiam aduersum regni socios cœpit, in quibus regalis institutio morum probitate, & sobrietatis ac religionis gratia refulgebat. Audet igitur primò se inter eos honore

Lex Maximini fingentis se fauere Christianis.

Sabinus præfectus



honore constituere priorem: ac non multo post rupto fœdere, bellum Licinio conatur inferre, & breui omnia perturbans, modò vrbes quatere, modò exercitum fatigare. Ad vltimum fretus dæmonibus, & nomine deorum suorum, cum immensa militum multitudine procedit ad bellum. Sed victoria illum qui deo atq; hominibus inuisus erat refugiens, ad partem alteram transit. Et cùm ferro cecidissent eius exercitus, pauci qui superfuerant videntes eum militum copiis & diuino fauore nudatũ, manum fortioribus tradunt. At ille simul vt se à diis suis deceptum, & ab hominibus desertum videt, detractis Imperii insignibus, quæ nec decenter vnquam gesserat, turbis se calonum fugitantium permiscens, turpiter atque infeliciter bello exemptus, per agros ac vicos latitans, tandem ad ea loca quæ hostibus carere videbantur, euasit, vanis suis persuasionibus illud multo verius esse persentiens, quod diuina scriptura pronunciauerat, dicens: Non fit saluus rex per multitudinem virtutis suæ, nec gigas saluus erit in multitudine fortitudinis suæ. Falsus equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non erit saluus. Ecce oculi domini super timentes eum, sperantes super misericordia eius, vt liberet à morte animas eorum. Igitur cum omni dedecore atq; ignominia tyrannus, posteaquam regressus est ad propria, primo tanquã furore quodam se digno accensus, plurimos sacerdotes deorum suorũ, & diuinos quos antea mirabatur, & quorum responsis confidens, bella commouerat, vt deceptores fallacesq;, & qui salutem suam regnumq; prodidissent, interfici iubet. Post hæc gloriam laudemq; Deo Christianorum refert, & sera pœnitentia conuersionem in ipsa vitæ suæ damnatione meditatus, cùm grauissimam mortem moribus erga semetipsum certantibus duceret, legem pro libertate ac securitate Christianorum scribit. Cuius exemplum infra scriptum est;

Ann. do. 313 Maximinus aduersus Licinium.

Psal. 32.

IMP. CAES. GALERIVS MAXIMINVS, GERMANICVS, SARMATICVS, PIVS, FOELIX, INVICTVS, AVGVSTVS.

An. do. 314. Epistola Maximini pro Christianis.

IN DESINENTEM curam prouincialium nostrorum gerentes,& vtilitatibus eorum vel cõmodis consulentes,quæ ad cõmune & publicũ bonum spectant, quęq; animis cunctorum chara & iocunda sunt,nunq; desinimus prouidere. Vnde cognitum esse omnibus hominibus non dubito, manifesteq; compertũ,ex eo fomite quo iussum fuerat, à diuis principibus Diocletiano & Maximiano parentibus nostris,inhiberi conuentus Christianorum, plurimas direptiones & prædas ab officialibus factas, idque per dies singulos in detrimentum nostrorũ prouincialium profecisse (quorum nos curam præcipuam habere gestimus) ita vt bonis suis penè ac patrimoniis euoluerentur. Super hac re anno pręterito legem dedimus,vt si quis vellet genti huic vel religioni adhærere, à nullo prorsus voluntas eius,ac propositi libertas impediretur,sed satis faceret animis suis,atq; haberet licentiã absq; vllo metu vel suspicione agere quod liberet. Verum ne nunc quidem latere nos potuit quod quidam ex iudicibus tentauerint permouere rursum prouinciales nostros, & velut ex nostra eos autoritate turbare, quo scilicet & pigriores erga religionem quam diligunt, reddereẽtur. Igitur vt in posterũ omnis metus vel ambiguitas auferatur, huius edicti nostri lege sancimus,vt cũctis innotescat,licere his qui Christianam sectam religionemq; venerantur,hac nostra indulgentię largitate,vt vnusquisq; quemadmodũ vult, & prout animo libet, religioni huic solennitatiq; deseruiat. Sed & orationũ domos,id est,dominica sua,vt instaurarent pro voluntate sua,permittimus. Sane quo in omnibus cumulatior habeatur hæc nostra largitio,etiã illud hac lege sancimus,vt si quæ domus, agri,vel quælibet prædia ex Christianorum bonis antehac parentum nostrorũ prę ceptis ad fisci ius fuerãt sociata, si qua etiam ibi ab aliquo competita sunt,vel si qua sunt distracta,aut dono in



in aliquem conlata,hęc omnia in antiquum ius Christianorum præcipimus reuocari, dominisque propriis vniuersa restitui: vt & in hoc omnes pietatis nostræ beneficium capiant.

Talibus Maximinus nunc demum vtitur legibus, qui ante annum non integrum æreis aduersum nos tabulis, tanquam in æternum permansuris,sanxerat pœnas. In quibus nos velut impios,vrbibus & agris exules, ac totius pene terræ profugos effici iusserat. Verum ne nunc quidem erat eius integra & ex corde conuersio, sed velut precium quoddam, huiuscemodi leges offerebat Deo: & quoniam deorum suorum spes eum prius in bello deceperat, per hæc tanquam mutatis patrociniis, bellum tentabat adoriri, ignorans vanissimus, quod ab hominibus nequã ad prauum in cœptum, neq; officiis,neq; pręmiis potest redimi deus

De perditione vltima inimicorum nostrorum.

CAPVT X.

IGitur cùm omnibus copiis instruxisset exercitum, bellumq; parauisset iniustum, doloribus internorũ viscerum correptus, vehementer exagitari cœpit, ita vt ne stratis quidem recubare posset, sed exiliens è cubili suo, sæpe pronus illideretur in terram: tum deinde homo edax,& qui vino semper repleretur, nunc ne summis quidem labris degustandum reciperet cibum,aut odore tenus vinum sumeret. Ita carnibus inedia et ariditate consumptis, hoc solũ profecit infelix, quod in vltimis vitæ positus, iustam esse vindictam dei, & scelerum se pœnam profitetur expendere. Ad vltimum tamen morbo prius luminibus amissis, & tunc magis quid aduersum Christũ impietatis admiserit videns, viuendi finem fecit.Sed defuncto eo,qui erga Christianos nunc inaudita crudelitate,nũc simulata venia agebat, aperta indulgentia legitimorũ principum, & absq; vlla iam suspicione, ecclesiarũ status multo etiam clarior quàm prius fuerat reparari cœpit. Verbũ vero Dei & doctrina CHRISTI, longè gloriosius & liberius propagabatur. Tum verò inimicis pœ

An. do. 315. Maximinus moritur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



nitudo vltima atrocitatis & crudelitatis suæ fiebat, ita vt puderet eos aspectus ipse publicus, nec eleuare oculos in hominum faciem auderent. Etenim cùm primum ipse Maximinus Imperialibus edictis tyrannus & impius, & Deo atque hominibus inuisus fuisset pronunciatus, tabulæq; eius pictæ, vel imagines æreæ, aliæ deiici ac præcipitari iuberentur, aliæ verò atris fucatæ coloribus obliterari: tanta subitò rerum facta conuersio est, vt eius qui dudum aduersum Christianos de pœnæ æternitate censebat, nunc etiam nomen aut reuelleretur de memoria hominum, aut cum opprobrio ac dedecore seruaretur. Iudices quoque eius, quos ille in tyrannicis dominationibus ministros sceIerum habuerat, legitimi principes velut impietatis & crudelitatis eius satellites interfici iuberent. In quibus maximus flagitiorum eius signifer Peucedius fuit, qui secundo ab eo & tertio consul prouectus est, ac præfecturæ tenuit culmen. Sed & Quintianus simiIiter primis apud eum honoribus functus, qui in Ægypti partibus aduersum Christianorum sanguinem inaudita sæuitia & crudelitate grassatus est. Sed & alii plurimi per quos Maximini impietas fomenta conceperat. In quibus & Theotecnus vltorē tandem prophanorū actuum esse comperit Deum, qui consecrati apud Antiochiā simulachri gratia, etiā præsidialibus à Maximino fascibus fuerat honoratus. Sed cùm Licinius venisset Antiochiā & magicæ artis studiosos ad pœnā iussisset inquiri, sacerdotes illi atq; aruspices nouelli simulachri, horū vel socii vel etiam magistri deprehendūtur. Cumq; ab his ingreretur, quo pacto vel responsa redderet simulachrū, vel prodigia quædā facere videretur, dissimulare primo, postea tamē artius interrogati totius ludi compositā ac compaginatā machinā pandunt, et arte Theotecni fatētur cuncta facta. Igitur primò omniū ipsum tātę deceptiōis autorē Theotecnum, tum deinde cæteros magicæ artis ministros, quos ille sacerdotes nouelli dæmonis atque aruspices collocarat, dignis excruciandos suppliciis duci iubet.

Puderet pro pudefaceret, solœcismus.

Peucedius

Quintianus.

Theotecnus.

Quibus



Quibus adduntur etiam filii Maximini quos ille iam imperii socios assumpserat. Sed & propinquos eius, qui se ob huiusmodi necessitudinem, molestissimos erga ciues & prouinciales exhibuerant paribus suppliciis afficit. Stulti & væcordes, qui nō audierint cōmonitionem diuinarum literarum, dicentem: Nolite cōfidere in principibus, neq; in filiis hominum, in quibus non est salus. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in die illa peribunt omnes cogitationes eorum. Nos autē quibus spes & salus in omnipotenti deo consistit, & in rege omnium Christo saluatore nostro, ac redemptore animarum nostrarum, & correptionē libenter ab eo suscipimus, & pacem veniamq; ab ipso similiter expectamus. Igitur posteaquā repente deo atque hominibus inuisum (secundum quod supra exposuimus) interiit impiorum hominum genus (ita vt merito in his completum videretur quod prædixerat spiritus sanctus, Vidi impium superexaltatū & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, & quæsiui locum eius & non inueni) omni nube detersa, lætus iam dies & solito clarior illuxerat terris, atque ecclesiis Christi splendor sui solis effulserat, nec vsquam qui hæc aliter aspiceret liuidus supererat oculus: sed cuncti mortales tyrannicæ quæ præterierat crudelitatis horrore, etiam si nondum fide, votis tamen quæ nostra sunt amplectentes, vniuersi pariter Deum verum piis esse fatebantur auxilio, firmamq; esse spem in Christo sperantium comprobabant. Ex quo aderat cunctis velut diuino munere infusa lætitia, maxime videtibus ea loca, quæ paulò ante impiis tyrannorum machinis fuerant destructa, rediuiua constructione clariora & celsiora consurgere, templaq; excelsa pro humilibus conuenticulis eleuari. Iuuabat enim Christianorum principum fauor, & legislatione religiosa alacres nostrorū animos eo amplius animabat, dum & ad personam episcoporū frequentius scriberēt, & honorē sacerdotibus cū summa veneratione deferrent, sed & impendiorum sumptus

Filii Maximini.

Psal. 145. a

Psal. 36. g

V 4 beni-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Dedicationes ecclesiarum.

benignius largirentur. Interea festiuitates à nostris frequentissime gerebantur cum omni lætitia & exultatione per vrbes & loca singula ecclesiarum dedicationibus celebratis. Congregabantur in vnum sacerdotes, nec pigebat etiam longe positos conuenire, quia nullum longum videbatur spacium charitati. Concurrebant etiam populi ad populos, & tanquã vere membra vnius corporis Christi iungi sibi inuicem sociariq; gaudebant, vt videretur in eis compleri figura illa prophetica quæ cum sacramento quodam prædicata est, dicens: Quia congregabitur os ad os, & iunctura ad iuncturam, quibus etiã vnus spiritus inesse omnibus infusus membris, & vna anima merito dicitur, quia & vna in omnibus fides, & vnus ab omnibus colitur deus, atque ex vno ore hymnos omnes concinunt Deo. Iam vero ingens in sacerdotiis & ministeriis, atque in omnibus quæ ad religionis obseruantiã

Chori psallentium. Psal. 148.

pertinent, gratia refulgebat. Adstabant hic psallentium chori, iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudabant nomen domini: hic mystica ministeria ordinatis ac dispositis vicibus agebãtur. Pontificum quo-

Mystica ministeria. Pontificum & sacerdotũ cõsessus. Concionãs ad populũ.

que & sacerdotum consessus, ipsa canicie venerabilis eminus præfulgebat. Iam verò si quis per gratiam domini inspiratus, sermonẽ proferret ad populum, cum omni silentio ora cunctorum in eum, oculiq; conuersi, tanquam cœlitus sibi per eum denuntiari aliquid expectabant. Tanta auditorum reuerentia, tantus ordo in sacerdotibus seruabatur. Inde alius atq; alius, & non solum duo vel tres, sicut Apostolus dixit, cæteris examinantibus loquebantur, sed & quantiscunq; dabatur sermo in adapertione oris sui, vt magis constaret in eis illud quod Moyses dixerat: Quis dabit omnem ecclesiam dei prophetare? Nusquam enim liuor aderat; nullum pulsabat inuidia: dona dei populis ministrabantur: vnusquisque secundum quod scriptum

Rom. 12, c

est, ad ædificationem ecclesiæ abundare quærebat. Et omnia hæc in charitate gerebãtur, ita vt se honore inuicem præuenirent, & alter alterum se duceret meliorem.



rem. Nam simpliciores quique admirabantur, & suscipiebãt eos qui per sapientiam verbi populos instruebant. Sapientes verò & eruditi viri præferebant eos, quibus pura vita & syncera simplicitas offerendi deo hostias maiorem fiduciam dabat, eisq; immolandi sacrificii permittebatur officium, quos familiarior vitę simplicitas in cordis puritate seruabat. Sic summo studio perquirebat alter in altero quod præferret. Igitur cum tali simplicitate ecclesiarum gloria apud Deum hominesq; proficeret & imago quędam cœlestium haberetur in terris, super omnia quoque religiosus princeps CONSTANTINVS exultaret in talibus, ac per dies singulos fide & religione crescẽs, inexplebili gaudio de ecclesiarum profectibus repleretur, sacerdotibus etiã dei non credebat sufficere, si se æqualem præberet, nisi eos longe præferret, & ad imaginem quandam veneraretur diuinæ præsentiæ. Cumq; pro his omnibus, nõ iam vt Imperator, sed vt pater coleretur à cunctis, non tulit infelix inuidia, vel nostrorum pacem lætis successibus crescere, vel illius erga nos studia inquassata durare. Etenim Licinius, q primò quasi probitate morum, & vitę integritate, ac merito virtutum, non solum ab eo in societatem regni fuerat adscitus, verum & in propinquitatem ex coniunctione susceptus (sororem nanq; Constantini in matrimoniũ acceperat) videns Imperatorem non tam vi & metu, quàm amore et religione omnibus imperare, atque in summa veneratione cunctis esse mortalibus, & præcipue Christianis, humano vitio pulsatus, imò inhumana inuidiæ clade perclusus, occultis insidiis primò decipere egregium principem parat, idq; quàm maxime per familiares ac ministros molitur. Sed ille nihil quidem de eius dolis ac fraudibus suspicatus, tamen quia totus erat confidens in Deo, ad omnia se illo signo quod ei cœlitus monstratum fuerat, muniebat, nec vllis per hoc insidiis fieri obnoxius poterat.

Officiũ immolandi sacrificii.

Constantinus fauebat Christianis

Licinius.

Licinius ad uersus Constantinum Aug.

Verum Licinius vbi neque beneficiorum memoria, neque affinitatis gratia reprimere immanitatem con-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cepti sceleris poterat, neque tamen ei per occultas machinas insidiæ procedebant, ratus quod Imperator Christianorum precibus iuuaretur, & ideo tutus permaneret stulta iracundia permotus, Imperatori quidem apertum bellum indicit, regnique fidem societatemque contaminat. Nostros verò priuato ac speciali odio persequi parat, hoc in querelam deuocans, quod non ita pro se sicut pro Constantino, Christiani in solennibus & ex præcepto sibi traditis orationibus excubarent. Versa igitur vice, is qui paulò ante acerrime in eos vindicauerat qui tyrannorum tempore aduersum Christianos aliquid crudele moliti sunt, nunc in nostros tela contorquet, & tyrannidis suæ prima sacrilegia nostrorum cruore delibat. Primò nanque omnium, de palatio suo, si quis Christianus esset exire iubet, tum & de omni militia. Posthæc proficit pestis, & tyrannicis edictis statuit, omnes qui se Christianos profiterentur, in carcerem tradi. Statim tamen inuenit aliquid, in quo priores crudelitate superaret. Addit edicto, vt ne quis alicui misso in carcerem, cibum vel potum deferat, dicens: Iniquum esse misericordiam fieri, atque humanitatem præbere his, quos ipse suis legibus condemnasset. Et ita multitudines in carcerem retrusæ, inedia necabantur. Sed per hoc putabat adhuc occultiorem esse tyrannidem suam, verum crescente animi sæuitia, etiam hoc parum videtur: continuo in episcopos, cæterosque sacerdotes dei, rabiem crudelitatis extẽdit, & primò omnium nobiliores quosque & quos fama clarior extulerat, vel sapientiæ & doctrinę opinio commendauerat, callida arte circumuenit, & eos aut iniuriarũ reos fieri, aut cuiuslibet alterius ficti criminis præcipiens, nullaque negotii inquisitione habita, puniri hoc solo quo deferebantur, iubebat. Iam verò post hæc inaudito omnibus seculis crudelitatis modo, omnes qui contaminatis sacrificiis acquiescere noluissent, non tortoribus (vt præcessores sui tyranni faciebant) neque cruciatibus ac supplitiis tradi iubebat, sed lanionibus dari, vt eos porcorum

Solennia Christianorum.

Licinii edicta aduersũ christianos An.do. 320.



tum more suspensos, despicatosque & codicibus superpositos, per frusta cæderent, & in partes diuisos, in mare ad pabulum piscium proiicerent. Ecclesias quoque quas suis iam temporibus communibus edictis extrui fecerat, rursum ipse subuertere, & per omnia satisagere, quatenus cunctos qui ante se fuerant tyrãnos, crudelitate superaret. Præterea & leges, si quæ apud Romanos bene & honeste à maioribus latæ fuerant, in barbarum ritum conuertere, auaritiæ quoque insatiabiliter studere, cẽsus innouare, & agros cultoribus vacuos tributis replere. Pręterea si quos iniquis factionibus circumuentos in exilium misisset, horum vxores legitimis matrimoniis auulsas, seruis suis ac satellitibus iungere. Ipse verò etiam contra ætatis suæ vires adulteriis & corruptione virginum delectari. Verum vbi huiuscemodi armis & virtutibus instructus, tyrãnidem ferocius cœpit agitare, Constantinus, qui erat veris virtutibus adornatus, & perfecta in deum pietate munitus, tot tantisque flagitiis ire obuiam parat. Nec difficultas aliqua victoriæ fuit, vbi & causa iustior, & fides purior, & virtus eminentior habebatur. Deiectoque Licinio, atque omni memoria tyrannicæ dominationis ablata, soliditatem Romani regni cum filiis solus obtinuit. Tum vero status quidem reipublicæ æquabili moderatione, & censura dignissima Romani nominis habebatur in nationibus barbaris metus ingens: in Prouincialibus verò metu deuotio animi maior erat. Quieta omnia & trãquilla ab hostibus bellisque ciuilibus, læti securique cuncti mortales pacem agitabant. Ecclesiarum verò gloria, incredibile memoratu est, quãto religiosi imperatoris studio adoleuerit, quantaque eius cura etiam erga sumptum indigentium fuerit. Ardens nanque in fide dei animus, & benignũ ingenium atque clemens bonis operibus pascebatur. In tantum verò præsentium rerum bonitas & trãquillitas obtinebat, vt obliuionem præteritorum pareret malorum. Edictis nanque frequentibus per omnem locum propositis, non solum tyrãnicas aduersum

An.do. 325.

Ecclesiæ.

Pauperibus subuenit.

Christia-

An.do.326. Constantinus priuilegia ecclesiastica sacerdotibus dedit.

Christianos depulerat leges, iusq; ciuile reddiderat, verum & priuilegia plurima ecclesiis, ac summos honores sacerdotibus detulit. Ita deo atque hominibus charus, summam Romani regni, cum religione pura, tum etiam virtute animi ac moderatione, supra omnes qui prius fuerant, procurabat.

Eusebii Pamphili, Cæsariensis Episcopi Ecclesiasticæ historiæ libri Noni & vltimi Ruffino Aquileiensi presbytero interprete

FINIS.

RVFFINVS LECTORI.

Intelligit Chromatiũ

HVcusque nobis Eusebius rerum in Ecclesia gestarum memoriam tradidit. Cætera vero quæ vsq; ad præsens tempus per ordinem subsecuta sunt, quæ vel in maiorum literis reperimus, vel nostra memoria attigit, patris religiosi præceptis & in hoc parentes, quàm poterimus breuiter addemus.

# HISTORIAE ECCLESIASTICAE LIBER DECIMVS, RVFFINO Aquileiensi presbytero Autore.

## De Arii hæresi. CAP. I.

An.do. 322. Alexander episcopus Alexãdrinꝰ

An.do.323. Arius presbyter Alexãdrinus.

CVM apud Alexandriam post Achillam, qui Petro martyri successerat, Alexander sacerdotium suscepisset, quia pax nostris & quies à persequutionibus erat, atque ecclesiarum gloria cõfessorum meritis gaudebat, prosperitas rerum nostrarum domestica contentione turbatur. Etenim presbyter quidam apud Alexandriam, Arius nomine, vir specie & forma magis quàm virtute



tute religiosus, sed gloriæ laudisq; & nouitatis impro be cupidus, praua quædam de fide CHRISTI proferre, & quæ antea in quæstionem nunquã venerant coepit: abscindere ac separare ab illa æterna & ineffabili Dei patris substantia vel natura filium conabatur. Quæ res plurimos in ecclesia conturbabat. Sed cùm Alexander episcopus natura lenis & quietus, assiduis commonitionibus Arium cuperet à prauo incepto & assertionibus impiis reuocare, nec tamen res ex sententia procederet, quod, plerosque iam contagio pestiferæ assertionis infecerat, non solum apud Alexãdriam, verum & per alias vrbes prouinciasq; dispersa, perniciosum fore credens si † dissimularet, & aliis plurimis consacerdotibus suis rem indicat. Quæstio latius innotescit. Sermo vsq; ad aures religiosi principis, quippe qui omni studio & diligentia curaret quæ nostra sunt, peruenit. Tum ille ex sacerdotum sentẽtia apud vrbem Nicæam episcopale concilium conuocat, ibiq; Arium trecentis decem & octo episcopis residẽtibus adesse iubet, ac de eius propositionibus & quæstionibus iudicari.

Aliàs dissimularet à talibus pluconſ.

Constantinus Aug. An.do.327. Concilium apud Nicæã.

## De concilio apud Nicæam congregato. CAPVT. II.

SEd & in eo concilio admirabile factum principis non puto reticendum. Etenim cum ex omnibus penè locis episcopi conuenissent, & (vt fieri solet) diuersis ex causis inter se quædam iurgia detulissent, interpellabatur frequenter à singulis: offerebantur libelli, culpæ proferebantur, & magis ad hęc quàm ad id, pro quo ventum fuerat, animos dabant. At ille videns quod per huiusmodi iurgia causa summi negotii frustraretur, diem certum statuit, qua vnusquisque episcoporum, si quid querimoniæ habere videretur, deferret. Et cùm resedisset, suscepit à singulis libellos: quos simul omnes in sinu suo continens, nec in eis quid contineretur aperiens, ait ad episcopos: Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoq; iudicãdi, & ideo nos à vobis rectè iudicamur.

Constantinus Aug. ad episcopos.

Vos

Vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia quæcunque sunt, ad illud diuinum referuetur examẽ. Vos etenim nobis à deo dati estis dii, & conueniens non est vt homo iudicet deos, sed ille solus de quo scriptum est: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit. Et ideò his omissis, illa quæ ad fidem dei pertinent, absque vlla animorum contentione distinguite. Quum hæc dixisset, omnes simul querimoniarũ libellos iussit exuri, ne innotesceret vlli hominum simulatio sacerdotum. Verum quum per dies multos in episcoporum concilio de fide quæstio verteretur, & nonnulli diuersa sentirent, ac vehementer cœptis Arii fauerẽt, plures tamen erãt qui impium execrarentur incœptum. Cumq; in eodẽ concilio esset confessorum magnus numerus sacerdotum omnes Arii nouitatibus aduersabantur. Fauebant verò ei viri in quæstionibus callidi, & ob id simplicitati fidei aduersi.

Psal. 81. a

## De conuersione Philosophi Dialectici.

### CAPVT III.

Philosophi & dialectici item conueniunt apud Nicæam.

QVantam verò virtutem habeat fidei simplicitas, etiam ex his quæ inibi gesta referuntur, agnoscimus. Etenim cum pro studio religiosi Imperatoris, ex omni terra sacerdotes dei coissent, opinione commoti philosophi quoque & dialectici valde nobiles & opinatissimi conuenerunt. In quibus quidam insignis in arte dialectica, per dies singulos, conflictus summi certaminis cum episcopis nostris, viris adæque in dialectica non improbabiliter eruditis, mouebat: & fiebat ingens spectaculum, conuenientibus ad audiendum doctis & literatis viris. Nec tamen vllo genere philosophus concludi à quoquam poterat, aut constringi. Tanta enim dicendi arte obiectis quæstionibus occurrebat, vt vbi maxime putaretur adstrictus, velut anguis lubricus laberetur. Sed vt ostenderet deus, quia non in sermone regnum dei, sed in virtute consistit, quidam ex cõfessoribus simplicissimæ naturæ



turæ vir, & nihil aliud sciens nisi IESVM CHRISTVM, & hunc crucifixũ, inter cæteros auditores episcopos aderat. Qui cùm vidisset philosophum insultãtem nostris, & callida se disputationis arte iactantem, poscit ab omnibus locum, velle se paucis cum philosopho sermocinari. Tum verò nostri, qui simplicitatem viri & imperitiam de sermone duntaxat nossent, pauere, & velut pudorem quẽdam pati, ne forte apud callidos homines risui efficeretur sancta simplicitas. Perstitit tamen senior, & hinc mouit sermonis exordium. In nomine, inquit, IESV CHRISTI, philosophe audi quæ vera sunt. Deus vnus est qui fecit cœlum & terram, quiq; homini quem de terræ limo formauerat spiritum dedit: vniuersa quæ videntur & quæ non videntur, virtute verbi sui creauit, & spiritus sui sanctificatione firmauit. Hoc verbum ac sapientia quem nos filium dicimus, humanos miseratus errores, ex virgine nascitur, & per passionem mortis à perpetua nos morte liberauit, ac resurrectione sua æternam nobis contulit vitam. Quem & expectamus iudicem omnium quæ gerimus esse venturum. Credis hoc ita esse philosophe? At ille velut si nunquam vllum sermonem contradicendi didicisset, ita obstupefactus virtute dictorum, mutus ad omnia, hoc solum potuit respondere, ita sibi videri, nec aliud verum esse q̃ quod dixerat. Tum senior: Si hæc, inquit, ita esse credis, surge & sequere me ad Dominicum, & † huius fidei signaculum suscipe. Et philosophus conuersus ad discipulos suos, vel ad eos qui audiendi gratia cõuenerant: Audite, inquit, ô eruditi viri: Donec verbis mecum gesta res est, verba verbis opposui, & quæ dicebãtur, dicendi arte subuerti: vbi verò pro verbis virtus processit ex ore dicentis, non potuerũt resistere verba viri tuti, nec homo aduersari potuit deo. Et ideò si quis vestrum potuit in his quæ dicta sunt sentire quæ sensi, credat Christo, & sequatur hunc senem, in quo loquutus est Deus. Ita philosophus Christianus effectus, tãdem se gratulatus est victum.

1. Cor. 2. a

Christianꝰ illiteratus philosophũ aggreditur.

Per signacu lũ huius fi: dei, crucem intelligit. Nã sic olim initiabãtur Christiani.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca



Paphnutius

## De Paphnutio confessore. CAP. IIII.

FVit præterea in illo Concilio & Paphnutius, homo Dei, episcopus ex Ægypti partibus confessor, ex illis, quos Maximianus dexteris oculis effossis, & sinistro poplite succiso, per metalla damnauerat. Sed in hoc tanta virtutum inerat gratia, vt signa per eum nõ minus quàm dudum per Apostolos fierent. Nam & dæmones verbo tantum fugabat, & ægros sola oratione curabat: sed & cæcis visum dicitur reddidisse, et paralyticos ad stabilitatem corporis reuocasse. Quem Constantinus in tanta veneratione & affectu habuit, vt sæpius eum intra palatium euocatum complecteretur, & illum oculum qui in cõfessione fidei fuerat euulsus, auidioribus oculis demulceret.

## De Spiridione episcopo. CAP. V.

Spiridion.

EX eorum numero (& si quid adhuc eminentius) fuisse dicitur etiam Spiridion Cyprius episcopus, vir vnus ex ordine prophetarum, quantum etiam nos eorum qui eum viderãt narratione comperimus. Hic pastor ouium etiam in episcopatu positus permansit. Quadam verò nocte cùm ad caulas fures venissent, & manus improbas quo aditum educendis ouibus facerent, extendissent, inuisibilibus quibusdam vinculis restricti, vsque ad lucem velut traditi tortoribus permanserunt. Cum verò oues ducturus ad pascua matutinus se ageret senior, videt iuuenes absque humanis vinculis in caulis pendere districtos. Cumq; causam noxæ comperisset, absoluit sermone, quos meritis vinxerat: & ne eis inanis nocturna cederet occupatio: Tollite, inquit, ô iuuenes vnum vobis arietem, ne sine caussa venisse videamini, quem melius prece quàm furto quæsisse conuenerat. Tradunt de hoc etiam illud factum mirabile: filiã habuit Irenen nomine, quæ ei cum bene ministrasset, virgo defuncta est. Post eius obitum venit quidam dicens, se ei quoddam depositum commendasse. Rem gestam ignorauerat pater. Perquisitum in tota domo, nusquã quod poscebatur, inuentum est. Perstitebat tamen ille qui commendauerat,



rat, & fletu ac lachrymis perurgebat: vitæ suę quoque illaturum se esse exitium, nisi commendata reciperet, testabatur. Permotus lachrymis eius senex, ad sepulchrum filiæ properat, atq; eam ex nomine clamitat. Tum illa de sepulchro: Quid vis (ait) pater? Cõmendatum, inquit, illius vbi posuisti? At illa locum designans, illic (ait) inuenies defossum. Regressus ad domum, rem sicut filia de sepulchro responderat, reperta, tradidit reposcenti. Sed & multa alia eius feruntur gesta mirabilia quæ etiam nunc ore omnium celebrantur. Tales igitur in illis adhuc temporibus permulti viri in ecclesiis domini refulgebant, ex quibus plurimi in illo concilio fuerunt. Sed & Athanasius eodem tempore Alexandriæ diaconus, Alexandrini episcopi aderat consiliis, senem quamplurimis iuuans. Interea per dies singulos agitabatur conuentus, nec facile aut temere de re tanta statuere audebant. Euocabatur frequenter Arius in concilium, & assiduo tractatu assertiones eius discutiebantur, & quid aduersum hęc teneri deberet aut statui summa cum liberatione quærebatur. Verum post diutinum multumq; tractatum placet omnibus, ac velut vno cunctorum ore & corde decernitur ὁμοούσιον scribi debere, id est, eiusdem cũ patre substantiæ filium confiteri, idq; firmissima omnium sententia pronuntiatur. Decem & septem soli tũc fuisse dicuntur, quibus Arii fides magis placeret, extrinsecus creatum dei filium ex nullis substantibus, & non ex ipsa patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad Constantinum sacerdotalis cõcilii sententia. Ille tanquam à deo prolatã veneratur. Cui si quis tentasset obniti, velut contra diuina statuta venientẽ, in exilium se protestatur acturum. Sex igitur soli cum Ario se patiuntur expelli, reliqui verò vndecim consilio inter se habito, adquiescũt ad subscribendum manu sola, nõ mente. Cuius simulationis autor præcipue extitit Nicomediæ episcopus Eusebius. Interim quoquo modo aliis veritate, aliis simulatione (sicut post exitus docuit) subscribentibus, et de singulis quibusq;

Athanasius Alexandrini episcopi à consiliis. Quidã sic distinguũt. Sed & Ath. e.t. Alexandriæ diaconus (Alexãdrini epis.) aderat, cõsiliis senẽ &c. Arius damnatur.

Eusebius Nicomediẽsis.

ecclesiasticis obseruationibus certa statuta figẽtibus, concilium diremptũ est. Exemplum autẽ expositionis fidei eorum qui conuenerant, infra scriptum est.

EXEMPLVM fidei Niceñæ, & statutorum eius.

CAP. VI.

Exemplũ fidei Nicæni concilii.

CRedimus in vnum Deum, patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibilium factorem. Et in vnum Dominũ nostrum Iesum Christum, filium Dei de patre natum vnigenitum, id est, de substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, nõ factum, ὁμούσιον patri, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis & quæ in terra. Qui propter nos & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est homo factus, passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autẽ qui dicunt, erat aliquando quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex nullis substantibus factus est, aut ex alia substistentia, vel substãtia, dicunt esse τρεπτὸν aut conuertibilem vel mutabilem filium Dei, anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

I. Statuunt præterea obseruandum esse in ecclesiis, ne quis ex his qui semetipsos impatiẽtia libidinis exciderunt, veniret ad clerum.

II. Et ne quis nuper assumptus ex vita vel cõuersatione gentili, accepto baptismo, antequam cautius examinetur, clericus fiat.

III. Et ne quis episcoporum cæterorumq; clericorum cum extraneis mulieribus habitet, præterquã cum matre, vel sorore, vel θεία, vel si quæ sunt huiusce modi necessitudinum personæ.

Indicat liber in q̃ magistratuum insigna de-

IIII. Et vt episcopus (si fieri potest) à totius prouinciæ episcopis ordinetur. Si hoc difficile est, certe nõ minus q̃ à tribus, ita tamẽ, vt Metropolitani episcopi maxime vel præsentia, vel autoritas habeatur. Absque quo ordinationem irritam esse voluerunt.



V. Et ne, quem alius episcopus de ecclesia expulerit, siue clericum, siue laicũ, suscipiat alius. Sanè ne hoc aut iracundia aliqua, aut contentione (vt fieri solet) iniuste factum remedium non haberet, decernunt per singulos annos in singulis quibusq; prouinciis secũdo ab omnibus episcopis prouincialibus cõcilia agi debere, & de huiusmodi negotiis iudicari, vt si forte ab vno inique aliquid gestum est, à cæteris emendetur. Si recte, vt ab omnibus confirmetur.

VI. Et vt apud Alexandriam, & in vrbe Roma, vetusta consuetudo seruetur, vt vel ille Ægypti, vel hic suburbicariarum ecclesiarum sollicitudinẽ gerat.

VII. Et vt si forte in ordinando episcopo, duo vel tres pro aliqua contentione dissentiant, reliquorum autoritas, & præcipue Metropolitani cum cæteris firmior habeatur.

VIII. Et vt episcopo Hierosolymorum antiquitus trãdita honoris prærogatiua seruetur, manente nihilo minus et Metropolitani ipsius prouinciæ dignitate.

IX. Et Catharos (qui apud nos Nouatiani sunt) si forte pœnitentes ad ecclesiam conuertantur, confessos ecclesiastica dogmata, clericos in ordine quidẽ suo suscipi debere. Sed ordinatione data, sanè si episcopus ipsorum veniat ad episcopum nostrum, debere eum in presbyterorum loco sedere. Episcopi vero nomen manere apud illum solum, qui catholicã semper tenuit fidem, nisi sua voluntate ipse eum tali nomine honorare voluerit, vel si placuerit vt quærat ei episcopi locũ vacantem, hoc fit in ipsius potestate.

X. Et ne in vna ciuitate duo sint episcopi.

XI. Et si qui forte indiscrete ad sacerdotium prouecti, postmodum vel ipsi aliquid de se crimino sum confessi sunt, vel ab aliis reuicti, vt abiiciantur: sed & si qui ex his qui lapsi sunt, & per ignorantiam forte ordinati, recogniti fuerint vt abiiciantur.

picta sunt sub dispositione viri illustris comitis priuatarum, fuisse etiã rationalem rei priuatæ per vrbem & suburbicarias regiones ei parte Faustinæ. Et alibi mentio Piceni suburbicarii in eodẽ volumine.

Episcopi Hierosolymitani prærogatiua.

κάθαροι.

Universidad de Deusto
Biblioteca



XII. Et si qui absq; tormentis in persecutionibus lapsi sunt,& ex corde agunt pœnitentiam, quinq; annos inter catechumenos faciant, & duobus annis post hoc fidelibus tantum in oratione iungantur, & ita postmodum suscipiantur.

XIII. Qui verò propter confessionem militiam abiecerant, & rursum ad hanc abierunt, hos tredecim annis pœnitentiam gerere, & postea suscipi,si tamen ex corde pœnitentiã gerant. Esse tamen in potestate episcopi moderandi facultatẽ,si eorum fructuosam & attentam pœnitentiam viderit.

XIIII. De his verò qui vita excedunt pœnitẽtibus,decernunt,vacuum nullum debere dimitti.Si quis sanè accepta communione superuixerit, debere eum tempora statuta complere, vel certe prout moderari episcopus voluerit.

XV. De catechumenis qui prolapsi sunt,statuerunt tribus annis eos à catechumenorum oratione separatos,postea recipi debere.

XVI. Et ne de ciuitate inferiori ad maiorem ecclesiam trãsire quis ambiat, siue episcopus,siue etiam alius clericus.

XVII. Et ne quis clericus qui derelicta ecclesia sua,nulla existente causa probabili vagatur et oberrat per alias ecclesias,suscipiatur in communionem.

XVIII. Et vt nemo eum qui ad alium pertinet, subripiens,in sua ecclesia ordinet clericum absque consensu illius ad quem pertinet.

XIX. Et ne quis clericus aut vsuras accipiat, aut frumenti vel vini ampliationem, quod solet in nouo datum,vel sesquiplum, vel etiam duplum recipi: quod si faciat, tanquam turpis lucri reum abiiciendum.

Diaconus eucharistiã nõ diuidat præsente episcopo.

XX. Et ne diaconi presbyteris præferãtur, néue sedeãt in cõsessu presbyterorũ,aut illis prẽsentibus eucharistiam diuidãt,sed illis agẽtibus solũ ministrẽt. Si verò presbyter nullus sit in prẽsenti,tũc demũ etiã ipsis licere diuidere;aliter verò agẽtes,abiici iubẽt.

XXI.



XXI. Et vt Paulianistæ, qui sunt Photiani, rebaptizentur.

XXII. Sed & diaconissas,quoniamquidem manus impositionem non accipiunt, etiam ipsas inter laicos esse debere. Igitur cùm de his prout diuinarum legum reuerentia poposcerat, decreuissent, sed & de obseruatione Paschæ antiquum canonem, per quẽ nulla de reliquo varietas oriretur,ecclesiis tradidissent,omnibus rite dispositis, ecclesiarum pax & fides in Orientis atq; Occidentis partibus vna atq; eadem seruabatur.

## De Helena Constantini matre. CAP. VII.

PEr idem tempus Helena Constantini mater, fœmina incomparabilis fide & religione animi, ac magnificentia singulari,cuius iure Constantinus & esset filius & crederetur, diuinis admonita visionibus, Hierosolymam petit, atq; ibi locum in quo sacrosanctum corpus patibulo affixum pependerat,ab incolis perquirit. Qui idcirco ad inueniendum difficilis erat, quod ab antiquis persecutoribus simulachrum in eo Veneris fuerat defixum, vt si quis Christianorum in illo loco Christum adorare voluisset, Venerem videretur adorare. Et ob hoc infrequens & penè obliuioni datus fuerat locus.Sed cum (vt supra diximus) religiosa fœmina properasset ad locum cœlesti sibi indicio designatum, cuncta ex eo prophana & polluta deturbans,in altum purgatis ruderibus,tres confuso ordine reperit cruces. Sed obturbabat reperti muneris lætitiã vniuscuiusq; crucis indiscreta proprietas. Aderat quidem & titulus ille,qui Græcis,& Latinis,atq; Hebraicis literis à Pilato fuerat conscriptus: sed nec ipse satis euidenter dominici prodebat signa patibuli. Hic iam humanæ ambiguitatis incertum,diuinum flagitat testimonium. Accidit in eadem vrbe primariam quandam loci illius fœminam graui ægritudine confectam,feminecem iacere. Macarius per idem tempus ecclesiæ illius episcopus erat. Is vbi cunctantem regiam,atq; omnes pariter qui aderãt videt:Adferte (inquit)

An.do. 325. Helena mater Constiãtini Augusti.

simulachrũ Iouis Adrianũ illic posuisse,Paulinus autor est.

Adonidis autem in Bethlehẽ.

Tres cruces reperiũtur.

Macarius epũs Hierosolymorũ.

quit) huc totas quę repertæ sunt cruces, et quæ sit quę portauerit dominū, nunc nobis adaperiet deus. Et ingressus cum regina pariter & populis ad eam quæ decumbebat, defixis genibus huiusce modi ad deum precem profudit.

De cruce Saluatoris in Hierosolymis ab Helena reperta. CAP. VIII.

Precatio Macarii ad deum

TV domine, qui per vnigenitū filium tuū salutem generi humano per passionē crucis conferre dignatus es, & nunc in nouissimis temporibus adspirasti in corde ancillæ tuæ perquirere lignum beatū, in quo salus nostra pependit, ostende euidenter ex his tribus, quæ crux fuerit ad dominicam gloriā, vel quæ extiterit ad seruile suppliciū, vt hæc mulier quæ semiuiua decūbit, statim vt eā lignū salutare cōtigerit, à mortis ianuis reuocetur ad vitā. Et cū hæc dixisset, adhibuit

Miraculum crucis Christi.

primo vnā ex tribus, & nihil profecit. Adhibuit secundam, & ne sic quidē aliquid actū est. Vt verò admouit tertiā, repente adapertis oculis mulier consurrexit, et stabilitate virili recepta, alacrior multo q̄ cū sana fuerat, tota domo discurrere, & magnificare dei potentiā cępit. Sic euidenti indicio regina voti cōpos effecta, templum mirificū in eo loco in quo crucē reperat, regia ambitione cōstruxit. Clauos quoq; quibus

Claui.

corpus dominicum fuerat affixum, portat ad filium. Ex quibus ille frenos composuit, quibus vteretur ad bellum. Et ex aliis galeam nihilominus belli vsibus aptam fertur armasse. Ligni verò ipsius salutaris partem detulit filio, partem verò thecis argenteis conditā dereliquit in loco; quæ etiam nunc ad memoriam solli cita veneratione seruatur. Reliquit etiam hoc indicio

Lignum crucis

Virgines monachę

religiosi animi regina venerabilis: Virgines quas ibi reperit deo sacratas, inuitasse ad prandium, & tāta eas deuotione curasse dicitur, vt indignum crederet, si famulorum vterentur officiis, sed ipsa manibus suis, famulæ habitu succincta, cibum apponeret, poculū porrigeret, aquam manibus infunderet, et regina orbis ac mater imperii, famularum Christi se famulam deputaret.



Et hæc quidem Hierosolymis gesta. Interea Cōstantinus pietate fretus, Sarmatas, Gotthos, aliásque barbaras nationes, nisi quæ vel amicitiis, vel deditione sui pacem præuenerant, in solo proprio armis edomuit. Et quanto magis se religiosius ac humilius deo subiecerat, tanto amplius ei deus vniuersa subdebat.

An. do. 338. Constātinꝰ in Sarmatas & Gothos.

Ad Antonium quoque primum eremi habitatorem, velut ad vnum ex prophetis literas suppliciter mittit, vt pro se ac liberis domino supplicaret. Ita non solum maritis suis, ac religione matris, sed & intercessione sanctorum, commendabilem se Deo fieri gestabat.

Sanè quoniam tanti viri Antonii fecimus mētionem, de virtutibus eius atq; institutis, & sobrietate mentis, vt in solitudine vitam degens, vsus solummodo consortio fuerit bestiarum, & de dæmonibus crebros agens triumphos placuerit Deo supra cunctos mortales, vtq; institutionis suæ præclara vsque in hodiernū monachis exempla reliquerit, volentem me aliqua exponere, ille libellus exclusit, qui ab Athanasio scriptus, etiam Latino sermone æditus est. Propter quod nos, omissis his quæ ab aliis iam dicta sunt, ea memorabimus, quæ quāuis gestorum contineat fides, ab his tamen qui lōge positi sunt, obscurior fama subtraxit.

Antonius eremita. An. do. 338.

Antonii vita ab Athanasio cōscripta Græcè, Latinè versa ab Euagrio.

De captiuitate Frumentii & Edesii, & de conuersione Indorum per ipsos gesta. CAP. IX.

IN ea diuisione orbis terræ quæ ad prædicandum verbum dei sorte per apostolos celebrata est, cum aliæ aliis prouinciæ obuenissent, Thomæ Parthia, & Matthæo Æthiopia, eiq; adhærens citerior India Bartholomæo dicitur sorte decreta. Inter quā Parthiamq; media, sed longo interior tractu India vlterior iacet, multis variisq; linguis & gentibus habitata, quam velut longe remotam, nullus Apostolicæ prædicationis vomeri impresserat, quæ tamen temporibus Constantini tali quadam ex causa semina fidei prima suscepit. Metrodorus quidam philosophus, inspiciendorum locorum, & orbis perscrutandi gratia, vlteriorē dicitur Indiam penetrasse. Cuius exemplo etiam

Metrodoꝰ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Inuitatus Meropius quidam Tyrius philosophus simili ex causa adire Indiam voluit, habens secum duos pueruloſ, quos liberalibus literis vtpote propinquos instituebat. Quorum vnus qui erat iunior Ædesius, alter Frumentius vocabatur. Igitur peruisis & in notitiam captis his quibus animus pascebatur, cum philosophus redire cœpisset, aquæ vel cæterorum necessariorum causa ad portum quendam nauis qua vehebatur, applicuit. Moris est inibi barbarorum, vt si quando fœdus sibi cum Romanis turbatum vicinæ nuntiauerint gentes, omnes qui apud eos ex Romanis inuenti fuerint, iugulentur. Inuaditur nauis philosophi; cuncti cum ipso pariter perimuntur. Pueruli reperti sub arbore meditantes, & lectiones suas parantes, Barbarorum miseratione seruati, ducuntur ad regem. Horum ille alterum, id est, Edesium sibi pincernam fecit. Frumentio verò, quem quasi perspicacem deprehenderat & prudentem, rationes suas scriniaq; commisit. Exq; & in honore magnę apud regę habiti, & in amore. At verò moriens rex, vxorem cum paruulo filio regni dereliquit hæredem: adolescentibus autem quid vellent, agendi dedit liberam facultatem. Quos tamę regina suppliciter exorat, tanquam quæ nihil haberet in toto regno fidelius, vt secum vsquequo adolesceret filius, regendi regni solicitudinem partirentur: & præcipue Frumentium, cuius prudentia ad moderandum sufficeret regnum. Nam alius fidem puram, & sobriam mentem simpliciter exhibebat. Idq; dum agerent, & regni gubernacula Frumentius haberet in manibus, deo mentem eius & animos instigante, requirere solliciti⁹ cœpit, si qui inter negotiatores Romanos Christiani essent, & ipsis potestatem maximam dare, ac monere vt conuenticula per loca singula facerent, ad quæ Romano ritu orationis causa conflluerent. Sed & ipse multo magis eadem facere, & ita cæteros cohortari, fauore & beneficiis inuitare, præstare quicquid oportunum fuisset, loca ædificiis, aliaq; necessaria prębere, & omnimodo gestire, vt Christianorum inibi semen

Ædesius à poculis. Frumętius ⁊ rationib⁹.



semen exurgeret. Sed cum regius puer adoleuisset, cui procurationem regni gerebant, expletis omnibus & ex fide traditis, multum licet detinentibus & roganti-bus vt manerent regina vel filio, ad orbem tamen nostrum reuerturntur. Et Ædesio festinante Tyrum, parętes propinquosq; reuisere, Frumentius Alexandriam pergit, dicens, æquum non esse, opus occultare Dominicum. Igitur rem omnem vt gesta est exponit episcopo, ac monet vt prouideat virum aliquem dignum, quem congregatis iam plurimis Christianis, & ecclesiis constructis in Barbarico solo, episcopum mittat. Tum verò Athanasius (nam is nuper sacerdotium susceperat) attentius & propensius Frumentii dicta gestaq; consyderans, in concilio sacerdotum ait: Et quem alium inueniemus virũ talem, in quo sit spiritus Dei in ipso sicut in te, qui hæc ita possit implere? Et tradito ei sacerdotio, redire eum cum domini gratia vnde venerat iubet. Quiq; cum episcopus perrexisset ad Indiam, tanta ei data esse à deo virtutum gratia dicitur, vt signa per eum apostolica fierent, & infinitus numerus Barbarorum conuerteretur ad fidem. Ex quo in Indiæ partibus & populi Christianorum & ecclesiæ factæ sunt, & sacerdotiũ cœpit. Quæ nos ita gesta, non opinione vulgi, sed ipso Edesio Tyri presbytero postmodum facto, qui Frumentii comes prius fuerat, referente cognouimus.

Frumętius sacerdos factus.

Ædesius Tyri presbyter

De conuersione gentis Iberorum per captiuam facta. CAP. X.

PEr idem tempus etiam Iberorum gens, quæ sub axe Pontico iacet, verbi dei fœdera, & fidem futuri susceperat regni. Sed huius tanti boni præstitit causam mulier quædam captiua, quæ apud eos reperta, cũ fidelem & sobriam satis ac pudicam duceret vitam, totisq; diebus ac noctibus obsecrationes deo peruigiles exhiberet, in admiratione esse ipsa rei nouitas Barbaris cœpit, & quid hoc sibi velit, curiosius perquirebant. Illa, vt res erat simpliciter Christum se Deum hoc ritu colere fatebatur. Nihil ex hoc amplius Bar-

Iberi. Ἴβηρες. Mulier captiua. γυνὴ αἰχμάλωτος. Hanc historiam etiam Theodoretus narrat lib. 1.

bari præter nouitatem nominis mirabantur. Verum (vt fieri solet) ipsa perseuerantia curiositatem quandam mulierculis inferebat, si quid emolumenti ex tanta deuotione caperetur. Moris apud eos esse dicitur, vt si paruulus ægrotet, circumferatur à matre per singulas domus, quo scilicet si quis experti aliquid remedii nouerit, conferat laboranti. Cumq; mulier quædam paruulum suum per omnes circuntulisset ex more, nec aliquid remedii cunctas domos lustrando cepisset, venit etiam ad captiuam, vt si quid sciret, ostenderet. Illa se humani quidem remedii nihil scire testatur, deum tamen suum CHRISTVM quem colebat, dare ei desperatam ab hominibus posse salutem, cõfirmat. Cumq; cilicio suo paruulum superposuisset, atque ipsa desuper orationem fudisset ad dominum, sanum matri reddidit infantem. Sermo defertur ad plures, factiq; fama magnifici vsque ad aures reginæ perlabitur. Quę dolore quodam grauissimo corporis afflicta, in desperatione maxima erat. Rogat ad se captiuã deduci. Illa ire abnuit, ne præsumere amplius aliquid quàm sexus sineret, videretur. Ipsam se regina deferri ad captiuæ cellulam iubet. Quam similiter supra cilicium suum positam, inuocato Christi nomine, continuo post precem, sanam & alacrem fecit exurgere:

Regina sanatur.

Christumq; esse deum dei summi filium, qui salutem hanc contulerit, docet, eumq; quem sibi autorem suæ sciret esse incolumitatis & vitæ, commonet inuocandum. Ipsum nanque esse, qui & regibus regna distribuat, & mortalibus vitam. At illa cum lætitia domũ regressa, marito percontanti causam tam subitæ sanitatis aperuit: quiq; cum pro salute coniugis lætus, munera deferri iuberet, illa: Horum, inquit, ô rex nihil captiua dignatur: aurum despicit, argentum respuit, ieiunio quasi cibo pascitur: hoc solum ei muneris dabimus, si eum, qui me illa inuocante sanauit, CHRISTVM Deum colamus. Ad hoc tunc rex segnior fuit. & interim distulit, sæpius licet ab vxore commonitus, donec accidit quadam die venante eo in



syluis cum comitibus suis, obscurari densissimis tenebris diem, & per terræ noctis horrorẽ luce subducta, cæcis iter gressibus denegari. Alius aliò diuersi ex comitibus oberrant: ipse solus densissima obscuritate circundatus, quid ageret, quò se verteret nesciebat: cùm repente anxios salutis desperatione animos cogitatio talis ascendit: Si verè deus est Christus ille, quæ vxori suæ captiua prædixerat, nunc se de his tenebris liberet, vt ipsum ex hoc omissis omnibus coleret. Illi eo vt hæc nondum verbo, sed sola mente deuouerat, reddita mundo dies, regem ad vrbem perducit incolumẽ. Quiq; reginæ rem protinus vt gesta est, pandit. Euocari iam iamq; captiuam, & colendi ritum vt sibi tradat, exposcit: neq; se vltra alium deum quàm Christum veneraturum esse confirmat. Adest captiua, edocet deum Christum: supplicandi ritum venerandiq; modum, inquantum de his aperire fœminæ phas erat, pandit. Fabricari tamen ecclesiam monet, formamq; describit. Igitur rex totius gentis populo conuocato, rem ab initio, quæ erga se ac reginam gesta fuerant, exponit, fidemque edocet, & nondum initiatus in sacris, fit suæ gentis apostolus. Credunt viri per regem, fœminæ per reginam: cunctisque idem volentibus ecclesia extruitur instanter: & eleuato iam perniciter murorum ambitu, tempus erat quo columnæ collocari deberent. Cumq; erecta prima vel secunda, ventum fuisset ad tertiam, consumptis omnibus machinis, & boum hominumq; viribus, cùm media iam in obliquum fuisset erecta, & pars reliqua nullis machinis erigeretur, repetitis secũdo & tertio, ac sæpius viribus, ne loco quidem moueri attritis omnibus potuit. Admiratio erat totius populi, regis animositas hebescebat: quid fieri deberet, omnes simul latebat. Sed cùm interuentu noctis omnes abscessissent, cunctiq; mortales & ipsa opera cessarent, captiua sola in oratione pernoctans mansit intrinsecus: cùm ecce matutinus & anxius cum suis omnibus ingrediens rex, videt columnã, quam tot machinę ac tot

Rex fit christianus

populi

Universidad de Deusto
Biblioteca



populi mouere non quiuerant, erectam & supra basim suam libratè suspensam, nec tamen superpositam, sed quantum vnius pedis spacio in aëre pendentem. Tunc verò omnes populi contuentes & magnificantes deum, veram esse regis fidem, & captiuæ religionem præsentis miraculi testimonio perhibebãt. Et ecce mirantibus adhuc & stupentibus cunctis, in oculis eorum sensim supra basim suam, nullo contingẽte, columna deposita, summa cum libratione consedit.

Post hoc reliquus numerus columnarum tanta facilitate suspensus est, vt omnes quæ superfuerant, ipsa die locarentur. Postea verò quàm ecclesia magnifice constructa est, & populi fidem dei maiore ardore sitiebãt, captiuæ monitis ad Imperatorem Constantinum toti us gentis legatio mittitur: res gesta exponitur: sacerdotes mittere oratur, qui cœptum erga se dei munus implerent. Quibus ille cum omni gaudio & honore transmissis, multo amplius ex hoc lætatus est, quàm si incognitas Romano imperio gentes & regna ignota iunxisset. Hæc nobis ita gesta fidelissimus vir Bacuri us, gentis ipsius rex, & apud nos Domesticorum Comes (cui summa erat cura & religionis & veritatis) exposuit, cùm nobiscum Palæstini tunc limitis Dux, in Hierosolymis satis vnanimiter degeret. Sed ad cœptum redeamus.

Bacurius rex Iberorũ

## De Constantia sorore Constantini, & presbytero per eam fratri insinuato. CAP. XI.

Constantia soror Constantini.

POsteaquam religiosi principis mater Helena sum mis Romani regni honoribus affecta, ex hac luce discessit, Constantia tunc Licinii relicta, fratris Augusti solatiis vtebatur. Huic accidit presbyterũ quen dam venire in notitiam, latenter partibus Arii fauentem. Sed is primò nihil omnino de his apud sororem principis aperire: vbi verò multa familiaritas copiã tribuit, paulatim sermonem cœpit aspergere, inuidiam dicens Ario generatam, & pro simultatibus priuatis episcopum suum rem contentioſe exagitauisse, æmulationis stimulo confixum, quod Arius apud plebem



bem satis charus haberetur. Hæc atq; huiusmodi alia frequentius suggerens, animos Constantiæ suos effecit. Quæ cùm diem obitura, visitaretur à fratre, atque ab eo blande religioseq; compellaretur, extremam dicitur ab eo gratiam popoſciſſe, vt presbyterum in familiaritatem reciperet, & quæ sibi ab eo pro spe & salute suggererentur, audiret: se quidem iam ex hac luce discedentem nihil curare: pro fratris vero statu esse solicitam, ne forte pro innocentiũ pœnis, regni sui pateretur excidium. Quibus ille monitis à sorore susceptis, & fidelem pro se germanæ sollicitudinem credens, accommodauit aurem presbytero: & interim accersiri de exilio Arium iubet, vt quemadmodum de fide sentiret, exponeret. Tum ille fidem conscripsit, quæ non quidem sensum nostrum, tamẽ verba nostra continere professionemq; videretur. Miratus quidem est Imperator, & putauit vnam eandemq; in ipsius & concilii dudum gesti expositione sententiam contineri: tamen in nullo relaxat animi vigorem, sed rursus eum ad consilii remittit examen, quoniamquidem ad dedicationem Hierosolymorum ex omni orbe coire sacerdotes inuitabantur, hæc ad eos de nomine eius scribens, vt si expositionem fidei eius probarent, & eum vel per inuidiam (vt asserebat) tunc circumuentum dignoscerent, vel nunc ab errore correctum, clementi erga ipsum iudicio vterentur: quandoquidem tanta fuerit concilii moderatio, vt non in personam eius, sed in dogmatum prauitatem lata fuerit sententia, si tamen & episcopi eius Alexandri accommodaretur assensus. Sed ab his quidem qui primo cœptis eius fauentes, cum simulatione subscripserant, facile receptus est. Cùm verò Alexandriã perrexisset, ibi omne eius fruſtratur incœptum: quoniamquidem dolis apud ignorantes locus est: scientibus verò dolum intendere, non aliud est quàm risum mouere. Interea dum hæc apud Alexandriam fruſtra agitantur, Venerabilis Augustus Constantinus in suburbana villa Nicomediæ triceſimo & primo Imperii sui anno

An. do. 340. Arius reuocatur per Constantinũ de exilio.

Hierosolymorũ dedicatio celebris.

An. do. 349. Constãtini Aug. mors & testamentum.

no defunctus est, liberis de successione Romani orbis testamẽto hæredibus scriptis. Quo in tempore quonia quidem Constantius, cui Orientis regnũ decreuerat, præsens nõ erat, dicitur secreto accersiens presbyterũ, quem à sorore cõmendatũ supra diximus, & exinde familiariter habitũ, tradidisse ei testamentũ quod scripserat, & obtestatus sub sacramento, ne vlli nisi Constantio cum venisset, in manus traderet. Cui etiã quod eunuchi qui erant in palatio fauebant, arte indicio de Imperatoris morte suppresso vsq; ad Cõstantii præsentiam, multis noua tentãtibus oppressis, res tutæ integræq; remãsere. Cum verò Constantius affuisset, depositũ presbyter restituit. Cuius beneficii gratia Imperator regni cupidus, ita ei deuinctus est, vt qui imperare cunctis ambierit, ab illo sibi imperari æquanimiter pateretur. Ex quo, deuincto sibi Imperatore, cœpit de Arii restitutione suggerere, & nolentes adquiescere sacerdotes, vti cogeret, persuadere.

De Alexandri, & Eusebii, atq; Arii conflictu.

CAPVT XII.

Alexander Alexandrinus.

Alexander cõstantinopolitanus.

Eusebius Nicomediẽsis.

EA tempestate apud Alexandriã Alexander, in Hierosolymis Maximus confessor, apud Cõstantinopolim æque Alexander, vt ex Athanasii scriptis comperimus, sacerdotio fungebantur. Sed Eusebius qui apud Nicomediam erat, de cuius simulatione in subscribendo supra diximus, amplam temporis nactus occasionem, & principi per presbyterum familiaris effectus, reuoluere omnia, atque in irritum reuocare Concilii gesta molitur. Arium nequicquã apud Alexandriam commorantem venire facit, & Imperialibus edictis Cõcilium denuo Constantinopolim conuocari. Quò conuenêre illi maximè, qui Arium atque Eusebium sectabantur, quiq; sæpe cum Alexandro congressi vt Arium susciperet, nec tamen aliquid profligantes, ab iniuriis quidem eius temperabant. Ad vltimum certam ei diem statuentes denuntiant, vt aut ipse Arium susciperet, aut si reniteretur, se ecclesia pulso & in exilium truso, ab alio eum suscipiendum



dum sciret. Tum ille nocte, quæ ad constitutam intererat diem, sub altari iacens, atq; in oratione & lachrymis totam peruigilem ducens, ecclesiæ causam domino commendabat. Cumq; lux fuisset exorta, nec tamen ab oratione Alexander cessaret, Eusebius cum suis omnibus, velut hæretici belli signifer, domum Arii matutinus ascendit, eumq; propere sequi ad ecclesiam iubet, protestatus quod Alexander, nisi præsens adquiesceret, expulsus cederet loco.

De probroso Arii interitu. CAP. XIII.

Arius cacãdo perit.

IGitur omnium summa expectatio, quo vel Alexandri perseuerantia, vel Eusebii Ariiq; instantia declinaret. Cumq; cunctorum animi essent, vt in tali re, expectatione suspensi, Arius ad ecclesiam pergens, episcoporum & populorum frequentia constipatus, humanæ necessitatis causa ad publicum locum declinat. Vbi cum sederet, intestina eius atq; omnia viscera in secessus cuniculum defluxêre: ita tali in loco dignã mortem blasphema ac fœtida mente exoluit. Quod postea quàm in ecclesia nunciatum est Eusebio, atque his qui vnà secum sanctum & innocentẽ virum Alexandrum de Ario recipiendo fatigabant, superati pudore, & adoperti confusione discedunt. Tunc completus est sermo ad gloriam domini, quem Alexander in oratione sua ad Deum proclamauerat, dicens: Iudica domine inter me & Eusebii minas atque Arii vim. Sed hęc ad præsens quidem paululũ pudoris habuere. Conuenientes verò inter se hæretici, veriti ne forte si, sicut res gesta est, integrè ad Imperatorem Constantium peruenisset, non solum à perfidia eorum, in qua callide irretitus tenebatur, abscederet: verum & in autores deceptionis suæ seuerius aliquid ex regia auctoritate decerneret, componunt per eunuchos quos iam perfidia deceptos tenebant, vti de Arii morte Imperator quàm fieri posset compositè & communiter nosceret, neque aliquid quod Dei vindictam indicare videretur, audiret. Quibus ita gestis, de causa fidei vt cœperant, prosequuntur.

Eunuchi Cæsaris.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca



De Athanasii episcopi principiis. CAP. XIIII.

An.do.333. Athanasius Alexandrinus episcopus.

IGitur apud Alexandriam, defuncto Alexandro, Athanasius susceperat sedē. Quod verò esset vir actis ingenii, & in ecclesiasticis negotiis apprimè vigilans, satis iam tunc hæreticis innotuerat, cùm ad Concilium Nicænum cum episcopo suo sene Alexandro venerat, cuius suggestionibus hæreticorū doli ac fallaciæ vigilanter detegebantur. Statim ergo vt eum episcopū factum cognouerāt, rati id quod res indicabat, suā negocia per illius solicitudinem nō facile processura, omnibus modis quærere aduersus eum machinas decepti onum parabant. Verum non mihi absq; ordine videtur, pauca de huius viri origine supra repetere, & cuius à puero institutionis fuerit, sicuti ab his qui cum ipso vitam duxerant accepimus, memorare. Tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexander episcopus agebat, cùm post expleta solennia conuenturos ad conuiuium suum clericos expectaret in loco mari vicino, videt eminus puerorum supra oram maris ludum, imitantium, vt fieri solet, episcopum, atq; ea quæ in ecclesiis geri mos est. Sed cùm intentius diutine pueros inspectaret, videt ab his geri quædam etiā secretiora & mystica. Perturbatus ilico, vocari ad se clericos iubet, atq; eis quid eminus ipse videret, ostendit. Tum abire eos, & cōprehensos ad se perducere oēs pueros imperat. Cumq; adessent, quis eis ludus, & quid egissent, vel quomodo, percūctatur. Illi, vt talis habet ætas, pauidi, negare primò, deinde rem gestam per ordinē pandūt, & baptizatos à se esse quosdam catechumenos confitentur per Athanasium, qui ludi illius puerilis episcopus fuerat simulatus. Tū ille diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebātur, quid interrogati fuerint, quidúe responderint, si mul & ab eo qui interrogauerat, vbi videt secundū religionis nostræ ritum cuncta cōstare, conlocutus cum cōsilio clericorum, statuisse traditur, illis, quibus interis interrogationibus & respōsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismū non debere, sed adimpleri ea quæ

Ludus puerorū imitātium episcopū & mysteria.

Non rebaptizētur etiā ioco baptizati.



quæ à sacerdotibus mos est. Athanasium verò atque eos quos ludus ille vel presbyteros habere visus fuerat, vel ministros, conuocatis parentibus, sub dei obtestatione tradit ecclesiæ suæ nutriendos. Paruo autem tempore, cum à Notario integre, & à Grammatico sufficienter Athanasius fuisset instructus, continuò tanq; fidele domini commendatum, à parentibus restituitur sacerdoti, ac velut Samuel quidam in templo domini nutritur, & ab eo pergente ad patres in senectute bona, ad portandum post se ephod sacerdotale deligitur. Sed huius tanti in ecclesia pro fidei integritate agones fuerunt, vt etiam de hoc videatur dictum esse illud q̄d scriptum est: Ego enim ostendam ei, quanta eum pati oporteat pro nomine meo. In huius etenim persecutiones vniuersus coniuratus orbis, & commoti sunt principes terræ: gentes, regna, exercitus coierāt aduersus eum. Ille autem diuinū illud conseruabat eloquiū, dicens: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meū: si insurgat in me prælium, in hoc ego sperabo. Verum quoniam tanta ac talia eius gesta sunt, vt magnitudo quidem rerum nihil me præterire patiatur: multitudo verò gestorum quāplurima cogat omittere, incertus æstuat animus, dū deliberare non valet quid teneat, quid omittat. Et ideo pauca nos quæ ad rem pertinent memorabimus, reliqua eius fama narrabit, sine dubio minora vero nunciatura. Nam nihil quod addere possit, inueniet.

Act.9.c.

Psal.26.a

De Constantii Imperatoris errore. CAP. XV.

IGitur vbi Constantius Orientis regnum solus obtinuit, Constantino fratre non longe ab Aquileia apud Alsam fluuium à militibus interfecto, Constans vtriusque germanus Occidētem satis industrie gubernabat. Nam Constantius natura & animo regio, dum primis illis regni sui fautoribus satis indulget, per eunuchos arte in perfidiam decipitur à peruersis sacerdotibus: & intento satis studio prauis eorum contentionibus obsecundat. Sed illi verentes, ne fortè adeundi regis copia quandoq; fieret Athanasio, & per eum de

Cōstantinus occisus. An.do.343. Constātius Aug. in Oriente, Cōstāsin Occidēte An.dō.341.

veritate fidei quã peruertebãt, secundũ scripturas edoceretur, omnimodis insimulare eum apud principem, & velut omnium scelerum ac flagitiorum adgredium tur exponere, vsquequo humani corporis brachium loculo delatum, Imperatori ostendunt, quod ab Athanasio excisum magicæ artis gratia de Arsenii cuiusdã corpore confirmabant. Sed & alia quamplurima criminosa simul & flagitiosa componunt.

De concilio hæreticorum apud Tyrum contra Athanasium congregato. CAP. XVI.

An.do.341. Athanasius iubetur cõdemnari.

QVibus ex causis Imperator iubet conuocato concilio Athanasium condemnari. Idq; apud Tyrum (misso è latere suo vno ex comitibus, adnitẽte quoque Archelao tunc Comite Orientis, necnon & eo qui Phœnicen prouinciam gubernabat) congregari iubet. Eò deducitur Athanasius, loculus cum humano brachio circumfertur, inuidia & horror non solum religiosas, sed & viles animas peruadit.

Archelaus comes Oriẽtis, Comes Phœnices.

De excisо brachio Arsenii, cæterisq; dolis hæreticorum in concilio retectis. CAP. XVII.

Arsenius lector Athanasii.

HIc Arsenius, cuius brachium dicebatur excisum, lector aliquando Athanasii fuerat, & ob culpam correptionem veritus, frequẽtiæ sese subtraxerat. Cuius latebras opportunas sibi ad huiuscemodi cõmentum flagitiosi homines rati, initio compositi criminis occultatum eum apud quendam, quem fidissimum sceleribus suis crediderant, retinebãt. Peruênit tamen ad hunc in latebris positum, quid suo nomine criminis intentaretur Athanasio. Et siue eum ipsa humanitatis contemplatio, siue diuina perpulit prouidentia, clam per noctis silentia euadens claustris, enauigauit Tyrũ. Et pridie quàm causæ dicendæ adesset vltimus dies, Athanasio sese Arsenius obtulit, vtq; se rerum gestarum series haberet, edocuit. Ille domi esse hominem, nec innotescere cuiquam de eius præsentia iubet. Interea Concilium cogitur, in quod aliquanti concinnatæ calumniæ conscii, omnes penè infenso animo aduersum Athanasium præiudicatoq; cõueniunt. Per idem tempus



tempus Paphnutius confessor (de quo supra memoramus) aderat Athanasii innocentiæ conscius. Is cum vidisset Maximum Hierosolymorum episcopum, qui vna secum effosso oculo, & poplite succiso, confessor extiterat, verum pro nimia simplicitate nihil de sacerdotũ scelere suspicantem, consedisse cum cæteris quos factionis macula sociauerat, medium confessum adire non veritus: Te, inquit, Maxime, cum quo mihi vnũ atq; idem confessionis insigne est, cum quo mihi pariter mortale lumen effossum, clariorem diuini luminis conciliauit aspectũ: te, inquam, non patiar sedere in cõcilio malignantium, & cũ iniqua gerentibus introire, Iniectaq; manu eleuans eum de medio eorum, ac de singulis instruens, perpetua dehinc Athanasio communione sociauit. Sed interim causa dicitur. Prima introducitur accusatio mulieris cuiusdam, quæ se dicebat aliquando hospitio Athanasiũ suscepisse, & ab eo noctu nihil suspicantem, vim corruptionis esse perpessam. Introduci ad hæc iubetur Athanasius, ingreditur cum Timotheo presbytero suo, eumq; monet, vt posteaquam mulier dicendi finem fecisset, se racẽte ad ea quæ dixerat, responderet. Cumq; mulier ea quæ edocta fuerat, perorasset, Timotheus conuersus ad eam: Vere, inquit, mulier ego mansi apud te aliquando, aut vim tibi, vt asseris, feci? Tunc illa (vt mulierum se talium procacitas habet) obiurgans Timotheum: Tu tu, inquit, mihi vim fecisti, tu in illo loco commaculasti castitatẽ meam. Simul & conuersa ad iudices, obtestari fidem dei cœpit, vera se dicere. Tum oẽs ridiculosus pudor habere cœpit, quod tã facile docente eo, factio cõpositi criminis patuisset. Nec tamen permissi sunt iudices habere de muliere quæstionem, vnde hęc, vel per quos, aut quomodo fuisset aptata calumnia, quoniam iudicandi libertas penes accusatores erat: Hinc transitur ad aliud crimen. Profertur facinus secum inauditum. Hoc est, inquiunt, vbi nemo possit verborũ præstigiis decipi, res oculis agitur, verbis cessantibus: Brachiũ hoc te, aiũt, Athanasi accusat excisum.

Maximus admonetur à Paphnutio.

Calumniæ Athanasius.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hæc est Arsenii dextera, quam tu quomodo, vel ad quos vsus excideris, indicato. Tum ille: Quis enim, inquit, vestrum Arsenium nouerat, vt hanc ipsius dexteram cognoscatis? Exurrexerunt aliquanti, qui se dicerent optime scisse Arsenium, in quibus nonnulli erat absq; conscientia factionis. Orat dehinc à iudicibus Athanasius, vt hominem suum quem in negotium deposceret, iubeant introduci. Cumq; introductus esset Arsenius, eleuato eius vultu, Athanasius concilio & iudicibus ait: Hic est Arsenius. Et alleuans eius nihilominus dexteram: Hæc est, inquit, etiam dextera eius, hæc est et sinistra. Hæc autē, quā isti offerunt, manus vnde sit, vos requirite. Tunc velut nox quædam & tenebræ accusatorum oculis infusæ, quid agerent, quo se verterent, nesciebant. Ipsum etenim esse Arsenium, testes q paulò ante scire se dixerāt, confirmabant. Verum, quia non iudicādi, sed opprimendi hominis causa concilium gerebatur, fragor omnium repente attollitur magum esse Athanasium, & decipere intuentium oculos conclamatur, nec debere vllo modo vltra talem hominem viuere: factoq; impetu, suis eū discerpere manibus parant. Sed Archelaus, qui cum cæteris ex præcepto Imperatoris concilio præsidebat, ereptum eum de discerpentium manibus, per occultos exitus eduxit, ac fugę (qua solum posset) salutem monuit commendare. Cōcilium tamen rursum conueniens, tāquam se nihil omnino deprehensum fuisset, vt confessum de intentatis criminibus Athanasium condemnat. Et gesta in hunc modum ficta per orbem terræ mittentes, ad scelleris sui consensum Imperatore cogente cæteros episcopos perpulerunt.

Archelaus præsidebat in concilio.

Athanasius condemnatus fugit.

De fuga & latebris Athanasii. CAP. XVIII.

HInc iā toto orbe profugus agitur Athanasius, nec vllus ei tutus ad latendum supererat locus. Tribuni, Præpositi, Comites, exercitus quoque ad inuestigandum eum mouentur edictis imperialibus. Præmia delatoribus proponūtur, si quis viuum maximè, si id minus, caput certe Athanasii detulisset. Ita totis regni



regni viribus frustra aduersum eum, cui Deus aderat, certabatur. Interea sex continuis annis ita latuisse fertur in lacu cisternæ non habentis aquam, vt solem nunquam videret. Sed cum per ancillam, quæ sola conscia dominorum officiis qui ei latebras præbuerant videbatur, indicatus fuisset, tanquam dei spiritu admonitus, ipsa nocte qua ad eum comprehendendū cum iudicibus veniebatur, post annos sex migrauit ad alium locum. Ita illi qui venerant frustrati, domino; in fugam versis, de ancilla vt falsa iudice pœnas sumunt.

Vt Constans Imperator pro Athanasio, fratri Constantio scripserit, eumq; ecclesiæ suæ reddi iusserit. CAP. XIX.

VErum ne graues alicui latebræ suæ fierent, & occasio calumniæ innocentibus quæreretur, nihil sibi vltrà iam tutū in Constantii regno præsumens, ad Constantis partes profugus abscessit. A quo satis honorifice religioseq; susceptus est. Quiq; causa eius quā fama compererat diligētius cognita, scribit ad fratrē, pro certo se cōperisse, quod sacerdos dei summi Athanasius, iniuste fugas & exilia pateretur. Hunc itaq; recte faceret, si absq; vlla molestia loco suo restitueret: si id nollet, curæ sibi futurum, vt id adimpleret, regni eius intima penetrans, & pœnas dignissimas de autoribus sceleris sumens. Quibus scriptis perterritus Cōstātius (quod posse facere ea quæ minitabatur, cōscius erat, fratrem) simulata benignitate vltrò venire ad se Athanasiū iubet, & leui increpatione perstrictum, ad ecclesiam suā permittit securū ire. Admonitus tamen Imperator ab impiis cōsiliariis: Nō est, inquit, magnū Athanasi, quod episcopi poscūt de te, vt vnam ex multis quæ sunt apud Alexandriam ecclesiis, concedas pulsis eorum qui tibi communicare nolunt. Tum ille, deo sibi suggerente, paratū in tēpore consiliū reperit: Et quid est, inquit, Imperator, quod poscenti tibi liceat denegari, qui potestatem omnium habes iubēdi? Sed vnum est quod oro, vt meā quoq; petitiunculam

An. do. 346. Athanasius fugit ad Cōstantē Cæs.

Universidad de Deusto
Biblioteca



libenter admittas. Cumq; se omnia quæ vellet, quamuis essent difficilia, promitteret præstaturum, si hoc vnum cederet libens, ait Athanasius: hoc est quod rogo, vt quia etiam hic (nam apud Antiochiam res agebatur) sunt nostri populi qui istis communicare nolunt, vnam eis tenere concedas ecclesiam. Æquissimũ sibi videri, & valde præstandum, lætus spopondit Imperator. Sed cum rem detulisset ad eos, quorum cõsiliis vtebatur, neque ibi se velle accipere ecclesiam, neque hic dare respõdent, quia plus sibi singuli quiq; quam absentibus consulebant. Ita Imperator admiratus eius prudentiam, properare ocyus ad suscipiendã suam ecclesiam iubet. Sed cum Magnentii scelere Imperator Constans regno simul & vita fuisset exemptus, rursum in Athanasium veteres illi incentores principis odia resuscitare cœperunt. Fugatoq; de ecclesia, in locum eius Georgium quendam perfidiæ & immanitatis socium mittunt. Nam prius quendam Gregorium miserant. Rursum fuga, rursum latebræ, & edicta aduersum Athanasium principis per omnem locum ponuntur, præmia & honores delatoribus pollicentia. Ipse quoque eum ob vindictam necis fraternæ, regnumq; recuperandum ad Occidentis partes venisset, & extincto tyranno, regni solus arce potiretur, fatigare Occidentales episcopos, & per deceptionem ad cõsensum Arianę hęreseos cogere aggreditur, Athanasii prius condemnatione præmissa, & velut obicis validissimi obiectione sublata.

Athanasius rursum exulat. An. do. 453

Georgius Athanasio suffectus.

Cõstãtinus in occidentem venit.

De concilio apud Mediolanum habito, & exiliis Eusebii, Luciferi, cæterorumq; episcoporũ Catholicorum. CAP. XX.

OB hoc apud Mediolanum episcoporum concilium cõuocatur, plures decepti; Dionysius verò, Eusebius, Paulin⁹, Rhodanius, & Lucifer, dolũ in negocio esse proclamantes, asserentesq; quod subscriptio in Athanasiũ, non aliã ob causam, q̃ destruẽdæ fidei moliretur, in exiliũ trusi sunt. His etiam Hilarius iungitur, cæteris vel ignorantibus, vel nõ credentibus fraudẽ. De

Concilium Mediolani.

Hilarius.



De Ariminensi Concilio. CAP. XXI.

SEd tali concilio gestum fuisse negotium, rei exitus docuit. Illis nanq; de medio sublatis, continuo synodus apud Ariminum congregatur, ibi secundum ea quæ Orientales apud Seleuciam composuerant callidi homines & versuti, simplices & imperitos Occidẽtalium sacerdotes facile circũueniunt, hoc modo proponendo eis: Quem magis colere & adorare vellent, ὁμούσιον, an Christum? Illisq; virtutẽ verbi quid ὁμούσιον significaret ignorãtibus, velut in fastidium quoddam & execrationem sermo deductus est, Christo se credere, non ὁμουσίῳ confirmantibus. Sic multorũ, præter paucos (qui scientes prolapsi sunt) animi decepti, contra ea quæ patres apud Nicæam conscripserãt, venientes, ὁμούσιον quasi ignotum et â scripturis alienum sermonem auferri de fidei expositione decernunt, communionemq; suam hæreticorum societate commaculant. Ea tempestate facies ecclesiæ fœda & admodum turpis erat. Non enim sicut prius ab externis, sed â propriis vastabatur. Fugabat alius, alius fugabatur, & vterq; de ecclesia erat. Ara nusquam, nec immolatio, nec libamina: præuaricatio tamẽ & lapsus erat, ac ruina multorum. Similis pœna, sed impar victoria. Similiter cruciabantur, sed non similiter glorificabantur: quia dolebat ecclesia etiam illius casum, qui impellebat ad lapsum.

An. do. 358 Synodus Ariminẽsis

De Liberio episcopo vrbis Romæ. CAP. XXII.

IGitur Liberius, qui post Iulium Marci, quem Siluester præcesserat, successorem, in vrbe Roma per idem tempus sacerdotio fungebatur, in exilium trudi tur. Inq; eius locum Felix diaconus suus ab hæreticis subrogatur & non tam sectę diuersitate, q̃ communionis & ordinationis conuenientia maculatur.

Liberi⁹ põtifex Rom.

Felix.

De Hierosolymorum & Alexandriæ episcopis. CAP. XXIII.

HIerosolymis verò Cyrillus post Maximum sacerdotio cõfusa iã ordinatione suscepto, aliquãdo in fide, sæpius in communione variabat. Apud Alexan-

Cyrillus Hierosol.

Georgius Alexand. driam verò Georgius satis procaciter vi raptum episcopatum gerebat, ita vt magis sibi iuris dicendi credi tos fasces, quàm sacerdotium ministrandũ religiosis officiis æstimaret.

De ambitione episcoporum apud Antiochiam.

CAP. XXIIII.

APud Antiochiam sanè diuersis temporibus multa & admodum cõfuse gesta sunt. Nam defuncto Eudoxio, cum multi diuersarum vrbium episcopi ad illam sedem summa ambitione niterentur, ad vltimũ Meletius. Meletium de Sebastia Armeniæ ciuitate, contra decreta concilii illuc transferunt. Qui tamẽ ab ipsis rursum in exilium truditur, quod contra opinionem ipsorum non Arii, sed nostram fidem cœpit in ecclesia prædicare. Quem magna plebs sede depulsum secuta, ab hæreticorum societate diuellitur.

De schismate Arianorum, quod in tres partes diuisum est, & quidam eorum Eunomiani, alii Macedoniani, alii verò permanserunt Ariani.

CAP. XXV.

INterea vt aliquando etiam in semetipsam prædiues malitia desæuiret, sacerdotes & populi, q Ario duce primitus fuerant ab ecclesia diuulsi, in tres denuo sectas partesq; finduntur. Nam illi quos paulò superius dixeramus non adquiescentes Eusebii cæterorumq; simulationibus, cum Ario exilium pertulisse, postmodum nec ipsi Ario regresso de exilio communicare voluerunt, eo quod simulata confessione communicasset iis, qui de ipsa substantia dei patris filium confiterentur, quia ipsi ea quæ primò docuerat Arius, ex nullis extantibus creatum & factum, non natum filium, satis libera, seu potius impudenti blasphemia confirmabant. Quod & post illorum obitum Ætius quidam, post Ætium validius & latius asserebat Eunomius, vir corpore & anima leprosus, & interius exteriusq; morbo regio corruptus, arte tamen dialectica præpotens, plurima contra fidem nostram scripsit, & disputandi leges sectatoribus suis dedit. A quo etiam nunc

Tres sectæ ex schismate Arii.

An.do.358. Ætius Eunomius



nunc Eunomiana hæresis appellatur. Alius quoque Macedonius nomine, quem nostris expulsis, vel potius necatis, apud Constantinopolim statuerãt episcopum, quia similem patri filium fatebatur, licet spiritũ sanctum æque vt illi blasphemaret, tamen ab illis expellitur, quia similia vt de patre, etiam de filio prædicaret. Neque verò nostris coniungitur, à quibus de spiritu sancto diuersa sentiret. Ita pestifera illa bestia, quę per Ariũ primò quasi de inferis extulerat caput, subito triformis apparuit: Per Eunomianos, qui dicũt per omnia dissimilem filium patri, quia nullo genere similis possit esse factura factori: Per Arianos, qui dicunt similem quidem posse dici filium patri, sed largitate gratiæ, non proprietate naturæ, inquantum scilicet, potest creatori creatura conferri: Per Macedonianos, qui dicunt similem quidem filium per omnia patri, sanctum verò spiritũ cum patre & filio nihil habere cõmune. Hæc quidem inter illos ita gesta sunt. Sed sicut de talibus scriptum est: Discissi sunt, & non sunt compuncti. Plurimi sanè eorum qui videbantur attentiorem vitam gerere, & monasteria permulta apud Constantinopolim vicinasq; prouincias, & episcopi nobiles, Macedonii magis errorem sunt secuti.

An.do.344. Macedonij

Eunomiani Ariani

Macedoniani.

De fine Constantii Imperatoris, & ortu Iuliani.

CAP. XXVI.

SEd Constantius Imperator, dum Iuliano (quem Cæsarem apud Gallias reliquerat) dignationem sibi Augusti sponte præsumenti, armis ire obuiam parat, vicesimo & quarto post occasum patris imperii sui anno, in oppido Ciliciæ Mopsocrene vita defunctus est.

Constãtius moritur. An.do.363. Fõs Mopsi.

De episcopis de exilio relaxatis. CAP. XXVII.

POst quẽ Iulianus, præsumptũ prius, deinde vt legitimum, solus obtinuit principatũ. Is primò velut arguens perperam gesta Constantii, episcopos iubet de exiliis relaxari. Post verò aduersum nostros tota nocendi arte consurgit. Interim qui superfuerãt episcopi, de exiliis relaxãtur. Nam Liberius vrbis Romę

Iulianus Aug. An.do.364. Liberius de exilio reuersus.

episcopus, Constantino viuente regressus est. Sed hoc vtrum quod acquieuerit voluntati suæ ad subscriben dum, an ad populi Romani gratiam, à quo proficiscēs fuerat exoratus, indulserit, pro certo compertum non habeo. Lucifer autē cum exoraretur ab Eusebio, quia vterq; in partibus vicinis Ægypto fuerat relegatus, vt ad videndum Athanasium Alexandriam pergerēt, cō muniq; tractatu cū his qui superfuerant sacerdotibus, de statu ecclesiæ decernerent, præsentiam sui abnegās, legatum pro se diaconum suum mittit. atq; ipse intento animo Antiochiam pergit: ibiq; dissidētibus adhuc partibus, sed in vnum tamen reuocari posse speranti bus, si sibi talis eligeretur episcopus, erga quem non vna plebs, sed vtraq; gauderet, præproperus catholicū quidem & sanctum virum, ac per omnia dignum sacerdotio Paulinum episcopum collocauit, sed tamen in quem adquiescere plebs vtraq; non posset.

Lucifer Alexādriā proficiscitur. An. do. 365.

Paulinꝰ episcopus Antiochiæ.

De concilio apud Alexandriam sanctorū episcoporum, è Luciferi ab his dissidio. CAP. XXVIII.

Cōuētus cō fessorū Alexandriæ. An. do. 366.

PErgit interea Eusebius Alexandriā, ibiq; cōfessorū cōcilio cōgregato, pauci numero, sed fidei integritate, & meritis multi, quo pacto post hæreticorum procellas, & perfidię turbines tranquillitas reuocaretur ecclesiæ, omni cura & libratione discutiunt. Aliis videbatur fidei calore feruentibus, nullum debere vltra in sacerdotium recipi, qui se vtcunq; hæreticę communionis contagione maculasset. Sed qui imitantes Apostolum quærebant, non quod sibi vtile esset, sed quod pluribus, vel qui imitarentur Christum, qui cū esset omnium vita, pro salute cunctorum humiliās se descendit in mortē, quo scilicet inueniretur & in mortuis vita: dicebāt melius esse, humiliari paululum propter deiectos, & inclinari propter elisos, vt eos rursus erigerent, nec sibimet solis puritatis merito cœlorum regna defenderent, sed esse gloriosius, si cum pluribus illic mererentur intrare. Et ideo rectum sibi videri, vt tantum perfidię autoribus amputatis, reliquis sacerdotibus daretur optio, si forte velint, abiurato errore perfidiæ,



fidiæ, ad fidem patrum statuaq; conuerti, nec negare aditum redeuntibus, quin potius de eorum conuersione gaudere: quia & ille euangelicus iunior filius, paternæ depopulator substantiæ, sed in semetipsum reuersus, non solum suscipi meruit, sed & dignus paternis complexibus deputatur, & anulum fidei recipit, & stola circundatur: per quam quid aliud quàm sacerdotii declarantur insignia? nec probabilis extitit apud patrem senior filius, quòd inuidit recepto: nec tantum meriti habuit non delinquendo, quantum notæ contraxit non indulgendo germano.

De his quæ in eodem Concilio statuta sunt.

CAPVT XXIX.

CVM igitur huiuscemodi sententiam ex euangelica autoritate prolatam, ordo ille sacerdotalis & apostolicus approbasset, ex concilii decreto, Asterio cæterisque qui cum ipso erant, Orientis iniungitur procuratio. Occidentis verò Eusebio decernitur. Additur sanè in illo concilii decreto, etiam de spiritu sancto plenior disputatio, vt ejusdem substantiæ ac deitatis cuius pater & filius, etiam spiritus sanctus crederetur, † nec, quicquam prorsus in trinitate, aut creatum, aut inferius, posteriusue diceretur. Sed & de differentia substantiarum & subsistentiarum sermo eis per scripturam motus est. Græci οὐσίας & ὑποστάσεις vocant. quidam etenim dicebant substantiā & subsistentiam vnum videri: & quia tres substantias non dicimus in Deo, nec tres subsistentias dicere debeamus. Alii verò, quibus longè aliud substantia, quàm subsistentia significare videbatur, dicebant, quia substantia ipsa rei alicuius naturam rationemq; qua constat, designet: Subsistentia autem vniuscuiusq; personę, hoc ipsum quod extat & subsistit, ostēdat. Ideoq; propter Sabellii hęresim tres esse subsistentias confitendas, quod quasi tres subsistētes personas significare videretur, ne suspicionē daremus tanquā illius fidei sectatores, quæ trinitatem in nominibus tantum, & non in rebus ac subsistentiis confitetur. Sed & de incarnatione domini com-

An. do. 366. Asterius præficitur Orienti, Eusebius Occidenti. De spiritu sancto decretum. aliàs, ne &c. videretur.

οὐσίας substantia.

ὑποστάσις subsistentia

Universidad de Deusto Biblioteca



Caro Christi. comprehensum est, quia corpus quod susceperat dominus, neq; sine sensu, neq; sine anima susceperisset. Quibus omnibus caute moderateque compositis, vnusquisque itinere suo cum pace perrexit.

De Eusebio & Hilario, atq; ecclesiarum per eos restitutione. CAP. XXX.

SED Eusebius cùm redisset Antiochiam, & inuenisset ibi à Lucifero contra pollicitationem ordinatum episcopum, pudore simul & indignatione compulsus abscessit, neutri partium communionẽ suam relaxans, quia digrediens inde promiserat se acturum in concilio, vt eis ordinaretur episcopus, à quo pars neutra descisceret. Melitius. Ille namq; populus, qui Melitium dudum de ecclesia pulsum, quasi pro fide recta fuerat secutus, non iunxerat se ad priores catholicos, id est, qui Eustathius cum Eustathio episcopo fuerant (ex quibus etiã Paulinus erat) sed suum principatum, suumq; conuenticulum tenuit. Hos ergo cùm in vnum reuocare voluisset, nec tamen (præuentus à Lucifero) potuisset, abscessit. Lucifer. Tunc regressus Melitius de exilio, quia cum eo numerosior populus erat, ecclesias tenuit, & ex eo iam propriã synodum cum cæteris Orientalibus episcopis habuit, nec tamen Athanasio iunctus est. Interim Lucifer iniuriã dolens, quod episcopum à se ordinatũ apud Antiochiã nõ recepisset Eusebius, nec ipse recipere cogitat Alexandrini decreta concilii, sed constringebatur legati sui vinculo, qui in concilio ipsius autoritate subscripserat. Abiicere nanq; eum non poterat, qui autoritatem eius tenebat. Si verò recepisset, omne suum frustrandum videbat incœptũ. Diu ergo de hoc multumq; deliberans cùm ex vtraq; parte concluderetur, elegit, vt legato suo recepto, erga cæteros sententiam disparem, sed sibi placitam custodiret. Ita regressus ad Sardiniæ partes, siue quia cita morte prẽuentus, tempus sententiæ mutandæ non habuit, etenim temere cœpta corrigi spacio solent: siue hoc animo immobiliter sederat, parum firmauerim. Ex ipso Luciferianorũ schisma, interim Luciferianorum schisma, quod licet per paucos



cos adhuc voluitur, sumpsit exordium. Eusebius verò circumiens Orientem atque Italiam, medici pariter & sacerdotis fungebatur officio. Singulas quasque ecclesias, abiurata infidelitate ad sanitatem rectæ fidei reuocabat, maxime quod Hilarium, quem dudum cum cẽteris episcopis in exilium trusum esse memorauimus, regressum iam & in Italia positum, hæc eadem erga instaurandas ecclesias, fidemq; patrum reparandam reperit molientem.

De scriptis Hilarii. CAP. XXXI.

NIsi quod Hilarius vir natura lenis & placidus, simulq; eruditus, & ad persuadendum cõmodissimus, rem diligentius & aptius procurabat. Qui etiam libros de fide nobiliter scriptos ædidit, quibus & hæreticorũ versutias, & nostrorum deceptiones, & male credulam simplicitatẽ ita diligenter exposuit, vt & præsentes, & longe positos, quibus ipse per se disserere viua voce non poterat, perfectissima instructione corrigerer. Ita duo isti viri, velut magnifica quædam mundi lumina, Illyricum, Italiam, Galliasq; suo splendore radiarunt, vt omnes etiam de abditis angulis & abstrusis hæreticorum tenebræ fugarentur. Hilarius An.do. 365.

De persequutionibus Iuliani blandis & callidis. CAPVT XXXII.

SED Iulianus postquam ad Orientem Persas bello pulsaturus aduenit, & publica (quam prius occultauerat) erga idolorũ cultum fieri cœpit insania, callidior cæteris persecutor, non vi neq; tormentis, sed prẽmiis, honoribus, blanditiis, persuasionibus, maiorem penè populi partem, quàm si atrociter pulsasset, elisit. Studia autorum Gentilium Christianos adire prohibens, ludos literarum illis solis qui deos deasq; venerarentur, patere decernit. Militiæ cingulum non dari, nisi immolantibus iubet. Procurationem prouinciarum, iurisq; dicendi, Christianis statuit non debere cõmitti, vtpote quibus etiã lex propria gladio vti vetuisset. Et proficiebat quotidie in huiusce modi legibus exquirendis, quibus & si quid versutum vel callidum, tamen An.do. 365. Iuliani Aug. calliduũ consiliũ.

tamen quod minus videretur crudele, decerneret.

Aruſpices Athanaſiũ tollendum ſuadent.

De Sęuitia Iuliani erga Athanaſiũ. CAP. XXXIII.

SED non erga Athanaſium fictæ philoſophiæ tenere imaginem potuit. Etenim cũm velut tetri ſerpentes de cauernis terræ ebullientes, ad eum proceſſiſſet magorum, philoſophorũ, Aruſpicum, augurumq; manus prophana, omnes pariter allegant, nihil ſuis artibus ſucceſſurum, niſi prius Athanaſium, velut omnium horum obſtaculum, ſuſtuliſſet.

De fuga rurſum, & latebris Athanaſii.

CAPVT XXXIIII.

ITerum mittitur exercitus, iterum duces, iterum oppugnatur Eccleſia. Cumq; eum mœſti & flentes populi circumſtarẽt, prophetico apud eos vſus ſermone perhibetur: Nolite, inquit, ô filii conturbari, quia nubecula eſt, & cito pertrãſit. Cumq; diſceſſiſſet, & naui per Nilum fluuiũ iter ageret: comes qui ad hoc ipſum miſſus fuerat, cognito eius itinere, inſtanter eum inſequi cœpit. Et cũm forte applicuiſſet Athanaſii nauicula ad quendam locum, comperit à prætereũntibus poſt tergum eſſe percuſſorẽ ſuum, & iam iamq; niſi proſpiceret, imminere. Conterriti omnes qui ſimul aderant ſocii, erémum ſuadebant ad fugæ præſidiũ petendam. Tum ille: Nolite, inquit, ô filioli deterreri, eamus magis in occurſum percuſſori noſtro, vt ſciat quia longe maior eſt qui nos defendit quàm qui perſequitur. Et cõuerſa nauicula, iter agere obuiã ei qui ſe inſectabatur, adgreſſus eſt. Ille qui nullo genere ſuſpicari poſſet in occurſum ſibi venire quem quæreret, tanq; prætereuntes aliquos interrogari iubet, vbi audiſſent eſſe Athanaſiũ. Cumq; reſpõdiſſent vidiſſe ſe eum nõ longe euntem, tota celeritate pertranſiens, properat in vanũ, feſtinans capere, quem ante oculos poſitũ videre non potuit. Ille verò dei virtute monitus, Alexãdriã redit, ibiq; tuto latebras vſq; quo perſecutio ceſſaret, exegit.

De Sepulchro martyris Babylæ. CAP. XXXV.

DEdit & aliud Iulianus væcordiæ ſuæ ac leuitatis indiciũm. Nam cũm Daphnis in ſuburbano Antiochiæ



tiochiæ iuxta fontem Caſtalium litaret Apollini, & nulla ex his quæ quęrebat, reſponſa ſuſciperet, cauſasq; ſilentii percontaretur à ſacerdotibus dæmonis, aiunt, Babylæ martyris ſepulchrum prope adſiſtere, & ideo reſpõſa nõ reddi. Tum ille, venire Galilęos (hoc enim nomine noſtros appellare ſolitus erat) & auferre ſepulchrum martyris iubet. Igitur eccleſia vniuerſa conueniens, matres & viri, virgines iuuenesq; immenſa exultatione ſuccincti, trahebant longo agmine arcam martyris, pſallentes ſummis clamoribus, & cum exultatione dicentes: Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui confidunt in ſimulachris ſuis. Hæc in auribus prophani principis per ſex milia paſſuum tanta exultatione pſallebat omnis eccleſia, vt cœlum clamoribus reſultaret. Vnde & ille in tantam iracundiæ rabiem deductus eſt, vt altera die comprehendi Chriſtianos paſſim & trudi iuberet in carcerem, ac pœnis & cruciatibus affici.

Galilæi.

Babylę martyris ſepulchrum trãſfertur. Pſal. 96.

De Theodoro confeſſore apud Antiochiam.

CAPVT XXXVI.

QVod Saluſtius Pręfectus eius non probans, licet eſſet gentilis, tamen iuſſus exequitur, & apprehenſum vnum quendam adoleſcentẽ qui primus occurrit, Theodorum nomine, à prima luce vſq; ad horam decimam tanta crudelitate, & tot mutatis carnifi cibus torſit, vt nulla ætas ſimile factum meminerit. Cùm tamen ille in eculeo ſublimis, & hinc inde lateribus inſtante tortore, nihil aliud faceret, niſi quòd vultu ſecuro & læto pſalmũ, quem prídie omnis eccleſia cecinerat, iteraret. Cumq; ſe omni expenſa crudelitate Saluſtius nihil egiſſe perſpiceret, recepto in carcerẽ iuuene, abiiſſe fertur ad Imperatorem, & quid egerit nunciaſſe, ac monuiſſe ne tale aliquid tentare vellet de cætero, alioquin & illis gloriam, & ſibi ignominiam quæreret. Hunc Theodorũ ipſi nos poſtmodum apud Antiochiam vidimus. Et cùm requireremus ab eo, ſi ſenſum doloris habuiſſet ex integro, dicebat ſe quidẽ dolores parùm ſenſiſſe, adſtitiſſe autẽ quendam iuue-

Saluſtius Præfectus. Theodorus

nem

Universidad de Deusto
Biblioteca



Iulianus occisus. An. do. 365.

nem, qui sudanti sibi, linteo candidissimo & sudores abstergeret, & aquam frigidam frequēter infunderet, & ita se esse delectatum, vt tunc mœstior factus sit, quando deponi de eculeo iussus est. Comminatus igitur Imperator post victoriā Persicam melius se Christianos debellaturum, profectus quidem est, sed nullus redit. Ibi nanque, incertum à suis, an ab hostibus confossus, post annum & octo menses præsumpti Augustalis imperii, finem vitæ fecit.

De Iudæorum conatibus, qui à Iuliano decepti, templum in Hierosolymis reędificant.

CAPVT XXXVII.

TAnta verò eius ad decipiendū subtilitas & calliditas fuit, vt etiā infelices Iudæos vanis spebus illectos, vt ipse agitabat, illuderet. Quos primò omniū cōuocatos ad se interrogat, cur nō sacrificarēt, cùm eis lex sua de sacrificiis imperaret? At illi occasionem se inuenisse temporis rati: Non possumus, inquiunt, nisi in solo Hierosolymorum templo. Ita nanq; præcipit lex. Et accepta ab eo reparandi templi licentia, in tantum insolentiæ peruenerunt, vt aliquis eis prōpheta rum redditus videretur. Igitur ex omnibus locis atque prouinciis conuenere Iudæi, locum templi olim igne consumpti aggredi cœpere. Comite properandi operis ab Imperatore concesso, sumptu publico & priuato res omni instantia gerebatur. Interea insultare nostris et velut reparatis sibi regni temporibus, comminari acrius, ac sæuitiā ostentare prorsus immani tumore & superbia agere. Cyrillus post Maximum confessorem Hierosolymis episcopus habebatur. Apertis igitur fundamentis, calce cementoq; adhibitis, nihil omnino deerat, quin die postera, veteribus deturbatis noua facerent fundamenta: cùm tamen episcopus diligenti consyderatione habita vel ex illis quæ in Danielis prophetia de temporibus legerat, vel quæ in euangeliis dominus prædixerat, persisteret, nullo genere fieri posse, vt ibi à Iudæis lapis super lapidem poneretur. Res erat in expectatione.

Templū Salomonis apud Hierosolymam reparatur.

Vt



Vt terræmotu inibi & igni diuinitus accenso, Iudæi ab illicitis disturbabantur incœptis.

CAP. XXXVIII.

Terræ motus

ET ecce nocte quæ ad incipiendum opus iam sola restabat, terræmotus ingens oboritur, & non solum fundamentorum saxa longe lateq; iactantur, verumetiam totius loci penè ædificia complanantur. Porticus quoque publicæ in quibus Iudæorum multitudo, quæ operi videbatur insistere, commanebat, ad solum deductæ, omnes Iudæos qui reperti sunt, oppressere. Luce verò orta, quum se mala crederent effugisse, ad requirendos eos qui oppressi fuerant, reliqua multitudo concurrit.

De signis & virtutibus terrificis, quæ in exitiū conuersa sunt Iudæorum. CAP. XXXIX.

Globus ignis.

AEdes erat quædam in inferioribus templi demersa, habens aditum inter duas porticus, quæ fuerant complanatæ, in qua ferramēta, aliaq; operi necessaria seruabantur, ê qua subito globus quidam ignis emicuit, & per medium plateæ percurrens, adustis & exanimatis qui aderāt Iudęis, vltrò citroq; ferebatur. Hoc iterum sæpiusq; & frequentissime per totam illam diem repetens, pertinacis populi temeritatē flammis vltricibus coërcebat. Cum interim pauore ingenti & trepidatione omnes qui aderant deterriti, solum verū deum Iesum Christum confiteri cogebantur inuiti. Et ne hæc casu fieri crederentur, in sequenti nocte

Notę crucis in vestimentis.

vestimentis omnium signaculum crucis ita euidens apparuit, vt etiā qui diluere pro sui infidelitate voluissent nullo genere valeret abolere. Sic deterriti Iudæi atque Gentiles, locum simul & inaniter cœpta relinquere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# HISTORIAE ECCLESIASTICAE LIBER VNDECIMVS, RVFFINO Aquileiensi presbytero Autore.

## De ortu & religiosa mente principis Iouiniani, & de fine eius. CAPVT PRIMVM.

Iouinianus Cæs. An.do. 366. Is fuit rex Persarum.

POst Iuliani necem tandem ciuile nobis per Iouinianum reparatur imperium. Is nanq; sub vno eodemq; tempore Imperator, & confessor, et male illati extitit depulsor erroris. Nam cum in procinctu esset exercitus, & vrgeret Barbarus, ductores nostri de summis rebus consilium trahentes, Iouiniano calculum dederunt. Cumq; apprehensus ad suscipienda imperii traheretur insignia, ad exercitum Iuliani sacrilegiis prophanatum, dicitur proclamasse, non se posse imperare eis, quia esset Christianus. Tum omnes pari eademq; voce respõdisse perhibentur, Et nos Christiani sumus: nec priusquam hanc vocem audiret, adquiescere ad imperium voluisse. Deniq; statim affuit ei diuina clementia, contraq; omnem spem cùm clausi vndiq; hostibus tenerentur, nec euadendi facultas vlla suppeteret, subito emissos à Barbaris oratores adesse vidẽt, pacemq; deposcere: exercitui quoque inedia consumpto, cibos cæteraq; necessaria in mercimoniis polliceri, omniq; humanitate nostrorum temeritatem emendare. Sed vbi in viginti & nouem annos pace composita, ad Romanum regressus est solum, clariorq; lux nostro se orbi ex Orientis partibus oborta diffudit, rempublicã quasi post nimias procellas omnimode ratione adgreditur reparare: Ecclesiarũ verò curam non in secundis habere. Nec tamen incaute vt Constantius egerat, sed lapsu prædecessoris admonitus honorificis & officiosissimis literis Athanasiũ requirit, & ab ipso formam fidei & ecclesiarum dispo-

Iouinianus Cæsar Athanasiũ consulit de reparandis ecclesiis.

nendarum suscipit modum. Sed hæc tam pia & tam læta principia mors immatura corrupit. Post octo etenim menses ortus sui apud Ciliciam diem obiit. Iouinianus moritur.

## De ortu Valentiniani & Valentis. CAP. II.

POst hunc Valentinianus imperium suscepit, qui pro fide nostra à Iuliano militia fuerat expulsus. Sed compleuit in illo dominus quod promisit plus etiam q̃ centupla in præsenti seculo restituens ei. Nam quia militiam pro Christo reliquerat, recipit imperium. Is in consortium regni assumpsit fratrem Valentem, & sibi quidem occiduas partes delegit, illi autem Orientales reliquit. Sed Valens fauendo hæreticis, abiit in viam patrum suorum. Nam & episcopos egit in exilium, & presbyteros, ac diaconos, & monachos (Tatiano Alexandriæ præsidente) vsq; ad tormenta deduxit & ignibus tradidit. Multaq; nephanda & crudelia in ecclesiam dei molitus est: sed hæc omnia post Athanasii obitum. Nam illo superstite, velut diuina quadam virtute prohibitus, cùm debaccharetur in cæteros, in illum nihil ausus est triste committere.

An.do. 367. Valentinianus Imperator in Occidente. Valens in Oriente. Tatianus præfectus Alexandriæ.

## De dormitione Athanasii, & persecutionibus Lucii hæretici. CAP. III.

IGitur ea tempestate cùm quadragesimo & sexto anno sacerdotii sui Athanasius, post multos agones multasq; patientiæ coronas quieuisset in pace, scitatus de successore, Petrum tribulationum suarum participem & socium delegit. Sed Lucius Arianæ partis episcopus, continuo tanquam ad ouem aduolat lupus. Et Petrus quidem nauem protinus conscendens, ad vrbem Romam profugit. Lucius verò tanquam materia sibi crudelitatis oblata, sequior erga cæteros efficiebatur. Et ita ibat in sanguinẽ, vt ne speciem quidem aliquã religionis seruare videretur. Cuius primo ingressu tanta & tam turpia in virgines & continentes ecclesiæ gesta sunt, quę nec in persecutionibus gentilium memorãtur. Inde post fugas ciuiũ et exilia, post cædes & tormenta, flammasq; quibus innumeros combusserat, ad monasteria furoris sui arma conuertit.

An.do. 373. Athanasius moritur. Petrus. An.do. 378. Lucius cõpetitor.

Vastat erémum, & bella quiescentibus indicit. Tria milia simul (aut eo amplius) viros, per totam erémū secreta & solitaria habitatione dispersos, oppugnare pariter aggreditur. Mittit armatam equitum ac peditum manum. Tribunos, Præpositos & bellorum duces, tanquam aduersum Barbaros pugnaturus elegit. Qui cum venissent, nouam belli speciem vident, hostes suos gladiis obiectare ceruices, & nihil aliud dicere, nisi: Amice ad quid venisti?

De virtutibus & mirabilibus sanctorum qui fuerunt in Ægypto. CAP. IIII.

An. do. 379. Antonii eremitæ discipuli.

PEr idem tempus patres monachorum vitæ & antiquitatis merito, Macarius & Isidorus, aliusq; Macarius, atq; Heraclides, & Pambus, Antonii discipuli per Ægyptum, & maxime in Nitriæ deserti partibus habebantur viri, qui consortium vitę & actuum, non cum cæteris mortalibus, sed cum supernis angelis habere credebantur. Quæ præsens vidi loquor, & eorum gesta refero, quorum in passionibus socius esse promerui. Hi ducebant exercitum domini, nō mortalibus telis, sed fide religionis armatū, exercitum moriendo vincentem, & qui sanguinis sui profusione victor Christum sequeretur ad cœlum. Quiq; dum in tabernaculis positi, & orantes expectarent interfectores suos, delatus est ad eos homo olim membris omnibus, & præcipue pedibus, aridus. Sed cum ab eis in nomine domini oleo fuisset perunctus, statim confirmatæ sunt plantæ eius. Et dicentibus eis, in nomine Iesu Christi, quem Lucius persequitur, surge, & sta in pedibus tuis, & redi in domum tuam: et cōtinuo exurgens & exiliens, benedicebat deum, ostendens quia vere erat in eis deus. Ante aliquantulum verò temporis cæcus quidam rogabat deduci se ad cellulam Macarii, quæ erat in deserto, itinere trium dierū. Quò posteaquam cæcus multo ductantium labore peruēnit, Macarium non reperit domi. Contristatus valde, nullatenus mitigare mœstitiam poterat, sanitatis solatio carens. Tum verò feruore fidei concalescens: Deprecor,

Miraculum

Macarius.



cor, inquit, ad eos qui deduxerant, applicate me ad illam partem parietis, vbi cubare senior solet. Et cum fuisset admotus, parum luti aridi vnde paries oblitus videbatur, assumens, palmæ suæ superposuit. Rogat etiam vt aquam de puteo, ex quo bibere solebat, hauirent. Qua resoluens glebulam, eodemq; luto oculos suos superungēs, & lauās de aqua que hausta fuerat, repente recepit visum, ita vt nullo indigens adminiculo rediret ad sua. Sed ne secundum leprosos illos ageret, quos à se curatos in Euangeliis ingratos dominus notat, cum omni domo sua regressus, & Deo gratias referens, rem vt gesta fuerat indicauit. Idem ipse Macarius leenæ speluncam habuit cellulæ suæ vicinam. Et quadam die catulos suos cæcos ad eum belua producit, & ante pedes eius ponit. At ille cum intellexisset pro cæcitate catulorum bestiam supplicare, rogauit dominum, vt eis redderet visum. Quo recepto matrem sequentes redeunt ad speluncam. Et paulò post ipsa cum catulis suis regrediens, pelles ouium lanatas plurimas, velut munus pro suscepta gratia ad senem defert, morsu oris enectas, ante fores eius depositis abscedit. Verum si singulorum mirabilium gesta prosequi velimus, excludimur à proposita breuitate, maxime cum narrationem proprii operis mereantur. Sed in his omnibus Lucius non erubuit, nec aliquid reuerentiæ virtutum mirabilibus detulit: quin imò iubet patres ipsos ablatos à grege suo, imò clàm raptos, in insulam quandam Ægypti paludium deportari, in qua compererat neminem prorsus esse Christianum, quo per hoc vel absq; solatiis, vel absq; consuetis actibus viuerent. Senes igitur cum duobus solis pedissequis noctu ad insulam deducuntur, in qua erat templum quoddam summa veneratione à loci incolis obseruatum. Cumq; primum nauicula senum oram soli illius contigisset, ecce subito sacerdotis templi illius virgo filia correpta spiritu, cum ingenti vociferatione & clamoribus vsq; ad cœlum datis, agi per medios populos cœpit, & crebros ducens rotatus, stridens huc atq; illuc

Universidad de Deusto
Biblioteca



luc rabida ora vibrare. Cumq; ad spectaculum tam ingentis monstri, maxime q̃d esset sacerdotis filia (qui in honore præcipuo apud illos erat) populi conuenissent, per auras eam raptam sequentes, perueniunt vsq; ad nauiculam senum. Ibi verò proiecta eorum pedibus & prostrata, clamare cœpit: Quid venistis huc ô serui Dei summi, antiquis nos & veternosis euolucre domiciliis? In hoc loco depulsi vndiq; latebamus: quomodo vos nequaquã latere potuimus: Cedimus antiquis sedibus: populos vestros terrasq; recipite. Cùm hæc diceret, increpitus ab eis erroris spiritus, effugatur. Et puella sana vnà cum parentibus suis iacebat ad pedes nostri temporis Apostolorum, Qui talibus exordiis prædicantes fidem eis domini nostri Iesu Christi, in tantam conuersionem repente eos perduxerunt, vt statim manibus suis antiquissimũ templum, & in summa veneratione habitum, destruerent, & ecclesiam confestim ædificarent. Nec ad deliberandum spacio temporis eguerunt, quibus fidem rerum fecerant, nõ verba, sed virtus. Sed hoc cum fuisset Alexandriæ nuntiatum, veritus Lucius, ne forte etiam suorũ in eum odia iusta consurgerẽt, qui aperte iam bellum non hominibus, sed deo indiceret, occulte eos reuocari, & in erẽmum remitti iubet. Dum hæc in Ægypto geruntur, ne aliis quidem locis persecutionis flamma cessabat.

Edessa ciuitas

De persecutiõe quę fuit apud Edessam. CAP. V.

EDessa nanque Mesopotamiæ vrbs fidelium populorum est, Thomæ Apostoli reliquiis decorata. Vbi cum per se imperator populos vidisset ecclesiis eiectos in campo habere conuenticulum, tanta dicitur iracundia accensus, vt præfectum suum pugno percuteret, cur non fuissent inde quoq; (sicut iusserat) deturbati. At ille licet esset Paganus, & iniuriis ab imperatore affectus, tamen consyderatione humanitatis altera die ad vastandum populum processurus, facit hoc ipsum ciuibus per occulta indicia clarescere, quo sciliget cauere subi possent, ne inuenirentur in loco.

Mane



Officiũ, vocat Officiales, hoc est ministros & satellites.

Mane processurus terrorem solito maiorem per officium mouet, agitq; omnia quo quàm minimi, vel si fieri posset, nulli periclitarentur. Videt tamen frequentiorem solito populum tendere ad locum, currere præcipites & festinare, tanquam vererentur, ne qui deesset ad mortem. Interea videt quãdam mulierculam ita festinam & properam domo sua prorumpere, vt ne clauderet ostium, nec operire se, vt mulierum habitum decet, diligentius potuisset, infantem quoque paruulum secum trahentem, cursuq; rapido, irrupto etiam Officii agmine, festinantem. Tum ille vltra nõ ferens: Apprehendite, inquit, mulierem, & huc deducite. Cumq; fuisset adducta: Quò, inquit, mulier infelix properas tam festina? Ad campum, ait, quò catholicorum populus conuenit. Et non, inquit, audisti, quia Præfectus illuc pergit, vt omnes interficiat quos inuenerit? Audiui, inquit, & ideò festino, vt ibi inueniar. Et quò inquit, paruulum istum trahis? Vt & ipse, ait, martyrium consequi mereatur. Quæ cùm audisset vir moderatissimus, redire Officium & conuerti vehiculum ad palatium iubet. Et ingressus ait, Imperator, subire mortem si iubeas paratus sum. Opus verò quod præcipis, implere non possum. Cumq; edocuisset cuncta de muliere, repressit imperatoris insaniam.

De Moyse quem regina Sarracenorum gentis suæ popposcit episcopum. CAP. VI.

PEr idem tempus ecclesia velut persecutionis igne conflante, purior auri metallo refulgebat. Nõ enĩ in verbis vniuscuiusq; fides, sed in exiliis & carceribus probabatur: quia nõ honori erat catholicum esse, sed pœnæ: præcipuè apud Alexandriam, vbi ne sepeliendis quidem corporibus mortuorum libera facultas fidelibus erat. Quæ dum Lucius omni arrogantia & sæuitia gereret, Mauuia Sarracenorum gentis, vehementi bello Palæstini & Arabici limitis oppida atque vrbes quatere, vicinasq; simul vastare prouincias cœpit. Cumq; frequentibus bellis Romanum attriuisset exercitum, & plurimis peremptis, reliquos

Mauuia regina Sarracenorũ Moysen erẽmitã petit, vt sit episcopus.

vertisset in fugam, orata pacem, non aliter se amplexuram promittit, nisi Moyses quidam nomine, monachus, genti suæ ordinaretur episcopus. Qui in erémo partibus suis propinqua vitã solitariã ducens, meritis & virtutibus ac signis quæ faciebat Deus per illum magnifice innotuerat. Petitio eius principi indicata Romano, sine vlla dilatione iubetur implexi â ducibus nostris, qui ibi infeliciter pugnauerant. Captus Moyses ad sacerdotium suscipiendum Alexandriam ex more deducitur. Adest Lucius, cui ordinandi ferebatur officium. Quo viso, Moyses præsentibus ducibus qui perurgebant, & populus ait: Ego quidem me non esse dignum tanto sacerdotio iudico: verumtamẽ si aliqua in me, licet indigno, diuina dispensatio putatur explenda, deum nostrum cœli ac terræ dominum testor, quod Lucius sanctorum sanguine pollutas & cruentas super me non iniiciet manus. Cumq; Lucius tam graui nota inustum se videret in oculis plurimorum: Quare, inquit, ô Moyses tam facile condemnas eum, cuius fidem ignoras? Aut si tibi aliquis de me aliter indicauit, audi fidem meã, & tibi ipse magis quàm aliis crede. Tunc ille: Desine, inquit, ô Luci dolosis tu is me quoque imaginibus adgredi. Bene mihi nota est fides tua, quam protestantur serui dei per metalla damnati, episcopi in exilium trusi, presbyteri, diaconi extra Christiani nominis habitacula relegati, bestiis alii, alii etiam ignibus traditi. Nunquid potest verior esse fides quæ auribus capitur, quàm quæ oculis peruidetur? Apud me certum est, quod qui Christo recte credunt, ista non faciunt. Et ita maiore dedecore deformatus (quoniam perurgebat necessitas reipublicæ consulendi) compulsus est adquiescere, vt ab episcopis quos in exilium truserat, sacerdotium sumeret. Quo suscepto & gentis ferocissimæ pacem tenuit, & fidei catholicæ custodiuit intemerata consortia.

De Didymo Alexandrino vidente. CAP. VII.

VErum cùm apud Alexãdriam populos & vrbem nebulosi doctoris tetra perfidiæ caligo suffunderet,



ret, velut lampadem quandam diuina luce fulgentem Didymum dominus accendit. De cuius vita atq; institutis (quoniam ad ecclesiæ gloriam dei munere consessus creditur) licet in transcursu, necessario tamen cõmemoranda nobis pauca videntur. Is nanque in parua ætate, cum adhuc etiam prima literarum ignoraret elementa, luminibus orbatus, maiore desiderio scientiæ veri luminis inflammatur: nec desperationem cupita adipiscendi passus est, cum audisset scriptum in euangelio: Quod apud homines impossibile est, possibile est apud Deum. Hac igitur diuina pollicitatione confisus indesinenter dominum deprecabatur, non vt oculorum carnalium visum, sed vt illuminationẽ cordis acciperet. Miscebat tamen precibus studia ac laborem, & iuges continuatasq; vigilias, non ad legendũ, sed ad audiendum adhibebat, vt q̃d aliis visus, hoc illi conferret auditus. Cum verò post lucubrationis laborem somnus (vt fieri solet) legentibus aduenisset, Didymus silentium illud non ad quietem vel otium datum ducens, tanquam mundum animal ruminans cibum quem ceperat, ex integro reuocabat, & ea quæ dudum percurrentibus aliis ex librorum lectione cognouerat, memoria & animo retexebat, vt non tam audisse quæ lecta fuerant, quàm descripsisse ea mentis suæ paginis videretur. Ita in breui Deo docente, in tantam diuinarum humanarumq; rerum eruditionem ac scientiam venit, vt scholæ ecclesiasticæ doctor existeret, Athanasio episcopo, cæterisq; sapientibus in ecclesia viris dei admodum probatus; sed & in cæteris, siue Dialecticæ, siue Geometriæ, Astronomiæ quoque vel Arithmeticæ disciplinis ita esset paratus, vt nullus vnquam philosophorum aliqua ex his artibus proponens, obtinere eum vel concludere quiuerit, sed statim vt responsiones eius acciperet, magistrũ eum etiam illius de qua proposuisset, crederet discipli næ. Huius aliquanti dicta, vel cõmuniter disputata, vel proponentibus responsa, adhibitis notariis describere; quæ etiam nunc in magna admiratione habentur.

An.do.376. Didymus Alexãdrin9

Matt.19.d Marc.10.d

Didymus præficitur scholæ.

Viuæ vocis energia.

tur. Nos autem qui & viuæ vocis eius ex parte aliqua fuimus auditores, & ea quæ à nõnullis dicẽte eo descripta legimus, longe maiorem gratiam, & diuinum nescio quid, ac supra humanã vocem sonans, in illis magis sermonibus qui de ore ipsius proferebantur, agnouimus. Hunc etiam beatus Antonius, cum fidei Athanasii testimonium laturus aduersum Arianos de Thebaide Alexandriam descendisset, magnificis consolatus est verbis. Nihil te, inquit, offendat ô Didyme,

Antonius ad Didymũ.

quod carnalibus oculis videris orbatus. Desunt enim tibi oculi illi, quos mures, & muscæ, & lacertæ habẽt. Sed lætare quia habes oculos quos angeli habẽt, è quibus Deus videtur, per quos tibi magnum scientiæ lumen accenditur.

Quot ex discipulis Antonii etiam tunc in erẽmo habitãtibus virtutes & signa fecerint. CAP. VIII.

An. do. 379.

FLorebat igitur Ægyptus ea tempestate, nõ solum eruditis in Christiana philosophia viris, verum etiam his qui per vastam erẽmum commanentes, signa & prodigia Apostolica, simplicitate vitæ, & cordis synceritate faciebant. Ex quibus interim quos ipsi

Benedictio.

vidimus, & quorum benedici manibus meruimus, hi sunt, Macarius de superiori erẽmo, alius Macarius de inferiori, Isidorus in Scyti, Pambus in cellulis, Moyses & Beniamin in Nitria, Scyrion & Helias & Paulus in Apeliote, alius Paulus in Focis, Pœmen & Ioseph in Pispiri, qui appellabatur mons Antonii. Sed & alios quàm plures huiusmodi viros in Ægypti partibus habitare, fideli comperimus auditu, vt vere com

Rom. 5. d

pleretur Apostoli dictum: Quia vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Habuit autem per idẽ tempus etiam Mesopotamia viros nobiles, iisdem studiis pollentes. Quorum aliquantos ipsi per nos apud Edessam & in Carrarum partibus vidimus, plures autem auditione didicimus.

De Gregorio & Basilio episcopis. CAP. IX.

SEd neutra harum infœcundior Cappadocia fuit, imò aliquid lætius Gregorium nobis cum Basilio germi-



nauit. Tulit igitur & ipsa multorum sanctorum segetem satis lętam, produxit copiosam piorũ vineam oliuarum quoq; domini germinauit nouellam. Sed isti præcipuè velut duo filii pinguedinis assistentes dexteram leuaq; candelabro, instar duorum cœli luminarium refulgebant. Vnde dignum puto de his pauca supra repetere. Ambo nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo collegæ, ambo de auditorio digressi ad profitendam Rhetoricam rogabantur. Quod opus magnificè quidem implebat Basilius, Gregorius verò magnificentius cõtemnebat. Quiq; cùm se totum de seruitio mancipasset, tantum de collegæ amore præsumpsit, vt sedentem Basilium de doctoris cathedra deponeret, ac secum ad monasterium manu iniecta perduceret, ibique per annos (vt aiunt) tredecim, omnibus Græcorum secularium libris remotis, solis diuinæ scripturæ voluminibus operam dabant, earumq; intelligentiam, non ex propria præsumptione, sed ex maiorum scriptis & autoritate sequebantur, quos & ipsos ex Apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat. Quorum præcipuè in prophetas commentarios discutientes, thesauros sapientiæ & scientiæ reconditos in vasis fictilibus perquirebant. Verum cùm iam ipsi sufficienter instructi, diuina dispensatione ad imbuendos populos vocarentur, & alius alio itinere, ad idem tamen opus vterque traheretur. Basilius Ponti vrbes & rura circumiens, desides gentis illius animos & parum de spe futura sollicitos stimulare verbis, & prædicatione succendere, callumq; ab his longæ negligentiæ cœpit abolere, subegitque abiectis inanium rerum & secularium curis, suimet notitiam recipere, in vnum coire, monasteria construere, Psalmis & Hymnis, & orationibus docuit vacare, pauperum curam gerere, eisque habitacula honesta, & quæ ad victum necessaria sunt, præbere, virgines instituere, pudicam castamque vitam omnibus penè desiderabilem facere. Ita breui permutata est totius prouinciæ facies, vt in arido & squalenti campo

An. do. 371. Gregorius Nazianzenus.

Basilius Magnus.

Vnde peten da intelligẽtia diuinæ scripturæ.

campo videretur seges fœcūda, ac læta vinea surrexisse. Gregorius verò bonum semen non patiebatur aut super spinas iacere, aut inter saxa dispergere, sed bonam terram cordis sui iugi cultu & exercitiis indesinentibus excolebat. Et multo amplius hic in semetipso, quàm ille in cæteris proficiebat. Suscipere ille, quæ renuntiantes seculo deferebant ad pedes suos, & diuidere vt quisque eguisset, curam gerebat. Iste nihil habendi & omnia possidendi contentus sacramento, ergà solas sapientiæ diuitias auarus & multum cupidus inhærebat. Ille coire plures in vnum, & sui inuicem in necessariis habere sollicitudinem docebat: hic sui exemplo quod erat absolutus & liber, cunctis sermone Apostolico prædicabat: Ego autem volo vos sine sollicitudine esse, &: Dominus in proximo est, nihil solliciti sitis, sed tanquam serui Christi, hoc solum estote solliciti, quando redeat dominus de nuptiis. Ille delinquentibus misericorditer, condolere, & à delicto reuocare: hic per diuini eloquii gratiam delinquendi incitamenta præuenire, nec sinere labi eum qui difficulter erigeretur elisus. Ille in fide purus, hic in prædicatione liberior. Ille deo humilis, hic etiam hominibus erat. Ille arrogantes contemptu, hic ratione vincebat. Sic in vtroque diuersa gratia vnum opus perfectionis explebat. Igitur Basilius non multo post Cæsareæ Cappadociæ episcopus, cùm à Valente in exilium pro fide cogeretur, exhibitus est ad tribunal Præfecti, terroribusq; (vt illi moris est potestati) & minis maximis agi cœpit, vt nisi præceptis principis obediret, interitum sibi iam iamq; sperare imminere. Tum ille intrepidus, & absque vlla animi perturbatione hæc sibi minitante Præfecto respondisse fertur: Atque vtinam aliquid mihi esset digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilium de nodo follis huius absolueret. Cumq; daretur ei nox, quæ erat media ad spacium deliberandi, respondisse denuo perhibetur: Ego crastino ipse ero qui nunc: tu te vtinam non mutares. Et illa quidem nocte vxor

1.Cor.7.f.

Luc.12.c.

Contentio.

An.do. 378. Basilius ad tribunal sistitur.

Impe-



Imperatoris velut tortoribus tradita cruciatur: filius verò qui eis erat vnicus, extinctus paternæ impietatis creditur exoluisse supplicia. Ita ante lucem missi, qui rogarent Basilium, vt precibus suis intercederet pro eis, ne etiam ipsi, & quidem multo iustius similiter interirent. Sic accidit, vt cùm omnes catholicos expulerit Valens, Basilius vsque ad vitæ exitum intemerato communionis sacramento in ecclesia perduraret. Gregorius verò apud Nazianzon oppidum in locum patris episcopus subrogatus hæreticorum turbinem fideliter tulit. Reddita verò pace, Constantinopolim ad ecclesiam docendam venire exhortatus, non abnuit. Vbi breui tempore tantum ad emendandum populum vetustis hæreticorum infectum venenis proficit, vt tunc primùm Christiani sibi fieri viderentur, & nouellam lucem veritatis aspicere, cùm religionis doctor multa quidem verbis, plura tamen doceret exemplis: nec viderent ab eo discipulis aliquid imperari, quod non prius ipse fecisset. Sed vbi gloriam subsecuta inuidia est, obniti quidam, & proscriptionibus minus sanis vti cœpere, vt ipso ad propria remeante, alius ordinaretur episcopus. Quod ille, susurrari tantum, & sub dente sentiens ruminari, ipse profert, quod dicere ei nullus audebat: Absit (inquit) vt mei causa aliqua simultas in dei sacerdotibus oriatur. Si propter me est ista tempestas, tollite, & mittite me in mare, & desinet à vobis quassatio. Tum regressus, in ecclesia sua quod superfuit vitæ tempus exegit. Et quoniã iam fessa ætate, & corpore inualidus erat, successorem sibi ipse delegit, quo ecclesiã gubernante debilitatis & senectutis otio frueretur. Extãt quoque vtriusq; ingenii monimẽta magnifica tractatuũ, quos ex tempore in ecclesiis declamabant. Ex quibus nos denas ferme singulorum oratiunculas transfudimus in Latinum. Basilii præterea institura monachorum optantes, si poterimus, & dei fauor adiuuerit, eorum plura transferre. Fuerunt prẽterea fratres duo Basilio, Gregorius & Petrus. Quorum alter in verbo doctri-

Gregorius Nizianzi episcopus.

næ,

Universidad de Deusto Biblioteca



tiæ, alter in operibus fidei fratrem ita exæquabat, vt vterque vel Basilium, vel Gregorium redderet. Extant etiam ipsius Gregorii iunioris aliqua opuscula luculenta. Sed de his satis dictum. In Occiduis verò partibus Valentinianus fide religionis illæsus, veteri Romani imperii censura rempublicam gubernabat.

## De Damaso episcopo & Vrsini subreptione. CAPVT X.

An.do. 368. Damasus Pontifex Romanus.

DAmasus post Liberium per successionem sacerdotium in vrbe Roma susceperat. Quem prælatū sibi non ferens Vrsinus quidam eiusdem ecclesiæ diaconus, in tantū furore erupit, vt persuaso quodam satis imperito & agresti episcopo, collecta turbulentorum & seditiosorū hominum manu, in Basilica quę Sicinini appellatur, episcopum se fieri extorqueret, legibus & ordine & traditione peruersis. Quo ex facto tanta seditio, imò verò tanta bella coorta sunt, alterutrum defendentibus populis, vt replerentur humano sanguine orationum loca. Quæ res factione Maximi Præfecti sæui hominis, ad iniuriam boni & innocentis versa est sacerdotis, ita vt causa clericorū vsq; tormenta duceretur. Sed assertor innocētię deus affuit, & in caput eorū qui intenderant dolū, pœna cōuersa est.

## De Ambrosio episcopo. CAP. XI.

Auxentius.

INterea defuncto apud Mediolanum Auxentio hæreticorum episcopo, vtriusq; partis populi diuersis studiis ferebantur. Dissensio grauis & periculosa seditio vrbi propriæ maturum parabat exitium, si pars vtraq; cùm diuersum vellet, nequaquam quod propo-

Ambrosius An.do. 377.

suerat, obtineret. Ambrosius tunc consularis eiusdem prouincię fasces regebat. Is cùm perniciem ciuitati videret impendere, pro loco atq; officio suo, confestim ecclesiam seditionem populi mitigaturus ingreditur. Cumq; inibi multa secundum leges & publicam disciplinam pro quiete & tranquillitate peroraſſet, pugnātis inter se & dissidentis populi subitò clamor & vox vna consurgit, Ambrosium episcopum postulantes, baptizari hunc protinus clamant (erat enim catechumenus)



menus) & sibi episcopum dari: nec aliter vnum populum fore atq; vnam fidem, nisi Ambrosius sibi daretur sacerdos. Obluctante illo & plurimum resistente ad Imperatorem relatum populi desiderium, omni maturitate iubetur impleri. Dei enim ait esse, quòd discordantem populi fidem, & animos dissidentes conuersio subita in vnum consensum atque in vnam sententiam reuocaret. Moxq; dei gratiam consecutus, & initiatus sacris, & sacerdos effectus est.

## De Valentiniani fine. CAP. XII.

Valentinianus Aug. moritur An.do. 377.

INterea cùm ad bellum Sarmaticum Valentinianus de Galliæ partibus venisset in Illyricū, ibi vixdum cœpto bello ægritudine subita oppressus diem obiit, relictis hæredibus in imperio filiis, Gratiano Augusto, Valentinianoq; admodum paruulo, & nondum regiis insignibus initiato. Quem tamen necessitas eorum, qui tanquam vacuum imperii locum conabantur inuadere, compulit etiam absente fratre purpura indui, Probo tunc Præfecto fideliter rem gerente.

Probus Præfectus.

## De Gothorum per Thracias irruptione, & Valentis nece. CAPVT XIII.

An.do. 378.

PER idem tempus in Orientis regno Gothorū gens sedibus suis pulsa, per omnes se Thracias infudit, armisq; vrbes & agros vastare feraliter cœpit. Tum verò Valentis bella quæ ecclesiis inferebat, in hostem cœpta conuerti, seraq; pœnitentia episcopos & presbyteros relaxare exiliis, ac de metallis resolui monachos iubet. Ipse tamen ab hostibus circumuentus in prædio, quò ex bello trepidus confugerat, impietatis suæ pœnas igni exustus dedit, annis in Imperio cum fratre primo, & post cum filiis fratris quatuordecim pariter exactis. Quæ pugna initium mali Romano Imperio tunc & deinceps fuit. Igitur Gratianus cum fratre admodum paruulo, post patrui necem Orientis quoq; susceptt Imperiū. Is pietate & religione omnes penè qui ante fuerāt principes superabat. Vsu armorū strenuus, velox corpore, & ingenio bonus erat, sed iuuenili exultatione plus ferè lætus quàm sufficiebat,

Valens.

An.do. 380.

Gratianus Aug.

bat,& plus verecundus quàm reipublicæ intererat.

Vt Gratianus Imperator Theodosiũ regni participem asciuerit,& post multa religiose ac fortiter gesta,Maximi tyranni insidiis succubuerit.

CAPVT XIIII.

QVíq; videns vtile virum annis maturum in tantis regni curis habere participem, & quia, vt sermo diuinus monet: Melius duo quàm vnus, consortem asciscit Theodosium, eíq; Orientis procuratione permissa, partes sibi ac fratri Occiduas reseruauit. Verum is postquam multa religiose ac fortiter gessit, à Maximo tyranno apud Britannias exorto,per Andragathiũ ducem, Lugduni, suorum magis proditione quàm vi hostium,peremptus est.

Gratianus occiditur An.do. 386.

De Valentiniano puero. Vtq; mater eius Iustina Arianam hæresim defendens, ecclesias perturbare conata sit. CAP. XV.

AT Valentinianus in Italia degens,fratris nece atq; hostis metu perterritus, simulatione oblatam pacem à Maximo,simulans ipse quoq; libenter amplecti tur. Cùm interim Iustina mater eiusdem,Arianæ hæreseos alumna,impietatis suæ venena, quæ viuente viro suppresserat, filio facile decepto fidenter aperuit. Igitur apud Mediolanum posita, conturbare ecclesiarum statum,comminari sacerdotibus depulsionis exilia,nisi Ariminensis concilii decreta, quibus fides patrum temerata fuerat, reuocarent. Quo bello ecclesiæ murum & turrim validissimam pulsabat Ambrosiũ. Eumq; minis,terroribus,atq; omni oppugnationis genere fatigans,primum sibi aditum debellandę rimabatur ecclesiæ. Sed quãuis illa Iezabel spiritu pugnaret armata,resistebat tamen Ambrosius,Helię virtute repletus & gratia. Ipsa autem in ecclesiis garrire, strepere,animare,& inflammare ad discordiam populos,sed quod minus res ex sententia cederet iniuriam putare, & pro hoc apud filium conqueri. Vnde adolescentulus pro cõtumeliæ inuidia,quam falso conflauerat mater,accensus,armatorum globum ad ecclesiam mittit: confrin-



confringi ianuas,oppugnari sancta,sacerdotem pertrahi atque in exilium mitti protinus iubet. Sed tanta fuit perseuerantia fidelium populorum, vt animas prius amittere quàm episcopum mallent.

De Beneuoli magistri memoriæ fideli constantia. CAP. XVI.

INterim dictãda aduersum fidem patrum imperialia decreta mandantur Beneuolo, tunc memoriæ scriniis præsidenti. Sed ille cui ab incunabulis sacra fides & venerabilis fuit, abnegat se impia verba posse proferre,& contra deum loqui. Tum verò ne incœptum reginæ frustrari videretur, celsior ei honor promittitur, si impleret iniuncta, Ille qui nobilior in fide esse quàm in honoribus cuperet: Quid mihi,ait,pro impietatis mercede altiorem promittis gradũ? Hunc ipsum quem habeo tollite,tantum mihi conscientia fidei duret illæsa, Hæc dicens, ante pedes impia præcipientium cingulum iecit. Ambrosius verò aduersum regiæ furorem,non se manu defensabat,aut telo,sed ieiuniis continuatisq; vigiliis sub altari positus,per obsecrationes defensorem sibi atque ecclesiæ Deum parabat. Dumq; hæc in longum diuersis machinis,& oppugnationibus nequam,Iustina moliretur,Maximus, qui se exuere tyranni infamia, & legitimum principem gestiret ostendere,datis literis impium protestatur incœptum,fidem dei impugnari,& statuta catholicæ ecclesiæ subrui,& inter hæc appropinquare Italiæ cœpit. Quo Iustina comperto, hoste simulatq; impietatis conscientia perurgente,in fugam versa cum filio, exilia quæ dei sacerdotibus præparabat,prima sortit.

Beneuolus à memoria.

Vt Theodosius necem Gratiani vltus,de Maximo triumphauerit. CAP. XVII.

ADfuit tamen Theodosius propter regni fidem, bonitatisq; ac beneficiorum Gratiani memor:& in vindictam, totius viribus Orientis insurgens, vltus est sanguinem iustum. Valentiniani quoque impia inter hæc matre defuncta,fidem catholicam, quam ipsa violauerat,& regnum tyrãnide depulsa,restituit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Atque ipse posteaquam Romam illustri triumpho intuectus est, ad propria rursus regna remeauit.

De Theodosii commisso in Thessalonicenses, & pœnitentia eius publice apud Sacerdotes gesta. CAP. XVIII.

An. do. 390. Theodosius vnius iniuriam, morte multorum vlciscitur.

PEr idem tempus subreptione quadam dæmonis, turpis macula religioso principi inusta est. Etenim cum apud Thessalonicā seditione exorta, quidam ex militaribus vir, impetu fuisset populi furentis extinctus, repentini nuntii atrocitate succensus, ad ludos Circenses inuitari populum, eiq; ex improuiso circumfundi milites, atque obtruncari passim, vt quisque occurrisset, gladio iubet, & vindictam dari nō criminī, sed furori. Ob hoc cùm à sacerdotibus Italiæ argueretur, agnouit delictum, culpamq; cum lachrymis professus, publicam pœnitentiam in conspectu totius ecclesiæ exegit: & in hoc sibi tempus adscriptum, absque regali fastigio patienter impleuit. Quibus omnibus istud quoque mirabiliter adiecit: Lege sanxit in posterum, vt sententiæ principum super animaduersione prolatę in diem tricesimum ab executoribus differrentur: quo locus misericordiæ, vel (si res tulisset) pœnitentiæ, non periret.

De resurrectione ecclesiarū, quæ per ipsum iam catholicum in Oriente restitutæ sunt. CAP. XIX.

IGitur ad Orientem regressus: ibique (vt ab exordio principatus sui) summa cura summoq; studio pulsis hæreticis, ecclesias catholicis tradere: idque ea moderatione agere, vt vltione contempta, tantum catholicis de ecclesiarum restitutione consuleret, quo fides recta absque prædicationis impedimento proficeret: communem se præbere erga sacerdotes dei: fide, religione, & munificentia cunctis regium animum exhibere. Accessu facilis & absque imperiali fastu ad colloquium se humilibus præbere: hortatu eius & largitionibus, ecclesiæ plurimis locis ornatæ satis magnificeq; constructæ: præstare multa poscentibus, sed frequentius vltro offerre. Idolorum cultus, qui Constantini

Theodosius fauet Christianis.



ni institutione & deinceps negligi & destrui cœpte fuerat, eodem imperante collapsus est. Pro quibus in tantum deo charus fuit, vt speciale ei munus contulerit diuina prouidētia. Etenim in Thebaidos partibus monachum quendam Ioannem nomine, spiritu prophetico repleuit, cuius monitis atque responsis pacem retinere, an bellum gerere esset melius, scisciteabatur.

Ioānes monachus.

De Apollinare & hæresi eius. CAP. XX.

INterea apud Laodiciam Syriæ ante idem tempus Apollinaris episcopus, vir sanè in cæteris instructus, sed dum contentionis vitio nimis agitur, & adversum omne quod quisque dixerat, ire obuius delectatur, iactatione ingenii male fortis, hæresim ex cōtentione generauit, asserens solum corpus non etiam animam à domino in dispensatione susceptum. In quo cum euidentibus euangelii testimoniis vrgeretur, quibus ipse dominus & Saluator habere se animam profitetur, & ponere eam quando vult, & iterum assumere eam: quamq; turbatam & tristem dicit esse vsque ad mortem: post vt ne ex toto vinci videretur ait, eum quidem habuisse animam, sed non ex ea quæ rationabilis est, sed ex ea solum qua viuificabat corpus: ad supplementum verò rationabilis partis, ipsum verbū Dei fuisse perhibebat. Quę assertio primo in vrbe Roma à Damaso & Petro Alexandrino episcopo concilio congregato tali sententia depulsa est, vt decernerent si quis filium Dei, qui sicut verè Deus, ita & verè homo fuit, vel humanitatis aliquid, vel deitatis minus diceret habuisse, alienq; ab ecclesia iudicaretur. Quæ sententia & apud Alexandriā confirmata est, & apud Constantinopolim decreto concilii. Ex illo Apollinaristæ ab ecclesia declinantes, & episcopos sibi suæ partis, & dogmata propria ecclesiasq; defendunt.

An. do. 378. Apollinaris hæreticus damnatur.

Apollinaristæ.

De episcoporum successionibus per Orientem.

CAPVT XXI.

IGitur in vrbe Roma post Damasum Syricius ecclesiæ suscepit sacerdotium. Apud Alexandriam verò defuncto Petro, Timotheus: & post hūc Theophilus,

An. do. 384. Syricius, alias, Vrsinus. Timotheus Theophilus

Ioannes. An. do. 403. Flauianus. Paulinus. Antiochenus.

philus. In Hierosolymis autem post Cyrillum Ioannes, Apostolicas reparant sedes. Apud Antiochiam verò defuncto Melitio, substituitur Flauianus. Sed quod Paulinus adhuc supererat, qui in catholicorum semper societate permanserat, multa ibi iurgia & multæ controuersiæ sepe commotę: nec tamen summa ví, nitentibus aliis, aliis obnitentibus, ipsisq; in hoc elementis terræ marisq; fatigatis, potuit aliquando pacis vllus obtineri modus, cum vtique fidei iam nulla videretur subesse discordia. Hoc idem apud Tyrum

Diodorus apud Tyrũ.

fuit. Vbi cùm Diodorus, vnus sanè ex antiquis catholicis vir, & tentationum documentis probatus, Athanasii testimonio esset à confessoribus episcopus factus, modestia eius contempta, alius à Melitii partibus ordinatur. Sed & in multis aliis vrbibus Orientis, huiusmodi confusiones contentio genuit sacerdotum. Apud Constantinopolim vero Nectarius ex prętore Vrbano catechumenus & nuper baptisma consecutus, sacerdotium suscepit.

De seditione paganorum contra fideles.

CAPVT XXII.

INterea apud Alexandriam noui motus & contra temporum fidem aduersum ecclesiam concitantur: ex occasione huiusce modi oborti. Basilica quædam publici operis, vetusta & admodũ neglecta fuit, quã Constantius Imperator donasse episcopis perfidiam suam prædicantibus ferebatur. Quæ longa incuria nihil validum præter parietes habebat. Visum est episcopo qui per idem tempus gubernabat ecclesiã, hanc ab Imperatore deposcere, vt crescentibus fidelium populis, orationum quoque crescerent loca. Quámque cùm acceptam vellet excolere, reperta sunt in loco antra quædam latentia & terræ defossa, latrociniis & sceleribus magis quàm ceremoniis apta. Igitur gentiles, qui retegi criminum suorum latebras & flagitiorum cauernas viderent, non ferentes operta tot seculis mala & tenebris obtecta reserari, velut draconum calice potato insanire omnes ac palam furere cœperunt.

Nec



Nec vocibus iam & seditionibus, vt solebant, sed manu ferroq; decertare nituntur. Crebros conflictus agere in plateis, belloq; aperto vterque populus inter se coire. At nostri numero & potentia multo plures, sed modestia religionis minus feroces erant. Ex quo frequenter nostrorum plurimis vulneratis, aliquantis etiam interfectis, ad templum quasi ad arcem quandam refugiebant. Quo nonnullos ex Christianis captos secum abducentes, accensis aris immolare cogebant: renitentes nouis & exquisitis suppliciis excruciatos necabant, alios patibulis affigentes, alios confractis cruribus in spelúncas præcipitantes, quas ob sacrificiorum sanguinem, cæterasq; impuritates delubri recipiendas, vetustas curiosa construxerat. Verum hæc per dies singulos primo cum metu, deinde cum fiducia & desperatione gerere, atq; intrà templũ clausi rapto & præda viuere. Ad postremum grassantes in sanguine ciuium, ducem sceleris & audaciæ suæ deligunt Olympum quendam, nomine & habitu philosophum, quo antesignano arcem defenderent, & tyrannidem tenerent. At hi quibus Romanarum legum custodia, iurisq; dicendi cura permissa est, cognitis quæ gesta fuerãt, turbati atque perterriti ad templum conuolant, causas audaciæ percontantur, & quid sibi vel

Olympus dux seditiosorum.

let ille concursus, in quo cum tanto scelere ante aras sanguis ciuium funderetur, inquirunt. Sed illi obfirmato aditu confusis & dissonis vocibus rationem facti nullam, sed clamorem reddebant. Missis tamen ad eos nuntiis, de Romani Imperii potestate, de vindicta legum, & de his quæ talia solent subsequi, cõmonebant. Cumq; loci munitio nihil aduersum væsana molientes agi, nisi vi maiore, fineret, res gesta ad Imperatorẽ refertur. Ille qui ingenita mentis clementia errantes mallet emendare quàm perdere, rescribit illorum quidem vindictam, quos ante aras sanguis effusus martyres effecit, non esse poscendam, in quibus dolorem interitus superauerit gloria meritorum. De cætero verò malorum causam radicesq; discordiæ, quæ pro simula

chrorum defensione veniebant, penitus debere succidi: quibus exterminatis, etiam bellorum causa pariter conquiesceret. Cumq; hæc scripta venissent, & velut post inducias parui temporis ad audiendum vterque populus conuenisset ad templum, statim vt prima epistolæ pagina reserata est, in cuius exordio vana Gentilium superstitio culpabatur, clamor à nostris immensus attollitur, stupor ac pauor Gentilium populos inuadit. Latebras vnusquisque quærere, angustos fugæ calles rimari, aut nostris se latenter immergere; vt ab omnibus qui aderant noscereturr, præsentia Dei populo audaciam retribuente, furorem dæmonis, qui in illis prius debacchatus fuerat, effugatum.

De situ templi Serapis & subuersione eius.

CAPVT XXXIII.

Serapis templum.

SErapis apud Alexandriam templum auditum quidem omnibus puto, plerisq; verò etiam notum. Locus est non natura, sed manu & constructione peritorum, aut eo amplius gradus in sublime suspensus, quadratis & ingentibus spaciis omni ex parte distentus: cuncta verò quo ad summum pauimentorū euadatur, opere forniceo constructa, quæ immēsis desuper luminaribus, & occultis aditibus inuicē in semet distinctis, vsum diuersis ministeriis & clandestinis officiis exhibebant. Iam verò in superioribus extremato tius ambitus spatia occupāt exhedræ & pastophoria, domusq; in excelsum porrectæ, in quibus vel æditui, vel hi quos appellabant ἀγνεύοντας, id est, qui se castificant, commanere soliti erant. Porticus quoque post hæc omnem ambitum quadratis ordinibus distinctę intrinsecus circumibant. In medio totius spatii ædes erat, preciosis ædita columnis, & marmoris saxo extrinsecus ample magnificēq; constructa. In hac simulachrum Serapis ita erat vastum, vt dextra vnū parietē, alterū leua perstringeret: quod mōstrum ex omnibus generibus metallorum lignorumq; cōpositum ferebatur. Interioris delubri parietes laminis primo aureis vestiti, super has argenteis, ad postremum æreis habebantur, quæ munimento preciosioribus metallis forent. Erant etiam quędā ad stuporem admirationemq; videntium, dolis & arte composita. Fenestra perexigua ab ortu solis ita erat aptata, vt die qua fuerat institutum simulachrum Solis ad Serapin salutandum inferri, diligenter tēporibus obseruatis, ingrediente simulachro radius solis per eandē fenestram directus, os & labra Serapis illustraret, ita vt inspectante populo, oculo salutatus Serapis videretur à sole. Erat & aliud fraudis genus huiusmodi: Natura lapidis Magnetis huius virtutis esse perhiberur, vt ad se rapiat & attrahat ferrum. Signum solis ad hoc ipsum ex ferro subtilissimo manu artificis fuerat fabricatum, vt lapis cuius naturam ferrum ad se trahere diximus, desuper in laquearibus fixus, cùm temperate sub ipso radio ad libram fuisset positum simulachrum, & vi naturali ad se raperet ferrum, assurrexisse populo simulachrum, & in aëre pendere videretur. Et ne hoc lapsu propero proderetur, ministri fallaciæ surrexit aiebant sol, vt valedicens Serapi discedat ad propria. Sed & multa alia decipiendi caussa à veteribus in loco fuerant constructa, quæ nunc longum est enumerare per singula. Verum vt dicere cœperamus, rescripto recito, parati quidem erant nostrorum populi ad subuertendum erroris autorem: persuasio tamen quædam ab ipsis gentilibus fuerat dispersa, quòd si humana manus simulachrum illud contigisset, terra dehiscens illico soluereturr in chaos, cœlumq; repente rueret in præceps. Quæ res paululum stuporem quendam populis dabat. Cùm ecce vnus ex militibus fide quàm armis magis munitus, correptam bipennem, insurgens omni nisu maxillæ veteratoris inlidit. Clamor attollitur vtrorumq; populorum: neque tamen aut cœlum ruit, aut terra descendit. Inde iterum atq; iterum repetens, putris ligni fumosum genu cædit: quo deiecto igni adhibito tam facile quàm lignū aridum conflagrauit. Post hoc reuulsum ceruicibus & depresso modio tra-

Magnetis natura

Destruitur simulachrū Serapis à Christianis

hitur caput, tunc pedes aliaq; membra cæsa securibus et rapta funibus detrahuntur, ac per singula loca membratim in conspectu cultricis Alexandriæ senex vetet nosus exuritur. Ad vltimum, truncus qui superfuerat in amphitheatro concrematur. Vanæq; superstitionis & erroris antiqui Serapis, hic finis fuit. De cuius origine diuersa fertur opinio Paganorum. Alii Iouem putanticuius capiti modius superpositus: vel quia cum mensura modoq; cuncta indicet moderari, vel vitam mortalibus frugum largitate præberi. Alii virtutem Nili fluminis, cuius Ægyptus opibus & fœcunditate pascatur. Quidam in honorem nostri Ioseph formatū perhibent simulachrum, ob diuisionem frumenti, qua famis tempore subuenit Ægyptiis. Alii repertū in historiis Græcorum veteribus ferunt: Apin quendā patremfamiliās seu regē in Ægypto Memphis positum, cūm famis tempore frumenta apud Alexandriam defecissent, ex proprio affatim ciuibus alimenta præbuisse. Quo defuncto, in honorem eius instituerint apud Memphis templum, in quo bos quasi indicium optimi agricolæ nutritur, habēs quædam coloris insignia, qui ex nomine eius Apis appelletur: σορὸν verò, id est, sepulchrum in quo corpus eius inerat, Alexandriam deduxerint, & soron Apis primo ex compositione Serapin, post verò per corruptionē Serapin nominarint. Quod an verum sit, aut nihil omnino, de his Deus viderit. Sed ad incœptum redeamus.

De fraudibus quæ in templis Paganorum detectæ sunt. CAP. XXIIII.

POst hæc capite ipso idololatriq; deiecto, studiis vigilantissimi sacerdotis quæcunq; fuerant per totā Alexandriam portenta potius quàm simulachra pari exitu & simili dedecore publicantur. Horret animus dicere, qui miseris mortalibus laquei à dæmonibus præparati sint, quæ funera, quæ scelera in illis, quę dicebant ἄδυτα, tegerētur: quot ibi infantium capita desecta inauratis labris inuenta sint: quot miserorū cruciabiles mortes depictæ. Quæ cùm proderentur in lucem,



cem, ac sub auras prolata ferrentur, licet confusione ipsa gentiles & pudore diffugerent, tamen si quis adesse potuit, mirabatur tot seculis se illis tam nephariis & tam pudendis fraudibus irretitum. Vnde & plurimi ex his condemnato errore & scelere deprehenso, fidem Christi, & cultum veræ religionis amplexi sunt. Nam vt omittam cætera flagitia, quæ in aliis locis vi necatis paruulis, despicatisq; ob fibrarum inspectionem virginibus gerebantur, vnum solummodo quod in templo Saturni geri, ad omnium venit conscientiā, memorabo: ex quo etiam cætera quæ omisimus, perpendantur.

De Saturni sacerdote Tyranno, totius penè Alexandriæ adultero. CAP. XXV.

SAcerdos erat apud eos Saturni, Tyrānus nomine. Hic quasi ex responso numinis, adorantibus in templo nobilibus quibusq; & primariis viris, quorum sibi matronę ad libidinem placuissent, dicebat Saturnum præcepisse, vt vxor sua pernoctaret in templo. Tum is qui audierat, gaudens quod vxor sua dignatione numinis vocaretur, exornatam comptius, insuper & donariis onustam, ne vacua scilicet repudiaretur, cōiugem mittebat ad templum. In conspectu omnium concluſa intrinsecus matrona, Tyrannus clausis ianuis & traditis clauibus discedebat. Deinde facto silentio, per occultos & subterraneos aditus, intrā ipsum Saturni simulachrum patulis irrepebat cauernis. Erat autem simulachrum illud à tergo exesum, & parieti diligenter annexum. Ardentibusq; intra ædem luminibus, intentæ supplicantiq; mulieri vocem subito per simulachrum æris concaui proferebat. ita vt pauore & gaudio infelix mulier trepidaret, quod dignam se tanti numinis putaret alloquio. Posteaquam verò quæ libitum fuerat, vel ad consternationem maiorem, vel ad libidinis incitamentum disseruisset numen impurum, arte quadam linteolis obductis, repente lumina extinguebantur vniuersa. Tum descendens, obstupefactæ & consternatæ mulierculæ adulterii fucum prophanis com-

Tyrannus Saturni sacerdos qd gesserit.

mentationibus inferebat. Hæc cum per omnes miserorum matronas multo iam tempore gererentur, accidit quandam pudicæ mentis fœminam horruisse facinus, & attentius designantem, cognouisse vocem Tyranni, ac domum regressam, viro de fraude sceleris indicasse. Ille de iniuria coniugis, imò potius sua ardentius inflammatus, inscriptum tyrannum ad tormenta deducit. Quo conuicto atque confesso, cæcisq; fraudibus reuelatis, pudor omnis & dedecus Paganorũ peruaserat domos, adulteris matribus, incestis patribus, liberis spuriis deprehensis. Quibus diuulgatis & proditis, raptim cum simulachris & ædibus excitabantur crimina.

De Canopi interitu & initio. CAP. XXVI.

Canopus. Sacerdotales literæ.

IAm verò Canopi quis enumeret superstitiosa flagitia? vbi prætextu sacerdotalium literarum (ita etenim appellant antiquas Ægyptiorum literas) magicæ artis erat penè publica schola. Quem locum velut fontem quendam atq; originem dæmonum intantum venerabantur Pagani, vt multo ibi maior celebritas, quàm apud Alexandriã haberetur. Sed de huius quoque monstri errore, cuiusmodi originem tradãr, absurdum nõ erit paucis exponere. Ferunt aliquando Chaldæos Ignem deum suum circumferentes, cum omniũ prouinciarũ diis habuisse conflictum, quo scilicet quiuicisset, hic esse deus ab omnibus crederetur. Reliquarum prouinciarum dii, æris, aut auri, argentiq;, aut ligni, vel lapidis, vel ex quacunq; materia constabant, quæ per ignem proculdubio corrumperetur. Ex quo fiebat, vt Ignis locis omnibus obtineret. Hæc cum audisset Canopi sacerdos, callidum quiddam excogitauit. Hydriæ fieri solent in Ægypti partibus fictiles, vndiq; crebris & minutis admodum foraminibus patulæ, quibus turbida aqua desudans, desecatior ac purior redditur. Harum ille vnam cæra foraminibus obturatis, desuper etiam variis coloribus pictam, aqua repletam statuit in deum. Et excisum veteris simulachri, quod Menelai gubernatoris ferebatur, caput desuper positum diligenter aptauit. Adsunt post hæc Chaldæi: itur in conflictum: circa hydriam ignis accenditur: cæra qua foramina fuerant obturata, resoluitur: sudante hydria ignis extinguitur. Sacerdotis fraude Canopus Chaldæorum victor ostenditur. Vnde ipsum Canopi simulachrum, pedibus perexiguis, attracto collo & quasi sugillato, ventre tumido in modum hydriæ cum dorso æqualiter tereti formatur. Ex hac persuasione velut Deus victor omniũ colebatur. Sed profecerint hæc aliquando contra Chaldæos. Nunc verò aduentante sacerdote Dei Theophilo, nullus profuit sudor, nec cæris fraus obtecta subuenit. Vastata sunt omnia, atque ad solum deducta.

Ignis, deus Chaldæorũ



De ecclesiis & martyriis quæ in idolorum locis constructæ sunt. CAPVT XXVII.

ET nihil non gestum est quod in squalorem verteret locum. Flagitiorũ cauernæ, ac veternosa busta deiecta sunt, & veri Dei templa ecclesię celsæ constructæ. Nam & in Serapis sepulchro prophanis ædibus complanatis, ex vno latere martyrium, ex altero consurgit ecclesia. Occasio autem martyrii construendi vnde data sit, dignum arbitror memorare.

De Ioannis sepulchro violato, & reliquiis apud Alexandriam conseruatis. CAP. XXVIII.

Ioannis Baptistæ sepulchrum violatur, An. do. 367.

IVliani temporibus velut relaxatis frenis efferbuit in omnem læuitiam feritas Paganorum. Ex quo accidit, vt apud Sebasten Palestinę vrbem sepulchrũ Ioannis Baptistę mente rabida et funestis manibus inuaderent, ossa dispergerent, atq; ea rursum collecta, igni cremarent, & sanctos cineres pulueri immixtos, per agros & rura dispergerent. Sed Dei prouidentia factum est, quosdam de Hierosolymis ex monasterio Philippi hominis Dei, orationis illuc causa per idem tempus venisse. Qui cùm tantum nephas humanis quidem manibus, sed ferina mente fieri viderent, mori gratius habentes, quàm huiuscemodi piaculo funestari, inter eos qui ossa ad exurendum legebant mixti, diligentius inquantum res patiebatur, ac religiosius con-

Universidad de Deusto Biblioteca



congregantes, furtim se vel stupentibus, vel insanientibus subtraxere, & ad religiosum patrem Philippum venerandas reliquias pertulere. Ille supra se ducens tantum thesaurum propriis seruare vigiliis, ad Pontificem maximum tunc Athanasium, hostiæ immaculatæ reliquias per Iulianum diaconum suum, post etiam Palestinæ vrbis episcopum mittit. Quas ille susceptas paucis arbitris sub cauato sacrarii pariete inclusas prophetico spiritu profuturas generationi posteræ conseruauit, quibus nunc deiectis & prostratis idololatriæ vestigiis, in ædibus quondam prophanis aurea tecta consurgerent. Sed post occasum Serapis, qui nunquam vixerat, quæ iam alterius dæmoniis stare delubra potuerunt? Parum dixerim, si omnes quæ erant Alexandriæ per singulas pene columnas cuiuscunque dæmonis ædiculæ insultæ ceciderunt. Sed per cunctas Ægypti vrbes, per castella, per vicos, per omne rus, per ripas fluminis, per erémum quoque si qua phana vel potius busta reperiri potuerunt, instantia vniuscuiusq; episcopi subruta, & ad solum deducta sunt, ita vt denuo rus culturæ redderetur, quod iniuste fuerat dæmonibus deputatum.

De Thoracibus Serapis apud Alexandriam abrasis, & signo Christi in loco eorum reddito.

CAPVT XXIX.

Thoraces Serapis aboliti.

SED & illud apud Alexandriam gestum est, quod etiam Thoraces Serapis qui per singulas quasq; domos in parietibus, in ingressibus, in postibus etiam ac fenestris erant, ita abscissi sunt omnes & abrasi, vt ne vestigium quidem vsquam, vel nominis appellatio, aut ipsius, aut cuiuslibet alterius dæmonis remaneret, sed pro his crucis dominicæ signum vnusquisq; in postibus, in ingressibus, in fenestris, in parietibus, columnisq; depingeret. Quod cùm factum esse hi qui superfuerant ex paganis viderent, in recordationem rei magnæ ex traditione sibimet antiquitus commendata venisse perhibentur: Signum hoc nostrum dominicæ crucis inter illas quas dicũt ἡγατικάς, id est, sacerdotales



les literas, habere Ægyptii dicuntur, velut vnum ex cæteris literarum, quæ apud illos sunt, elementis. Cuius literæ seu vocabuli hanc esse asserunt interpretationem: Vita ventura. Dicebant ergo hi qui tunc admiratione rerum gestarum conuertebantur ad fidem, ista sibi ab antiquis traditum, quod hæc quæ nunc coluntur, tamdiu starent, quamdiu viderent signũ istud venisse in quo esset vita. Vnde accidit vt magis hi qui erant ex sacerdotibus vel ministris templorum ad fidem conuerterentur, quam illi quos errorum præstigiæ & deceptionum machinæ delectabant. Signum dominicæ crucis.

Vt mensura aquæ Nili fluminis, quam πῆχυν vocant ad ecclesiam deferatur CAP. XXX.

SAne quoniam moris erat in Ægypto, vt mensura ascendentis Nili fluminis ad templum Serapis deferretur, velut ad incrementi aquarum & inundationis autorem, subuerso eius simulachro igniq; consumpto, omnes simul negabant Serapin iniuriæ memorem, aquas vltra ac affluentia solita largiturum. Sed vt ostenderet Deus non Serapin, qui multo erat Nilo posterior, sed se esse qui aquas fluminis temporibus suis iuberet excrescere, tanta ex eo & deinceps fuit inundatio, quantam fuisse prius ætas nulla meminerat. Et ideo vlna ipsa, id est, aquæ mensura, quam πῆχυν vocant, ad aquarum dominum in ecclesiam cœpta deferri. Sed vbi hæc gesta religioso principi nuntiata sunt, extentis ad cœlum palmis, cum ingenti fertur exultatione dixisse: Gratias tibi Christe, quod absque vrbis illius magna pernicie tam vetustus error extinctus est. Theodosii vox.

De Valentiniani iunioris interitu, & ortu Eugenii. CAPVT XXXI.

INterea Valentinianus in Occiduis partibus, animis (quantum ætas patiebatur) ardentibus rempublicam gerens, causis etiam nunc latentibus laqueo vitam finiuit. Sed hoc quidam dolo ducis sui Arbogasti factum confirmabant: idq; quàm maximè publica tenebat opinio. Alii quidem à commissi scelere ducem

An. do. 394. Valentinianus Aug. periit laqueo. Arbogastus dux.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ducem alienum dicebant, sed causas præstitisse, quibus in hoc adolescens animi indignatione cogeretur, quod minus ei tanquã per ætatẽ nondum valido, libera de omnibus indulgeret imperia. Fuere tamen nonnulli sacerdotum, qui pacis ab eo qui post creatus est legatione susceptra, immunem esse ducem à mortis scelere apud Theodosium testarentur.

De responsis Ioannis monachi. CAP. XXXII.

An.do. 393. SED ille nihilo segnius inflammatus ad vltionem, arma contra Eugeniũ, qui in locum defuncti substitutus est, corripit, primo Dei voluntatem per Ioannem monachum (de quo supra memorauimus) scisciatus. Tum ille qui primam de Maximo ei victoriam prædixerat incruentam, etiam hanc licet non absque plurima vtriusq; sanguinis inundatione promittit.

De apparatu belli aduersus Eugenium Theodosii, & de victoria eius, orationibus magis, quàm virtute parata. CAP. XXXIII.

IGitur præparatur ad bellum non tam armorum tẽlorumq;, quàm ieiuniorum orationumq; subsidiis, nec tam excubiarum vigiliis, quàm obsecrationum pernoctatione munitus circumibat cum sacerdotibus & populo omnia orationum loca, ante martyrum & apostolorum thecas iacebat cilicio prostratus, & auxilia sibi fida sanctorum intercessione poscebat. At Pagani, qui errores suos nouis semper erroribus animãt, innouare sacrificia, & Romam funestis victimis cruentare, inspicere exta pecudum, & ex fibrarum præscientia securam Eugenio victoriam nuntiare: superstitiosius hæc agente & cum omni animositate Flauiano tunc Præfecto, cuius assertionibus (magna enim erat eius in sapientia prærogatiua) Eugenium victorem fore pro certo præsumpserant. Sed vbi veræ religionis fretus auxilio Theodosius, alpium fauces occpit vrgere, primi illi quibus nequicquam litatæ sunt tot victimæ, de fallaciæ conscientia trepidi dæmones, in fugam versi. Post etiam magistri horum & doctores errorum, præcipuè Flauianus, plus pudoris quàm sceleris



sceleris reus, cùm potuisset euadere eruditus admodum vir, mereri se mortẽ pro errore iustius, quàm pro crimine iudicauit. Cæteri verò instruũt aciem, & collocatis in superiori iugo insidiis, ipsi pugnam in descensu montis expectant. Verum vbi ad primos ventum est, et ilicò se legittimo principi tradiderunt, cum cæteris imis vallibus deprehensis conflictus acerrimus geritur. Stetit aliquandiu anceps victoria: fundebantur auxilia Barbarorum, terga iam hostibus dabant. Sed fiebat hoc non vt Theodosius vinceretur, Sed ne per Barbaros vincere videretur. Tum ille vt conuersas suorum acies vidit, stans in edita rupe, vnde & cõspicere & conspici ab vtroq; posset exercitu, proiectis armis, ad solita se vertit auxilia, & prostratus in conspectu Dei: Tu, inquit, omnipotens deus, nosti quia in nomine CHRISTI filii tui vltionis iustę, vt puto, prælia ista suscepi: si secus in me vindica. Si verò cum causa probabili & in te confisus, huc veni, porrige dexteram tuis, ne fortè dicant gentes, vbi est Deus eorum? Quam supplicationẽ pii principis, certi à deo esse susceptam, hi qui aderant duces, animantur ad cædem: & præcipuè Bacurius, vir fide, pietate, virtute & animi & corporis insignis, et qui comes esse & socius Theodosii mereretur, proximos quosque conto, telis, gladio passim sternit, agmina hostium conferta & constipata perrumpit. Iter per milia ruentium ad ipsum tyrannũ ruptis agminibus & aceruatim fusis stragibus agit. Vix fortasse ab impiis credãtur quę gesta sunt. Etenim compertum est, qud post illam Imperatoris precem quam Deo fuderat, ventus ita vehemens exortus est, vt tela hostiũ in eos qui iecerant, retorqueret. Cumq; magna vi persistente vento, omne iaculũ missum ab hostibus frustraretur, fracto aduersariorum animo, seu potius diuinitus repulso, Arbogasto duce nequicquam fortiter faciente, Eugenius ante Theodosii pedes, vinctus post terga manibus, adducitur. Ibiq; vitę eius & certaminis finis fuit. Tum verò religioso principi glorioſior victoria de frustratis

Theodosius ad Deũ.

Psal. 113.

Bacurius rex Ibcrorũ

Eugenius capitur. An.do. 396.

tis opinionibus Paganorum, quàm de tyranni interitu fuit, quibus spes vana & falsa diuinatio minus in interitu cõtulit pœnæ, quàm pudoris seruauit in vita.

## De fine Theodosii post victoriam, & Arcadio atque Honorio liberis eius & hæredibus regni. CAP. XXXIII.

CVmq; post hæc, vt futurorum præscius Imperator, disponendæ reipublicæ solicitudine stringeretur, ad Orientem protinus mittit, vbi venturus ad bellum tuta liberos custodia commendarat. Ibiq; Arcadium Augustum regnum sibi dudum traditum seruare præcepit. Honorium verò pari dignatione præditum, ad Occidentis imperium venire ocyus iubet. Quo suscepto, & paternis oculis complexibusq; constricto, traditis Occidentalis regni gubernaculis, ipse Romano imperio per annos decem & septem feliciter gubernato, ad meliora migrauit, cum piissimis principibus percepturus præmia meritorum.

Arcadius Aug.

Honorius.

Theodosii mors.

Historiæ Ecclesiasticæ Libri vndecimi, Rufino Aquileiensi presbytero autore, Finis.




# Eusebii Pamphili, EPISCOPI CAESAREAE, QVAE EST PALAESTINAE,

## De vita Constantini Imperat. libri quinq; recèns conuersi de Græcis.

Ioanne Portesio interprete.

AMPLISSIMO VIRO, IVRISQVE CAESAREI simul atq; Pontificii experientissimo, D. P. Remonio præsidi summo Rhotomagensi Ioan. Portesius S. P. D.

SVperiore anno cum familia tua, Præses integerrime, rus concesseram, tum grassante morbo longiùs atque indies auctiore, tum uerò liberorum tuorum consuetudine mihi iucundissima adductus: ut arbitrarer ægra maximè ac propè deposita repub. nostra, animo obsequendum: præsertim cùm auctores huius essent aliquammulti literarum amantissimi, qui primos etiam ordines in hac urbe duxerant. Hi musis hospitium quanquam inuiti renuntiauerãt, elegantiorem supellectilem, non ex ære Corinthiacam deliacámue aut argenti beneficti, sed antiquitatis ingenio tornatam opere Achaico & Romano reliquerant. Hîc quum improuiso castra mouebantur, ego quoq; uasa minimè collegi, & ne Ioui quidem φυξίῳ memini litare. Verebar enim tempore difficillimo ne si ad diem casus affuisset, nõ eximerer ex reo,

*qui me, ut assolet, ad iniurias cuentus existimabam esse datum. Festinanter itaq; Lutetia profectus uniuersum sesquimensem animo solicitiore semper fui maximè, quia ad iter ingressurus Eusebii librum historiarū uersabam in manibus excusam recèns, & quæ ille quinq; uoluminibus ediderat de Constantini uita Romani imperatoris, instituera conuertere de Græcis, atq; adeò cœperam. Intereà uerò dum neq; de celeritate reditionis agi uiderem, neq; statarios ullos in urbe esse posse intelligerem, tanquam nauem agens in euripo, hoc est neq; sedatè neque cōpositè curarum æstu fluctuabam. Sic habui tamen aliquando cum animo statutum ac deliberatum, uti genio loci quem ego puto amœnissimum, & auspicio tuo diligentia mea consignata iudicialem tabellam erudito cuiq; datam experiretur. Equidem fortunam insimularem et iniquæ tractationis æquissimè postularem, nisi mihi uel animi uel ingenii tui expectatio temporū iniuriis anteuerteret. At qui neque solùm uertisse pœnitet, & isto genere me tuum animum demereri posse iudico. Tyrocinium ætatis id esse uerè dices, in quo si τοὺς κατοχωκίους θεοὺς habebo præsentes ac propitios, ad ingressionem aliam festinabo. Vale. Lutetiæ Cal. Octobribus.*

M. D. XLVI.

# EVSEBII DE VITA CONSTANTINI IMPERATORIS.

## LIBER PRIMVS.

QVit haud ita pridem quū homines omne genus ad festas epulas anni cuiusque decimi secundùm iam & tertium recurrentis, Imperatori magno nundinum habuerunt. Fuit nuper quum & ipsi nos medio consessu deprehensum mediisq; Dei ministeriis annali carmine victorem ornauimus, seculares etiamnum coronas illi dictione concinnauimus, ac sanctum caput in ipsa regia pauloante reuinximus. Nunc autem hæret oratio consilii inops ex consuetudine quum vult proloqui, quam viam insistat incerta est, vnius duntaxat rei miraculo propter insolentem speciem perculsa. Nam quā partem cum̄q; fortibus oculis inspectarit, siue qua sol oritur, siue qua præcipitat, siue terrarum orbem vniuersum, siue cœlum vndique & vbique, nusquam perbeatus ille rex abesse dispicitur. liberos enim ille videt tanquam de splendore suo recentes faculas toti terrarum orbi illucescere, se cum viuere, tum hominum vitam moderari, multo quàm antè melius. Auctum prole Cæsarum honores adepta dudum, & nunc primum vbi se in illius pietatem induisset et virtutē, Imperatoris, augusti, rerum domini nomē, & quicquid erat paterni ornamenti consequuta. Enimuero mortali conditione viuentem modo, cùm ex hac vita migrauit vti consuetudine præter omnium sensum nostra, quando naturā quicquid est accessionum inutile, conuincitur alienum: eisdem illis honoribus, regio palatio, laudum cumulis, id respectans obstupuit oratio. Iamq; distenta ad cœli fornices illic animum beatum informat cogitatione, Dei fruentem consortio: liberum omni terreni sæpe stolaq; præfulgida collucentem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sentiens porrò voluentis anni longissimis spatiis ne quaquam distineri perenne frondenti diademate donatum & immortalitate vitæ, æuiq; felicissimi perpetuitate, ne hiscet quidem obstupida vt vocem edat, ac ipsa quàm imbecilla sit conscia discessionem eo faciet vt sileat de ea re, concedatq; præstabiliori meritas laudationes addicendi dignitatem. Cui soli immortali Deo qui & ipse sermo sit, suis astruere fidem vocibus licet. De his illum gloriosa celebratione veneratos beneficii vicissitudinem recipere: qui se maluerint aduersarios & hostilem animum compararint, edicens internecionem animorum industriæ sibi quæsituros. Iam inde reliquit omnibus expendendum quam ea fidem minimè fluxam gererent, quæ esset pollicitus. Impios & numinis oppugnatores exitu vitæ propalam exhibens auersandos, obseruatorem sui consectanda præter vitam atque laudabili morte memorabilem. Columnis illa quidem nullas æui timentibus iniurias æstimata. Videlicet natura hominum sortis fragilis & caducæ, commẽta solatium, imaginibus edendis, maiorum memoriam colere se putauit honore permansuro: partim adumbratione picturæ cera delibutæ, partim è materia sculptum & dolatum experte motus simulachrum machinata. Sunt, qui pilas & cippos inscriptos sempiternam commendationem virtutis eorum quos habent annotatos conferre crediderint: quæ nihilominus ab interitu vindicari nequeũt, suntq; tempore omnia consumenda: nimirum fluxi corporis effigies, quæ speciem immortalem minime repræsentent: sed erat tamen illud satis iis qui secundum hanc vitam nulla boni expectatione ducerentur. Contrà, seruator vniuersorum Deus, supra quàm capere possit hominum mens, aut assequi cogitando bona dispensans religionis amatoribus, primordia quidem & quædam quasi præmiorum præcurrentici ex his relinquit arrhaboni: qui paulatim hisce peritoris oculis confirmet immortalem spem. Hæc antiquæ vaticinationes literis mandatæ eadem præsentia fere,



fere, hæc vitæ cursus eorum atque ratio quorum officia obseruantiamq; dilexit Deus, commemorata posteris affirmant. Sunt eadem istis nostris temporibus euicta, quibus omnium regi Deo Constantinus in iis qui Romanam rempub. iure suo gesserunt, vnus ex animo amicus vitæ sanctissimę degendæ præbuit omnibus hominibus exemplum. Is verò quem coluit Deus eam rem apertè planeq; commonstrauit, dum astitit à dextra apicem honorum ineunti, nec medio regno desinentéue destituit hominem, disciplinæ loco numinis excolendi generi humano datum. Itaque solum illum ab hominibus natis imperatorem extulit quoddam velut amplissimũ luminare præconemq; fixę & manentis religionis vocalissimum, ab ea quam illi contulerat in omni genere virtute, Regnum eius ad tres totas annorum decades, & amplius paulò protraxit: vitæ verò spatium cum hominibus viuendæ duplices horum annuos recursus. Singularis autem suæ potestatis imaginem istuc conferens, impiorum atque adeo tyrannici generis expugnatorem effecit. Hi mente cæci, nefarium tumultum contra Deum decreuerant, & saga sumpserant. Ac illi quidam quum vixdum prodiissent, repente sunt extincti. Clientem verò suum Deus vnus, in multos vnum diuinitus obarmauit, instruxit, & expurgata per ipsum destructis impiis hominum vita, magistrum declarauit obseruationis erga se, qui prædicabatur etiam bonorum omnium studio illum qui semper esset Deum nosse, & ab eorum errore longè diuertisse qui nusquam sint. Hoc ille faciebat bonæ frugi famulus & edicebat, seruum se non dissimulanter alleuerans regis omnium Dei.

Quæ ille rependens ocyus esse regem, fecit in his qui fuerunt vnum & inexpugnabilem & inuinctum semper, vbiq; verò trophæis exornatum, ac tantum quantus ne auditu quidem vllus fuit cuius aliqua extet memoriæ recordatio: tam numini acceptum ac beatum, tam pium & vndiq; fœlicem, vt nullo negotio gentes quàm prius omnino plures contineret, imperiumq;

nulli graue ad hoc æui perduceret. Cyrum de Persis inueterata fama dilaudat vt præ reliquis vbique gentium omnibus insignem, sed illum turpis & omnino sus quique nō vacaret contumelsa mulieris opera manebat vitæ exitus. Macedonum decantat Alexandrum vniuersa Græcia subegisse gentes infinitas: at celerius omninò quàm viro illi liceret esse per ætatem sublatum fuisse de vita, compotoribus id temporis & saltatoribus operam dantem. Duos annos supra triginta toto vitæ curriculo compleuit, eorumq; partem non amplius tertiam regni partes exegerunt: Ille, sanguinis sitiens citra discrimen vrbes vniuersas & gentes nullo delectu ætatis seruire compellebat instar fulminis. Mox paulùm modò cùm vigere cœpisset vrgens fatum vehementer, orbum liberis, nulla firmum sobole, nullo lare, peregrinæ dictionis excursorem, ne quod erat illi votiuum, gentem humanam peruastaret, cum ipsis delitiis succidit. Regnum subinde contruncatum et in familiam diuulsum est, dum sibi quisque studeret ex rapto. Talium ille virtutum stipatus choro censetur egregius. Iniit autem hic noster quadepositit ætate regnum Macedo duplumq; quàm ille vixit & regni tergeminum habuit spatium. Temperantem ac planè sobriam militiam nactus, Britanniam & qui medio siti sunt Occidentem versus Oceano, cunctos adduxit ad partes: Scythiam insuper quæ ad Septentriones est in nationes efferatas dissecta barbari nominis innumerabiles: productis ad meridiem finibus imperii, Blemmyes & Æthiopes. neq; verò quæ ad Orientem sunt à se auersa putauit esse: ipsos autem orbis terrarum limites Indos extremos vsq; terræ vndiq; circumiectos, quicquid est vsquā luce suarū rerū illuminans, dicto quidē habuit audiētes locorū præsides, gentiū præfectos, satrapasq;. Et erat in eo quanq; barbaro populo, qui spōte lubenterq; coleret. Ab iis honorariq; legatiōes onustæ donis, nihil prius illa amicitia notitiáue statuētibus, vt imagines ederēt, & statuas eius collocarēt, vt vnius Cōstātini regnū nō modo cog-



do cognitum oībus, sed in ore etiā esset omni populo, cùm ille regia liberaq; voce prædicaret quem esse sibi Deū profiteretur. Nec verò q̄ re plus oratione valuit, qui se in virtutem ipsam totam immergens, variumq; præclaræ vitę fructum dispiciens in eo molliter & delicatè conquiescebat, beneficentia omnes suos sibi deuinctos animo magno retinebat. Victor benigna lege facilem & desiderabilem vnicuique maiestatem & autoritatem præstitit, donec senio longo confectum, quem ante vinctum de regno ad momenta temporum inclinante suspenderat, & tot annos brauio immortalitatis designator Deus honorarat, ad vitā perduxit animis nulla colluuione conspersis asseruatam, tribus etiam qui regno succederent liberis illi suscitatis. Ad hoc sanè regium decus paterno iure accesserat, ordineq; naturæ soboli remanserat vt duraret in æuum hæreditas. Ergo sublimem vereq; fœlicem honoribus apud nos, morientem omnibus quæ ab ipso sunt beneficiis & conditionibus exornatum, depinget aptè Deus, & ipsas res gloriosas in tabulas cœlestes curabit incidendas. Mihi profectò etsi non suppetit, vt pro beatitate tanta dicam, hac præsertim securitate silentii: tamen est necesse insequuto picturam inumbratam tanquam imagine, hominis pii memoriam consecrare literarum monumentis, eoq; desidis & socordis animi reprehensionem detestari. perpuderet enim nisi quantum in me est ingenii, quod leue exiguumq; sentio, tamen in eum conferrem qui numen solicitiore semper animo coluisset. Adhæc conducibile ad vitam hoc studium meum, res eas planè regias & Deo gratas scripto comprehendi. An verò turpe non sit in scriptores indefessos recordationem Neronis incidisse; & eorum qui scelere longè post se Neronem reliquerunt, & hanc consilii rationem, rerum turpitudine deformem polito dicendi genere turgidam ineuntes, historiæ volumina texuisse illos: nos ad eum regem adductos à Deo, qualem ante nulla ætas viderat, & colloquio dignatos, in ea causa conticescere?

Proinde non ab re si quis alius, auditionem tantæ rei largè conseram, maximè illis qui bonis insequendis ardore mentis ad Deum rapiuntur. Nam alii quidem res ad mores informandos inutiles & humiles, adducti gratia, vel odio concitati quorundam: nonnulli vt dicendi specimen ederent, doctrinâque se venditarẽt, homines lingua celeri & exercitata, quam par erat apparatius emiserunt in lucem, ac eorum quæ commiltuntur in Deum, & obliuionem tenebrasq; sempiternas promerentur, aliis interpretes fuerunt. at mihi si oratio labascet minúsque vt ad earum rerum magnitudinem sustinendam robusta erit, certe vel earum nuda recensione se sustentabit illuminata. Neque verò futile vel contemnendum hoc genus, cùm & animum non dissolutum instruat & ad vitam communiat. Plenam igitur historiam, quoties collatis signis sit ab eo decertatum, quoties defusis hostibus & trophæis exultatum, quoties triumphatum: qui pro vtilitate omnium in republica ordo, quæ legum in id ipsum confectarum descriptio, reliquos illos quidem varios & regios tamen labores ab omnibus expositos hinc amandabo, cum mihi sit ex compacto in eam rem incumbendum, vt illa sola referam quæ pertinent ad bene beatéq; viuendum: atque ea cùm prope sint infinita, subiiciam ex iis quorum in cognitionem venimus, quæ celebriora magisque posteris opportuna iudicabo. Breuiter id quidem & tempore, quod est reliquum, verè beati laudationem facilè concedente vel etiam deposcente. Nam nec ante licuit qui nondum excessisset è vita conditionis, instabilis (qua de re sumus omnes admoniti) fœlicem diuulgare. Vocetur verò auxiliaris Deus atque nos sermo cœlestis opitulator inspiret. Illius autem res ab ineunte ætate scribere ordiemur in hunc modum.

Constans & antiqua fama obtinuit grauissima diuersáque tyrannide populum Hebræum oppressum fuisse. Tum clementem erga afflictos Deum paruulum atque adeò infantem Mosem mediis tyrannorũ atriis educa



educauisse, vtq; sapientiam quæ esset apud eos indipisceret, prouidisse: Cumq; illum tempus ad ætatem solidam perduxisset & oppressorum vindex vltio iniustis ponè instaret, tum egressus domo tyrannorum Dei prophetes nauabat operam incœptis altissimi, tyrannos educatores dictis & factis respuens, fratres & genere coniunctos pro necessitudine colens. Eo gentis vniuersæ prætore designato, Hebræos inimici populi seruitute liberauit Deus, & genus illud exosum fatali necessitate supplicíorum exercuit. Fama quidem illa vetus cui quasi fabuloso commento multitudinis aures patuerunt, cùm in hæc nostra tempora contulit ipse ille Deus, iis quæ miracula feruntur in fabulis, & oculo submisit theatrum rerum penitus excellentius admirabilitate, quodque quauis sit auditione verius. Deum enim aggressi bello nostri seculi dominatores, eius ecclesiam conficiebant. Quum mollis adhuc & ætatem eam desinens, quæ tenui lanugine iam, ac luculenta forma, reliquisset adolescentem, imò qualem oportebat esse Dei seruulum, medio illorum creuit iste, post paulò tyrannicida Constantinus, nouam rem in eos moliens. Nec erat tamen hoc ætatis moribus impiorum confœderatus. Substraxit enim inde illum diuinitus afflatũ ingenita natura, atque ad omnem religionem traduxit. Quem incenderat etiam ad studium honesti paternum decus. Pater ei fuit (hoc enim loco reuocare in memoriam decet) imperatorum æuo nostro præstãtissimus. Quo de Constãtio strictè, quæ filio laudi esse possint, & necessariæ tamen dicemus. Quatuor enim fuere communicatione imperii pares solus hic aliis non intellecta sua se ratione continuit, & ei cum Deo summo percussum fœdus est. Illi ecclesias depopulati ad ruinam extremam disturbabant, vt ne reuulsa quidem templorum fundamenta ab vllo dignosci possent. Hic execranda puras impietate manus abstinuit, illorum nusquam similis, qui ciuium sanguine sanctissimorum prouincias polluebant. Hic animam illi-

batam semper habuit eo maximè genere. Illi omne scelus in vnum deriuantes, simulachrorum cultum, voces illicitas se primum, deinde subditos, malorum dæmonum in errorem introducti, seruitute condemnarunt. Hic princeps pacis æquissimæ suis, quæ Dei erant ordinabat agebatq; nulla suorum molestia.

Vitam alii grauitate tributorum deprecandam hominibus & posteriorem morte compararunt: Imperium æquabile Constantius atque patritiæ diligentiæ nihil expetens instituit. suos ipse de se alleuauit. E multis iisq; peruulgatis vnam rem atque alteram præclarè gestam vbi dixero, quæ silentio præteruehar, hinc cēseri posse ratus ad ea quę negotii huius sunt trāsibo.

De Constantio rumor increbuerat, pium & probum virum esse, Deo charum præter alios & acceptum, subditorum ditionis, vt nihil supra parcentem, nullis thesauris incunbentem. Qui tum primaria dignitate rex erat, missis adeò qui id agerent, cum eo tanquam deposuisset omnem publicam curā expostulabat, exprobrabat egestatem, eo ad faciendam fidem abusus, quia nequaquam thesaurum defodisset. Ille, qui venerant à rege commorari iussis, indixit omnibus imperii sui populis, vt quisque fortunis erat amplissimis, opibusq; affluebat (quasi sibi pecuniæ opus essent) celebre concilium. Id tempus ad vnumquemque pertinere conspirationem animorum erga regem non aliena sponte conceptam explicandi. His auditis ac si de illa ipsa re vota iamdiu suscepissent, vt id euenire quo se probare possent alacres ad omnem aleam, auro argentoq;, & si quid est in pecuniis aliud impleuisse fiscum liquet. Multa verò donandi largius atque profundendi contentio subiit, hilariter omnibus aperto vultu oreq; leniter arridente. Quæ cùm essent facta, spectatores admisit eos ad thesaurum, qui à magno illo altero rege venerant, dimissisq; fidem & testimonium imperauit huiusce rei quam ipsi vidissent.

Tantum nunc sibi esse cōfectum: at iampridem apud dominos, vt satellites & administros custodiri.

Vehe-



Vehementer illi obstupuerunt, quibus iter ingressis vocatos ad se possessores omnibus suis receptis & laudatis insuper ob animum beneuolum, & parentem, vt est fama, dimisit domum. Hoc vnum est humanitatis argumentum synceræ mentis ergà Deum, id erit alterum quod sequitur. Nam vbique locorum edicto imperatorio, prouinciarum præsides pium quemque diuexabant. Omnium primi regiis domibus exciti, charissimi Deo martyres nomine pietatis ad concertationem aggressi sunt: ferrum, ignem, maris gurgites, omnem denique solertiam tormentorum promptissimo animo adeuntes, vt breui quæ fuere tum palatia pio hominum genere sint exhausta. Quo maximè factum est, vt apud sanguinarios nullam habuerit Deus inspectionem in præsidiis, qui non genus solum, sed eius ergo nuncupationem etiam votorum, insectabantur. Soli autem Constantio venit in mentem quidam rationis sensus, & rem fecit inopinatam sanè auditu, sed pro facto tamen præcipuè deminerandam. Quotquot illi regii fuerunt, ne illis quidem exceptis qui futuri erant propositæ conditionis arbitri, cunctos ad pactum adegit, apud se commorandi liberè, & honores suos cuiq; retinendi, si dæmonibus immolarent: nisi agerent excludi, penitus & ablegari, illic nulla dignitate aut familiaritatis aut amicitiæ esse posse. Ergo dissipatis et iam hinc & inde segregatis, quam sibi quisq; vitam instituerat est agnitum. Cæterum præstans ille vir techna explicata, illos timidos & nimium de se meritos iudicauit. Horum conscientiam in Deum mirum quàm suauiter excepit, vtq; numinis proditores illos ne regia sua dignauit. Qui fiat enim vt hìc permaneant in fide, qui sublimiore fefellerit loco? Quapropter longè summouendos regio palatio existimauit, atque adeò lege sanxit. Qui Deo digni fuerant ad veritatem exquisiti, similes eos sui fore circa regem dicens, imperii custodes & corporis esse iussit. In amicis & maximè necessariis hosce in primis excolendos, plurisque dixit esse

facien-

faciendos thesauri quamlibet magni abacis. Constantio qualis pater extiterit ex hominū memoria hactenus expositum à nobis est. Quis verò vitę finis hominem quo ostendi ingenio, subsequutus est: quidve discriminis eum inter & regiæ sellæ consessores aperuit Deus, facile dignouerit is qui ad res ipsas animū diligenter attenderit. Postquam enim ingenii regii fideliter explorandi facultas in longinquitate temporū vertebatur, omnium autore Deo recepto, diis ante gentium reprobatis, suam domum, vti composita frugalisq; perseueraret sanctorum supplicatione vallauit. Ac tritum illud vsu, nec habere sibi, nec alteri negotium facescere perbeatum, isthic fuit. Constans igitur auraq; lenissima bene sedatum sui regni seculum, vxorem, liberos, ipsam familiam cum focis, vni regi Deo deuouit, vt hilarem multitudinem palatii prorsus ecclesiam diceres. In eo consortio fuere Dei ministeria, quæ in causa regis, cultui continenter instarent, quādo apud multos isthæc omnia silebāt. Quæ omnia proximè insequitur cōpensatio cœlitus. Orbis enim terrarum imperii, quum primæ deferrentur in his fuit, cùm qui ius habebant temporis, nescio quo pacto se regno substraxerunt. Tanquam istam animorū mutationem quæ anno prę uerterat ecclesiarum oppressio inuexisset. Hinc primus & solus Augustus appellatus est, initio quidem insignis imperatorio Cæsarum diademate: sed accessit ad decus illum accepta dignitate præcessisse. Ab hac nota, quo nullus est antiquior Romano populo delatus honor, illi est, primusq; ex his qui quatuor postea sunt creati, Augusta sella ius dixit, prole quoq; multum antecessit alios, ipsa sexus vtriusq; multitudine. Postea quàm verò multa iam senectute, iusta naturæ facturus, atq; iam de vita discessurus, hic denuò mirum opus à Deo, qui de liberis maximum natu Constantinum moribundo patri consulte proximauit. Erat enim cum his qui fuerant paterni imperii collegę, quo modo ille prophetes, vt antea dixi. Et vsq; à puero pubertatem ingressus apud eos honore



nore primario fuerat. Quem ipsi vidimus cùm Palęsti nam obiret, regum seniori comes. Huius ad dextram conspicuus omnibus, iam tum regium quendam sensum callere videbatur. Nam forma corporis & vt erat ætas proceritate nullus ad illum æquo iure accessit: robore tam valebat, vt terribilis esset æqualibus. Sed animi tāmē quàm corporis dote incendebatur acrius. Eum primùm fouens egregiè temperantia, disciplīna, deinde ingenitaq; prudentia, tum diuinitus accedēte sapientia. Itaq; Celsum & vi corporis auctiorem animo magno adolescentem contemplati rerum domini, cōmixta cum inuidia formidine sibi internecione cautionem decreuerant. Quam ille rem persentiscens semel atque iterum certa fati ratione insidiis explicatis, consuluit sibi fuga, prophetem Mosem hic quoq; consectatus: sed isti numen omnia cōcesserat, vt illam prę sens hæreditatē cerneret. Mox elapsus insidiatorū molitione, properè quidem ad patrem accessit, ac interualo longo tandem adfuit, vbi iam vitæ illius pensum nouacula contingeret. Quem inexpectatū pater, astantem intuitus, stratis desilit, auidè complectitur, tantumq; proloquutus se cura animū liberasse, quæ alioqui morituro reliqua erat de absentia filii, preces effudit ad Deum gratiarū actionis & lætitiæ plenas. Hoc amplius, immortalitate sibi iucundiorem interitum esse dixit, & testamentum inde conscripsit: simul liberis instar chori, lectum cingentibus, ex commentario distribuit hæreditatem. Illi, qui anteibat ætate regni sorte iuxta naturā demandata. Ita demum diem obiit, nec in curia tamen est iactatum imperium. Nam insignis purpura patricia Constantinus, ibat paterna domo, patrem quasi reuixisse cunctis in se monstraturus. Interim elatum funus est illo ductore. Quos amicitia patris illi adiunxerat partim præibāt à fronte, partim à tergo sequebantur, vsq; dum maxima pompa numinis amantem eò loci perduxit, vbi faustis acclamationibus acceptus, & reuerenter est habitus ille vir. ibi omniū voce regressus in vitā demortui hominis successore

cessore filio dicebatur. Ibi regem & Augustum quàm iuuenem omnia perstrepere. quæ laudes erant ornamento patri, vicissimq; filius eo parente fœlicissimus habebatur. Porrò autem populi omnes huius imperii gaudio lætitiáque inæstimabili exultarunt, qui ne momento quidem temporis administratione regia caruerant. Finis hic à Deo generi hominum æuo nostro morum honestissimorum & plenorum pietatis, est in rege Constantio patefactus. At qui vitæ fuerit exitus, iis qui sunt ecclesiam incendiis & ferro prosequuti in hac serie non putaui inserendum, neque proborum memoriam hoc genere contaminandam inquinandámque. Nam periculum fecisse satis est ad eos castigandos qui viderunt ipsi, acceperuntq; insuper euentorum integram historiam. Eo patre ducem imperatorémque Constantinum princeps vniuersi, nullius commendatione aut gratia ex se designauit, id sibi laudis alias arripiente aliquo. Stabilito regno quos in ditione populos habuerat pater, obibat omni benignitate, tantisper ipsi paternæ sorti prospiciens, hos gubernabat, Rheni barbaros accolas & occidui maris qui turbulenti erant ac prius intractati, facile compescebat subiiciebátque, reprimebat alios & abigebat domo, quos tanquam beluas ad vitæ cultum lenem magis allici posse desperabat. Hæc illi cùm euenissent ex sententia, imperiáque orbis terræ in animum induxisset, tum in Britanniam transiit. ibi subactis interius habitantibus ad mare populis, percurrebat animo quibus præterea subueniendum esset auxilii egentibus. Inde quasi immensum aliquod corpus orbem ipsum terræ mente conuersans, Romámque demum imperii vniuersi caput atque gentium dominam tot annis, tyrannidi seruientem, vindicta cedebat illis ætate prouectiore partium aliarum dominis. Postquam autem impares huic oneri sensit esse, atque rerum euentu fœdo aliquos istud enisos discessisse, minimè sibi viuendum duxit vrbem regiam ærumnis exercitam si negligeret. Ergo demolitionem tyranni-



tyrannidis apparabat. Ibi quòd vidisset rem militari manu nequaquam confici, imò nec proficí tantis artium præstigiis apud tyrannum, solerteq; magorum impostura hominum studiis exculta, adiutorem Deum implorabat. Omnino cura militiæ illi posterior erat, numen autem cum quo se coniunxerat, non modò infringi, sed allidi nullo modo posse confidebat. Ille videlicet optimè norat quo potissimum nomine inscribi oporteret hoc auxilii genus. In ea negotiorum procuratione, cogitatio quædam existentem occupauit. Nam qui rerum summæ inhiauerant antea, quorum à diis expectatio pendebat. Ii litantes ac propitiantes donariis, elusi primùm lenocinio prædictionum, & omnia secunda pollicentibus oraculis, tandem sunt infelicissimè perditi, nec astite quoquam deorum vsi sunt, ne piaculari contabescerent interitu. Vnus eius pater diuersam viam ingressus & erationis intelligens, cui vitæ curriculo primus semper obseruantia dignationeq; fuerat Deus, imperii custodem & defensorẽ habuerat. His apud se diu putatis ac discussis vt vidit, quot illi ad pestes & strages appulissent qui erant deorum copia confisi, vt nulla generis radicula, nullus stolo, nullum nomen, nulla vsquam memoria superesset: è diuerso quot argumentis se præpotentem paternus illi Deus approbasset: qui in tyrannum delectus ante habuissent, & castra posuissent, adductis nequicquam Diis excessisse turpiter intuens, altero re infecta priusquàm ventum esset ad manus cum ignominia reuerso: iugulato altero mediis cohortibus, vt fati quædam accessio crederetur. Hæc cùm in mentem conuexisset, inaniter ea numina iactare quæ nusquam sint, & in re plana aberrare sponte, dementiam arbitratus, quem iam inde à patre Deum acceperat esse colendum sibi sanxit. Votis igitur appellabat & precibus, vt quisnam esset ediceret, manum ad se suáque porrigeret. Quæ contenta precantem oratione diúque quiritantem prodigium inuasit. Hoc credi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



credibiliter ab autore diuerso vix adduci poterat, aut recipi: sed ipso rege longis temporum spatiis, mihi ex codice quæ conscripseram referenti, quando in eius notitiam & familiaritatem sum introductus eadem prædicante, etiam attestante iureiurãdo vehementius, ecquis de rei fide ambigat? cùm præsertim posteriora tempora illud ipsum confirmarunt. sub meridiem, inclinante iam die ipsis oculis, cœli plaga vidisse aiebat positum supra solem trophæum crucis: id lumine coluisse, propinqua in hanc sententiam scriptura, EO VINCES, perplexum viso diu stetisse omnem simul exercitum spectatorem, qui tum ad iter ingressum alio quo fortè fortuna sequebatur, & incertum fuisse quid ea sibi ostenta vellent: sed animum tamen illuc intendentem, & ad omnem partem conuertentem nox excepit. Hic somnum capienti sibi Christum cum ostento illo cœlesti visum esse & commonefecisse, vt exemplar imitatus illius signi, idem in bellicis conflictibus amuletum circumferret. Vt autem dies illuxit, arcanum exposuit amicis, accersitisq; subinde redemptoribus operum ex auro & gemmis affabre magis inciforum, medius sedit signi speciem indicauit: quantum sua interesset de gemmis auroq; sibi excusum redderent. quod ipsi aliquando vidimus in hanc ferè figuram operis absolutum. Præcelsa fudes instar crucis obliquum cornu ipsa rigens auro comprendebat. Supremam partem insidebat conserta auro & lapillis distissima corona, in qua tessera salutaris inerat duplici versiculo. Nam primis quibusq; dictionũ literis Christi nomen videbatur, punctum mediũ decussis incumbente, R, quod deinceps in casside descriptum sibi imperator vtendum accepit. Qua inhærebat sublicæ obliquũ cornu, hac dependebat vexillum, regiũ prorsus, ad artem accedente gemmarum excitatis circumradiis varietate pretiosissima, qua conspersum erat, auro insuper abunde intertexto, mirabilis ac immensæ pulchritudinis vniuersum opus. Hoc amiculi longum latumque moderatè fuit; fudes ab imo in verti-



in verticem procerius adaucta sub ipsam crucem ad extremũ limbum vexilli circunflecti, pii regis vsque quo thorax desinit aureas, atq; liberorum pariter habebat imagines. contra hostiles copias hoc signo semper est vsus: ad similitudinem alia conflata ante legiones ferebantur. Verum ista aliquanto post. Tum autẽ grauiter affectus ob ostenta, nulla præterea religione probata initiatos his sacris euocat ad sese. Rogat ecqs ille esset deus, ecquis ostenti respectus, illi deum esse responderant vnius soliusq; dei filium vnigenitum. Notam immortalitatis esse quod ipse viderat signũ, hoc de morte deuicta trophæum esse positum cũ adhuc in orbe terræ versaretur. Interim causſam aduẽtus edisserentes, totam generis humani rationem exactè suggerebant, & eorum oratione sanè promouerat: sed diuini tamẽ spectaculi miraculo arreptus, istic erat do nec ad ea despiciens, ipse sibi ostenti fuit interpres ex dictis, ac se cõstituta iam sententia celitus edoctum facilè ratus, ad scripta sacra mente intendere cogitabat. Hic dei sacerdotes numero habens consessorum accingebat ad obseruantiam omnem & cultũ conspecti numinis. relíquam expectationem & spem in eo collocans: indeq; se communiens, animum induxit vt tyrãnicum ignem restingueret. Hic sanè multus Romanã vrbem iis maleficiis inuaserat, eoq; scelerũ robore vt ad præsidentem impure ac nefariè viuendi licentiam nihil esset omnino reliqui: seductas matronas remittebat ad viros non ita proiectos aut obscuros, temulentiam hanc suam in senatum adeò atque principes senatus exercebat. Sexcentis igitur acceptis omni contumelia matronis impurum & effrenatum animum nihilo magis expleuerat. Tẽtatis perinde christianis nõ item cupiditati suppetere. His enim vitam profundere satius erat quàm pudorem prostituere. Quædã senatorii ordinis cuius viro præfectura obtigerat, illis intellectis pro foribus adesse qui ad tyranni libidines erant facti (nomen ista CHRISTO dederat) & ita virum sibi timentem annuisse vti abduceretur, impetra-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ta mora tantisper dum mundum sumeret, ingressa est in conclaue. Ibi remotis arbitris ense confodit pectus, occumbensq; lenonibus cadaueris copiam fecit. Opus autem edidit omne voce vocalius, inexpugnabilem rem esse atque exitii nullius Christianam modestiam posteritati præsentibusq; adeò testata. Sic illa fuit. Eo verò progressam audaciam plebs, ipsi magistratus & nobiles & sordidi exhorrentes, languebant tyrannide infestissima. Nam quietè & compositè seruitutem aculeis exarmatam perferentibus, nil dum remiserat sicaria tyranni crudelitas, & leuissima iam aliquando reperta quidem illa de caussa in cædem populi hastatos suos laxauerat, mediaq; ipsa vrbe cecidit infinita multitudo non Scythicis aut barbaris sed domesticis armis ac gladiis. Quanta autem per insidias senatorum clades, vt cuiusque bona illexerant ad occasionē quemlibet passim cæsis, haud in promptu est percensere: sed (scelerum apex) ad artium prestigias & magorum vetita inuenta perrexerat. Hic vtero resciso mulierum prægnantium, viscera mox infantium indagans, iugulans leones, conceptis obscœnè verbis dæmonū cōpellationes ad tumultū belli instātem depellendum adiecerat. His se cōfidebat victoria potiturū. ista Romæ tum dominatio: quæ omnium libertatem quot & quibus modis temerauit, dicere mihi non licet. penuriam annonæ post hominum memoriam cōstabat vrbi tantam non fuisse. Quapropter ictus misericordia Constantinus omnes expugnandi machinas contrahebat: ipse post principia, nempe regnatorem Deum, implorabat opem CHRISTI, vexillum illud insigne victoriæ collocabat ob armatos: denique omnes copias adducebat tāquam auitam libertatem Romanis stipulatus. Ergo Maxentius artium ludibrio potius q̄ suorū vel cōsensu, vel coitione ductus, haud iam portis excedere: copiis armatorum, legionum, manipularibus insidiis opportuna loca, regiones, oppida, quantum agri subegisset occupare, munire sedulò. rex ex socio numine religatus acie tyranni primū secundum



cundum & tertium vno impetu compulsa ad deditionem, ipsam vsq; promouit Italiam cumq; proximè vrbem esset, ne tyranni caussa prælium committeret cū Romanis istum velut loris ab vrbe longius asportauit Deus, & quæ vulgus fabulæ loco acceperat, aduersus impios euenisse (sunt in codice sacrosancto tanquā in columna descripta) omnes adduxit vt crederent ea, seu fidis seu diffidenter hebetibus oculis intuiti. Quēadmodum enim Mosē pium Hebræorum genus diri gente, currus exercitumq; Pharaonis in mare proiecit, ipsos satellites honorarios, omnem adeò delectum vnda rubri maris obruit. ita Maxentius eiusque armati & hastati quasi saxum demersi sunt ab eo fundi tus. Siquidem numinis vim stantem à Constantino fugiens, vbi transmitteret eā fluentem amnem, quē ipse nauigiis iunxerat atque ponte stabiliuerat suo sibi cōmento pernicies compacta extitit. Quā amicum Deo virum captū iri credebat illi nihilo secius dexter deus affuit. Iste miser has sibi struxit insidias, ex quo dicere par est: effodit cuniculum ac quam foueam ipse duxerat, in eam est delapsus. Quod enititur in eius caput recidet, atq; in verticem illius sua corruet iniquitas: scilicet annuente deo quæ erant ad pontem machinæ in inuolucro, non qua sperabatur occasione, subsiderunt, vt transitus esse posset: scaphæ onustæ viris mergebantur: omnium ille primus: deinde satellites clypeatiq; quatenus id oracula prædixerant, aqua rapida quasi plumbum sunt obruti. Idcirco non absre, si minus verbo, re certe similem victoriam consecutos atque egregius ille Moses, eadem illa quæ tyrannum olim contrā, decantare ac dicere: Incinamus domino, laudibus enim honorificis cumulatus est. Equum & ascensorem disiecit in mare, protector auxiliarisq; ipse mihi fuit ad salutem. Ecquis in diis similis tui domine? ecquis inquam similis tui, in sanctis honoratus, insigniter mirabilis, edensq; prodigia? His in principem cui referebatur accepta victoria, vt olim ab illo præstabili Mose, sic à Constantino reapte

Universidad de Deusto
Biblioteca



factatis, reportata laurea de conflictu domi nam vr-
bem inuectus est. Conferte illum S P Q R. ac quic
quid in vrbe nobilium fuit, vt si vinclis & carcere
soluti essent, oppidò quàm hilares animis & vultu re-
cepere. Cõfusa sexus & cõditionis vox, viri, fœminæ,
pueri ingenui, infinita multitudo familiarum, vindi-
cem, conseruatorem, bene merentem, vt qui cõtrà ten-
deret nihil ageret, appellare. Nihil ille religiõe vir insi
ta, aut laudibus aut applausu cõmoueri, neq; meliora
de se sentire: quin diuinæ beneficentiæ conscius actio-
nem gratiarum in primis & vota, victorię datori deo
persoluit. Tum pictura ampla columnisq; media vrbe
trophæum de hostibus insigne salutis erigens, in oẽm
gentem differebat. Atqui palàm inscripsit literis quæ
nequirent aboleri: Hoc salutare signum, Romanorum
ditionis & totius imperii tutelam esse. Mox autem pa
lum figura patibuli, eius statuam tenentem manu fre-
quentato loco ponentibus, scripturã inscribi hanc ius-
sit Romanis verbis. Hoc vno fortitudinis examine,
insigni salutis vrbem vestram iugo tyrannidis ereptã
liberaui, S P Q R. autoritati pristinæ dignitatiq;
restitui. Ita ferè amans numinis Imperator splendida
confessione artificis vincendi crucis, liberè quidem
huic rei dabat operam, vti Romani dei filium agnosce
rent. Omnes autẽ loci incolæ, nobiles populares q; ve
lut à graui dominatione respirantes, luce frui molliore
puriore q;, tum autem initam denuò vitam alteram co
gitare, quas gẽtes ad occidentem limitauit Oceanus,
illæ assidua calamitate libera frequenti nundino læta
ri, auctorem, pietate primum, seruatorem continenter
exclamare: vna vox, vnum os omnium, emersisse be-
neficio Dei Constantinum generi humano commune
compendium. Expositum erat vbiq; regiũ edictũ, quo
sua illi recuperarent, qui concesserãt antea rapinæ. Qui
solum verterant indemnati, eò postliminio redibant:
si quos iniuria tyrannidis periculo obnoxios aut vin-
culis habuisset, soluebantur ea cura: Dei verò admi-
nistros ad se accersitos semper honore præcipuo cen-
sebat,



sebat, & omni officio prosequebatur, nihil circa deuo
tos addictosq; numini benignitatis aut humanitatis
omittebat. Homines quidem de vultu ornatuq; tenu-
es, alia tamen apud eum nota conuictores erant, haud
assectæ. quo sibi cumq; eundum esset homines illuc so
licitabat, ratus illum dextrum assistere quem colebãt.
Et de se sanè perquam abundè suppeditauit ecclesiis,
tum adaugens, tum erigens altius, ipsa sacraria specio
sa donariis efficiens, multa insuper mendicis & ege-
nis hominibus erogata stipe: qui adibant ad eum hu-
maniter atque beneficè sentiebant; foro emendicantes
(quod est homuncionum abiectorum miserabiliumq;
plurimum genus) non ad victum solum necessaria re
ferebant, sed vestiti commodius etiam abibant. quo-
rum natales & incunabula fortunæ primum amplio-
ris, cum maligniore deinde fuissent commutata, iis di-
spertiebat largiùs, regiam magnificentiam & opes in
loco significans. his agrum designabat, illos excolebat
honoribus, horum orbitatem pro patre se gerens alle-
uabat. Interruptam viduis fortunæ indulgentiam re-
sarciens, propriam curationem interponebat. Iamq;
destitutas cura parentum virgines notis desponderat,
& opulentis viris, idq; non ante quàm in dotem suffe-
cisset omnia desponsis. Atq; vt exoriens solis iubar ra-
dios lucis vndique omnibus immittit, haud secus ille
vbi diluxerat egressus, ortu quasi cũ cœlesti face pro-
miscuo, coram adeuntibus integritatis & probitatis
suæ tædam lucebat, neque vllus accessit qui nihil in-
de quicquam adiutus abscesserit, aut spe decidit qui si
bi aliquid ab illo promiserat. Eius ita erat aduersum
omnes ingenium. At se adiungens ecclesiæ illucq; ani
mum vehementius attendens, quòd variis locis quo-
rundam inter se altercationes orirentur, non aliter atq;
præsidiis inuigilare iussus à deo, concilium eorum cõ-
uocabat, disputationiq; interesse minimè recusabat, vt
auctor pacis vniuersæ esse posset. Excusso planè satel-
litio & armatorum turba, vtique priuatus assidebat,
cùm vestitus dei timore, tum sociorum beneuolentia

Universidad de Deusto
Biblioteca



stipatus. Hic sententiæ meliori obsequentes, & consensum atque coitionem animorum meditatos exporrecta fronte, quòd omnium conspiratio fieret accipere: discordantes auersari, modestè ferre si qui aspere se gererent, & leni solùm alloquio castigare, ne partes inter se committerent admonere. Quorum partim ad hortationem reuersi discedebant, partim qui cogitationem sobriam resumere nulla medicina potuissent numini commendabat, nihil vnquam iniquius erga quenquam excogitans. Vnde profecto dissidii Lybici lues eo peruasit, vt temerè multa niterentur. Inuidentia nimirum dæmonis in tanta bonorum fœcunditate, quo facilius in eos animum regis accenderet, ad rerum insolentiam inuitabat: illi tamen sua cõsilia non euenêre. Nam ridenda non obseruanda esse dixit imperator, quia illa nequam istum concitasse intelligeret. etenim in sedato animo temeritatem illam inesse non posse, sed vel furente penitus, vel œstro genii mali percito. Quorum misereri quàm pro insania corripere aut esset satius, aut de eorũ malis humanissimùm indolere. Quo pacto Deum in omni actione præsidem vniuersi concilians, ãdhuc absque vulnere procurauerat eius ecclesias: sed nõ sine mercede istud. Nam barbaros omne genus ad imperium adduxit: trophæa vbique gentium de hostibus erexit, inimicis aduersariisq; formidolosum esse fecit. Et si ingenio diuerso fuit, id est placido, mansueto, ad benignitatem & humanitatem præter alios propensiore. Interea eorum alter qui se ante imperio abdicarant, obiit infami mortis genere, cùm ille vitæ imperatoris insidiari deprehensus esset. illius imagines & statuæ deiectæ, quicquid honoris causſa positum erat. Deinde propin qui alii ad idem scelus aggressi itidemq; deprehensi. Perdita enim consilia multorum, ostento numen explicabat nam istum dignauit sæpe alias spectaculo sui, visis inopinatè conuolantibus specie sacrosancta, & futuri præsensiones permultas afferentibus. Ac illa quidem gratia collata, neque comprehendere ora-



re oratione rerum miracula, neque satis effari possim. in quibus inclusus æuum deinde securè transigebat, conspiratione suorum gaudebat, vitaq; hunc in modum ab iis instituta. Pulchritudine verò templorum tenebatur in primis & ornatu, quo rerum statu totum regni decennium elapsum est. Tum festis publicè supplicationibus exolutis sacrificia absque ignibus & fumo, hoc est & precationes & vota Deo regi fundebantur. Illę suæ delitiæ, sed quum inaudisset de his qui ad Orientem afflictabantur, haud ita tulit æquo animo. Totam enim oram truculenta quidem ecclesiis atq; prouinciæ insidebat fera, nempe dæmon ille spurcissimus hoc agebat, vt quam rationem iniret vir bonus, contrariam sibi ipse assumeret: & quę duas in partes dissecta erat populi Rom. ditio, lucis ac tenebrarum similis esset, Orientem obtinente caligine, partem alteram die serenissima illuminante. quibus populis tam pingui congiario donatis cęlitus, inuidentia honesti semper aduersaria, theatrum hoc minimè omnium ferre poterat. Ita qui reliquam partem orbis terræ occupabat, antea regno tranquillo Constantini gener expectatus, isti impiorum institutum moresq; quàm optimi viri potiores, isti inquam prior illorum sententia, quorum exitum vitæ non ignorabat insequenda, quàm boni probiq; amicitia tentanda. Igitur bellum atrox nullaq; fœderis spe contra bene merentem inceptat, neq; habita ratione legum, neq; necessitudinis, nulla iurisiurandi, nulla pactæ fidei mentem agitante memoria. Clementissimus enim imperator innuens beneuolentiam nõ conflictam isti sorore desponsa, cognationis & auiti regum sanguinis in partem aduocabat: si quis esset cõtra sortitus, nihilominus imperii licẽtia permansura, Verũ longè diuersa istius ratio, pestem nefariã machinabatur, aliàs genere alio commi nandi reperto, vt cũ his beneficia cõpensaret. Officii primùm & amicitię specie nihil nõ enitebatur, modò si latere confideret, quæ etsi tenebris immersa erant ilico fiebant autore Deo manifestaria. pergebat ille

tamen ad sequẽtes prioribus interceptis insidiis,nunc dextram tendens,nunc se obstringens sacramẽto,mox iisdem abrogatis, deinde precariò per legatos se redimens,iisdemq; rursus vsus mendaciorum offuciis tandem bellum indixit, & spe desperatissima aciem educere Deum contrà regi,vt probè nouerat obseruatum intendebat. Initio qui apud illum Dei ministri nulla in re vnquam deliquerant, de his quæstione decreta curiosè caussam venabatur & maleficia. Cùm neque ita proficeret,neq; reperisset quamobrem queri posset, legẽ promulgauit.ea vetabat episcopos inter se quicquam agere promiscuè, vel ad vicinam ecclesiam venire. Concilia tollebat,ac si quid publicè conduceret, hac de re omnem consyderationem auferebat.Id profectò erat prætextum aucupari insurgendi in nos:etenim aut egressos legem oportebat plecti,aut obsequẽtes ecclesiæ infringere fundamenta. Qui enim illa magni momenti consilia nisi conuentu cõstitui queant? Hoc osor numinum alterius ab illo rationis qui cultum hunc instituit,edicebat , cogit enim hic honoris caussa collegia sacerdotum ad concordiamq; adducit: ille dissipari, & omnem honesti sensum dissoluere inuentis aggreditur. & quum in regiam admitteret id genus homines amicus Deo,repellebat ille exosus diuersa sententia.Firmissimos atque sibi maxime benevolos exturbabat in exiliũ,qui aliqua dignitate isthic erant,quia viriliter aliquid obiissent:aliis inseruire,famulari,denicq; seruiliter omnia præscribebat. Ereptis bonis & in lucro positis, mortem iam minitari audebat,quisquis nomẽ salutare profiteretur. Eiusdem animus affectibus incitatus,nequaquam coërcitus,adulteria infinita, totidem fœditates obscœnas,decoro vitili longùm valere iusso , naturæ turpem de se notam inurens perpetrabat. Ergo alteram legem tulit,viros ad preces adesse cum mulieribus inhibens: illas ad ludum ventitare vel esse sacrorum interpretes iis episcopos, fœminas sibi fœminæ haberent illarum rerum magistras. Quibus apud omnes irrisis hoc aliud ad demo-



demolitionem ecclesiæ reperit, extra portas inquiens lustrata regione conuenticula populi de more fieri debere: nam longe puriorem auram inibi quàm in sacellis vrbanis esse. Cui quum pareret nemo prætorianos milites exauthorari iussit, nisi dæmonibus immolarent.sic vbique hac virorum eiusmodi dignitate militaris ordo caruit , imò ipse legis autor optimi cuiusq; votis sese priuauit. Quid? dicendúmne illud est quòd carcere defatigatos ne cibo quidem refici ac recreari voluit? fame confectos in vinculis misereri vetuit. Bonum & probum esse neminem,aut commiserationem natura ingenitam nulli indulsit.lex illa mediusfidius & impudentissima & omnium maxime exlex, omnem transiliens naturam , quæ pari pœna damnabat ad misericordiam delapsos , ad eandem illam expectaturos qui non totam excussissent humanitatem & clementiam. Hæ Licinnii tabulæ. Quid autem attinet nouum ius nubendi recensere? quid ea quæ sunt ab isto de instituto vniuerso vitæ confundendo innouata? quibus certè ordine positas olim Romanis leges circumscribere & expungere aggressus , barbarum agrestemq; morem inuexit animaduerso contra suos perfugio. Inde agrorum dimensiones vt censerentur auctius,etiam contractissimi, ac inexplebilem exigendi ardorem alere liceret. inde relationes agrorum in commentarios , vbi iampridem possessores mortem occubuissent , infami compendio. Nam neque sordibus modus,neque cupiditati satietas accedebat,vt cum auro argentoq; omnia oppilasset,etiam de mendicitate quereretur, animumq; tanquã sorte Tantali affligeret.Sed quæ quantaq; de innocentibus vindicta,quæ bonorum proscriptiones, quæ deportationes patriciorum & nobilium : quorum vxores illibatas scelesto cuiq; mancipio per iniuriã substernebat: quibus ipse licet senio excoctus matronis virginibusque se polluerit:hæc ideo protrahenda non sunt, quia qui postremis animum infigat prima nugas esse putet. Hãc finem facit insania,hominẽ armauit aduersus epi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



scopos ad eos q̃ potissimum deduxit, vt hostiles & aduersarios, vt q̃isq̃ regi erat amicior notior q̃. ex quo ille nobis insanè fuit offensior quum non illorum meminisset, qui quouis ex loco Christianos exterminassent, non eorum (qua modo impietate dixi) quos vltricibus pœnis examinarat, nõ ipsius antesignani malorum quem viderat oculis ad fustuariũ diuinitus arripi. Postquam enim hic obsidionem ecclesiæ auspicatus sanguine virorum bonorum animam conspurcauit, sacra vindicta miserum indidem ex ipso oriunda ad animi sedes vsq̃ exercuit. Ecce enim repẽtinus abscessus medium pudendorum locum occupat: inde vastè fistulosum vlcus & serpens morbi vis insanabilis: è visceribus intimis vermiculatio quanta dici nequit spirans pestiferum virus scaturire. Moles enim nimia educatione carniosa, succulentus adeps in hoc genus facile commeabat. itaq̃ putris aditũ intolerabilem horribilem q̃ spectaculo faciebat. Illius ægritudo inuetterauerat quum ad se tandẽ rediit, ea cogitans quæ olim cœperat in ecclesias, tum ingenuè delicta cõfiteri: cõpescere contra Christianos iracundiam: templa reficere, legibus, edictis, ad ea festinare: sua causa preces ex more funderent adhortari. Impegit ad hanc dicã principeps ecclesiæ persequendæ, quæ noster hic expertus probè suisq̃ oculis edoctus, obliuione omnia disperdiderat, neq̃ reminiscens multæ prioris atque secundi vindictæ, qui suum auctorem superare nisus illo in genere suam artem suppliciorum inueniendorũ ostentabat. Non ignes illi satis aut ferrum, non pangendi claui, non feræ, non abyssi maris. Adhæc castigationẽ inauditã afferens, oculos effodere constituerat. Hinc luxata virorũ adolescentũ mulierum corpora, dexter oculus extinctus chalybe ignito, mutili poplites, ipsi demũ immorituri metallis. Quocirca de isto nõ est in lõgã diem iudiciũ extractum. nã vana dæmonũ spe inflatus, quos esse deos arbitrabatur, ac copiis infinitis, aciem explicauit. Tum destitutus à numine regiũ ornatũ malè sane aptũ deposuit: aõ vecordissimo multitudini



dini immissus illaq̃ se tutatus, deinde seruili habitu per agros palatus existimabat latère posse: sed prouidentiæ per omnia pertingentis oculos minimè fugit. Vbi enim securè vitam traducere confidit, ictus igne de cœlo iacuit pronus. Illa plaga, diuina profectò, corpus exesum est, nulla pristini vultus specie, siccis ossibus idolorum instar, impensè attenuatorum emaciatorum q̃ reliquis. Cum q̃ vires intendisset plaga, statim exerti atq̃ loco pulsi oculi cæcum hominẽ dimiserũt: æquissimo suffragio dantẽ pœnas à se repertas in eos qui Deo testimonium dicebant. inerat tamen adhuc in eo quidam vitæ spiritus, & quanquam serò, coram confessus est Christo, suam q̃ numinis expugnãdi voluntatem publicauit. Palinodia contexenda similis alterius fuit: legibus & institutis suum errorem in deorum professione scripto resoluit, Christum vnicum deum testatus experientia dignouisse. Quam rem edoctus ipso sensu Licinnius, haud acceptam ab aliis, iisdem adhærebat, tanquam turbulenta nocte mentem obuoluens.

# EVSEBII DE VITA CONSTANTINI IMPERATORIS,

## LIBER SECVNDVS.



Hic ille in gurgitem impietatis præceps abiit, ac stragem cladẽq̃ similium hominum intuitus, æmulabatur: tamen illam maleuolentiam suo magno malo, Christianos huc illuc agens extorres. Sopitum ignem dudum, longè quidem excitauit acrius, & asperiore quàm ante flamma exarsit nefas. Sanè tanquam immanis fera aut sinuosus anguis in se contra-

contractus, iracundia tumens, gigantumq; minis inflatus, nondum aperto Marte ecclesiam tentabat, quod à Constantino metueret. Verum occulto flagitii veneno singillatim imminebat episcopis. ex his qui gentilem præfecturam adepti erant interficiebantur ab isto laudatissimi, noua cædis inauditaq; cuiquam mortalium ratione. Quibus ad Amaseam vrbem Ponti confectis, nihil aut crudelius aut atrocius esse potuit, vbi iam secundùm ab obsidione prima, partim adæquabantur solo templa, partim præfecti ipsi locorum cõcludebant, ne quicquam de more conueheretur, atque cessaret legitimus ille Dei cultus. Nam huius quicquid fieret, causa sua fieri minime existimabat: praui enim conscientia adductus, ita iusserat. Constantini causam interuenire semper, & nos illi numen propitiare non diffidebat. Cui palpum obtrudere qui norant adulatores, sciti rem exploratè gratissimam impuro isti peragentes, approbatos ecclesiæ præsides obtruncabant. Damnabantur indicta causa velut sceleste sicariisq; nulli vnquam hominum iniurii: nonnulli minutim laniato & discisso corpore deperibant, postque tam immane exitium, horrore tragico longè maius, esca piscium futuri detrudebantur in mare. Quamobrem vt paulò ante religiosi homines exularunt. Iis agri, solitudines, opportuna exilio loca. Tyranno, cùm non parum ista processissent, ad instauranadam fugam bonorum animum adiecit, obtinebatq; sententia cùm iam nihil obstaret, quin ad rem aggrederetur, nisi præuertisset euentum, qui suos oppido tutari solet: atq; noctem caliginosam illam longè terras opacantem, illuminasset vt lampade prægrandi suo imperatore, quem prehensum manu isthuc appulerat. Ille haud ferenda ratus quæ audiebat, rationem colligit: securitatem cum ingenita benignitate cõiungens, iniurias oppressorum persequi destinat, vnum amoliri pro conseruatione generis sanctum ac pium iudicans. agentem enim humaniter hominisq; indigni miserentem nihil consequi: hunc studio iniquita-

tis



tis defungi nunquam, crescere rabiem in subditos, prorsus eos desperare de salute. Horum enim cùm venit in mentem magnopere dextram intendere extremè exercitis instructa militia cogitabat. phalanx equestris, atq; pedestres copiæ conuenerant, illa, vt dixi, expectandi meliora de Deo nota præeunte. Votorum autem nuncupationem tum sibi maximũ operæpretium intelligens, adesse sacerdotes ac secum esse festinabat, atque securissimum animi præsidium. Ergo alter, vsus tyrannide propugnatrice, cùm audiret haud aliter quàm præsentia numinis vincere, hostesq; fundere antesignano palo, deridiculum putabat esse, verbis simul ipsum eleuans & irridens. Vates asciuerat, & circulatores Ægyptios deorum opinione sua sacrificos, et prophetas. subinde quorum ea erat prouincia demulsos hostiis Deos, interrogabat de belli euentu. Illi verò rebus integris victorem fore, bellumq; in manibus eius esse concordissimè dicere. Prælongi centones, oraculorum quæ tum fuere aliqua autoritate vbiuis loci: fortunatè omnia volatum auium portendere aruspices: iden extispices, salientes fibras admonere. quo pollicitationum fuco factus audacior promouebat castra, ac iam aciem dirigebat. Enimuerò orsurus bellum selectos ex amicis ac satellitibus aliquos in lucũ quendam sibi religiosum conuocauit. Nemus erat irriguum & egregiè opacum. In eo signa deorum lapidaria sculptura variè dispositeq; collocata: ibi litato de more cereis incensis, ita illos affatus esse dicitur: Isti sunt ô socii & amici, nobis patrii dii, quos à maioribus in hoc acceptos annorum longa serie colimus. hostis autem violato ritu patrio sensum habet diis alienum, peregrinum nescio quem vndeuis amplexatus, impostura signoq; tanti dei turpissimo exercitum commaculat: quod illi animos in nos non facit, sed quos armis assumptis offendit, deos. Cuius in sententia error inerit designator hic dies illius atque nostrarum partium diis, edocebit. aut enim si vincemus adiutores proculdubio, meritoq; salutares deos istos exhibebit

habebit: aut si ille multos vicerit numero quidem adhuc potiores, is quicunq; est, & vndelibet nemini dubium esto quem par sit obseruare deum: dedere se victori præmiumq; illi tradere, & peregrinus aut irrisus vsque licèt fuerit, si plus poterit & cognoscendus & venerandus nobis est, iis diu valere iussis quibus cereos ne quicquam incendimus. si victoria (de quo non ambigitur) steterit á nobis, ibimus in impios postquam vicerimus hoc loco. Hæc ille ferè disseruit. Nobis autem qui historiam deposcimur, imperti uerunt intelligentiam eorum non ita multo post qui intererant ipsi cùm dicerentur, secundum quæ signum dedit conserendi manus. Interea verò dum isthuc geritur, ostentum quàm dici possit omnino sublimius aiunt esse visum circa tyranni ciuitates. Nam armatorum Constantini varias turmas victoria velut potitas obire vrbes, cùm nullus vsquam reuera videri posset, ipsa nimirum imagine ostenti diuiniore quodam ingenio futura præmonstrante. Vt ventum ad manus est, & bellum fœdifragus inchoauit, isthic ope numinis implorata, similisq; argumenti tessera data, primum hostium aciem fregit. Instaurata quoque pugna superior, plusquam opima spolia retulit cruce præeunte testudinem. Ex quo insequuta hæc sunt, fuga diuersæ partis effusa, vrgens á tergo auctor exercitus. Is sicubi laborabat, intellecta re, trophæum idem admouebat, atque præsentissimum aliquod remedium. Itaque redire vires, iterúmque subsiste re diuinius. Quocirca suis hastatis cum robore corporis, tum animi virtute & religione obseruantia præclaris, instare soli ministerio crucis indixerat. Erant illi minimum quinquaginta quibus id oneris incumbebat, vti frequentes orbe facto stiparent, ac vicissim humeris comportarent. Hæc Imperator longo interuallo postquam erant acta per otium explicabat his qui sibi id negotii sumpserant. Hoc addebat insuper commemoratione dignum, contigisse aiebat conflictu medio, cùm turba confertè exercitus ac fragore



teneretur, qui gestabat in humeris insigne, detractans præ ignauia certamen vt alteri traderet euadendi spe. Cumq; alter accepisset, hic tutelam reliquisset, excussum telum eius vtero exceptum vitam ocyus abstulisse: perfidiq; dantem pœnas & animi pusilli, decubuisse confectum: illum sibi vitam conseruasse, missilibus appetitum frustra quæ sublica figebantur signifero intacto, quod admirabiliter inter alia multa factum esse: breuissimo pali cuiusdam orbiculo sagittas omnes quasi collineatas constitisse. sed erat ab interitu tutus quisquis vnquam munus illud inibat. Cuius ergo auctor non sum: at ille ipse Imperator vt plurima alia, nostris auribus infudit. Hic edita aliquanta hostium strage promouit ordines, quem impetum primipili non ferentes, proiectis armis se ad pedes Imperatoris prouoluerunt. Ille de conseruatione hominum exultans, omnes recepit saluos fore. Alii peruicacius explorata fortuna conflictui dabant se, vocibus amicis incassum appellati, agnita deinde pertinacia regiis immissis dedere terga, partimq; vt assolet in fuga cæsi, partim ruentes á suis confossi sunt. Idcirco Imperator iste orbium se præsidio non dissimulans, vanos delectus auxiliorum exercitusq;, vanam Deorum expectationem expertus, fugere inhonestè non dubitauit. euasit certè, tutoque loco fuit insequi prohibente rege quem salutem consequi volebat. etenim putauit intelligentem vbi loci fortunæ suæ forent, insanam audaciam cum sobrii hominis mente commutaturum aliquando. Atque ille quidem homo perhumanus ac malorum tolerans, isti non merenti veniam nihil inuidens. Atqui scelus minimè compescuit, auxit etiam animumq; ad maiora appulit, præstigiatoribus operam dedit, ex qua peste denuò reuocauit audaciam, vt quod de vetere tyranno vsu tritum est, in eum consimiliter iactare non incongruè posses: Durauit deus cor ipsius. iis distringens sese præcipitem dedit de saxo internecionis. Rex alterius apparatus esse rem opinatus interim

seruа-

seruatoris nomine agebat ferias. Tabernaculum cru-
cis in recessu positum erat, illic frugaliter & sanctè de-
gebat Deoq; supplicabat, quo modo illum accepi-
mus prophetem ex fide scripti sacrosancti extra castra
tentoriũ habuisse. Aderãt religionis obseruatione atq;
fidei probati apud illum admodũ pauci. Hoc illi cõsue
tum erat vbi alia acie cum hoste dimicandũ foret. Fu-
it ille præ securitate lentus, & qui nihil absq; consilio
numinis ageret, capto in eam rem tempore supplicati-
onibus indulgeret, ac denicq; aliqua Dei fretus imagi-
ne recederet. Exinde tanquam diuinitus afflatus con
tubernio relicto omnem moram tollere, copias educe
re, ipso momento gladios distringere iubebat. Hic
tum collecta multitudine legionarii ingressi campum
cædere lasciuiter vsque dum victoria accepta puncto
temporis trophęum ponerent. sic se Imperator & dele
ctus omnes ad militiã pridem cõparauerat. Huius ocu
li mentis in vultu numinis semper habitabant, ad ali-
quid agendum eò diuertebant, omnia illius consilia.
Ne multi interirent diligenter ab eo prudenterq; caue
batur. Tam enim inimici quàm salutem sui exercitus
auebat, et suos vti victis parcerẽt hortabatur. Æquum
esse natos homines conditionis haud disparis memi-
nisse. Quorum videbat animos incontinenter vti vi-
ctoria, frenabat auro. Nempe constituerat auri pen-
sum cui se hostis viuus dedidisset: atq; ita escam gene
ris cõtinendi seruandiq; prudẽter inuenerat, quæ cùm
sæpe aliàs & horũ similia permulta non grauatè face-
ret, tum verò nulla contubernii cum quoquam neces-
situdine antequã prælium cõmitteretur votis operam
nauabat: omni animi mollitudine alienus atq; corpo-
ris, ærũna, ieiuniis macerabat sese, hac via sibi numen
adiũgebat id acturus quodcũq; propitius opitulatorq;
Deus in mentẽ immisisset. Verum ille cõmunẽ vigi-
lemq; curam induerat, æquè suorũ causa & aduersario-
rum anxiè preces fundens. postquã autẽ iste modò fu-
gax ad dissimulantiam reuersus, & fœdus icere legẽ-
que sibi dari deposcebat, & eas non nisi ad vitam vti-

liser



liter cuique accommodatas admisit Imperator. Hic
planè insistere placitis præ se ferebat addito sacrameñ
to: sed clàm tamen delectum habebat armatorum, ac
ad bellum denuo accingebatur. barbaros externaq; au
xilia accersebat, etiam ad deos fideliores adibat amba
ge longa viarum exquisitos, quia priores illi fefellis-
sent. Omnium erat oblitus quæ de diis ipse disserue-
rat. Debellatorem Constantini Deum aspernabatur,
ac recentes multo plures ridiculè inquirebat. attamẽ
iste aliquando perdidicit quàm arcana quàm cœlestis
insit in trophæo salutari vis, ex quo vincere nouerat
alter exercitus. Ergo admonuit suos non contra ten-
derent modò, sed nec inconsyderate dispicerent. ete-
nim robore ferox imprimisq; hostile atq; aduersariũ.
Idcirco cauendum esse illum conflictum: quibus im-
peratis dimicatum ibat in eum adeò qui istius necem
vsque antea distulerat atque reiecerat. Prodiere pro
deorum copia feroculi multa simul militum manu ex
anguia, vitæq; & sensus expertia simulachra depro-
mentes. Igitur homo pius, signum vitale certum mali
propugnaculum veluti terrorem opposuit multitudi-
ni immensę, tandiu modicè vsus, dum iura fœderis nõ
resolueret prior. Vt subsistere hostem armaq; commo
uere sensit, ægrè tulit, & sublata voce totam ocyus
aciem diuersæ partis inclinauit, deq; dæmonibus &
hostibus abiit victor: osorem numinis & asseclas re-
cepto belli iure meritis suppliciis addixit. Ita cum ty-
ranno deducti multatiq; tumultus nefarii suasores.
Alii, modò sublimes expectatione vanissima, vnum
ipsi Deum agnouerunt. Hic deleta impietate lumen
Solis expiatũ, imperiumq; pop. Rom. Oriente ad par-
tem alteram adducto coaluit. Vna potestas, atq; vno
quasi capite bene digestum corpus emersit. Religio-
nis splendor in caligine & vmbra mortis sedentibus
luculentos afferre dies, nulla esse malorum memoria,
omnes Imperatorem laudare Deum vnum seruato-
remq; vnum confiteri. Ille verò Dei præclarus obser-
uator atq; gentium victor (hoc enim cognomentum

ex re proprium asciuerat, data vbicunq; sibi diuinitus in hostem victoria) recepit Orientem: vnumq; iam more prisco ad se transtulit imperium. Fuit tam diuinæ potestatis explicandæ omnibus princeps, quam vitæ hominum in maiestate imperii gubernator. Terrorem illum excussit vrgentis antea calamitatis, vniuersos vti serena fronte & oculo hilari dudum solíciti mœstitia respicerēt inter se. Qui carmine & choro Deum in primis, tum ipsum deinde ac filium, Cæsares appellatos, effusè dilaudabant. Impietatis & antiquæ miseriæ obliuio, fruitio præsentium bonorum, atque futurorum expectatio. Publicabantur vt ante apud nos aliosq; orbis terræ incolas humanitatis à rege atque officii plenæ tabulæ, sanctissimæ leges omnia genera bonorum pollicentes, vtilia ad vitam permittentes plebeculæ. Ecclesiæ autem excipientes vicissim alia cauentesq;, primum reuocati sunt ii qui ne simulachra reuererentur à præfectis expulsi aliò commigrauerant. Qui eadem de causa translati erant ad curias muneribus soluti sunt. Deinde sua recuperabant alii quibus adempta bona fuerant: ac qui tolerant ipso iudicii tempore illustrati cœlitus se gessérant, & ad metalla confecturi se descenderant, aut fuerant deportati in insulas, aut seruire publice coacti, to to illo genere liberi recedebant. Postremo qui religionem obstinate defendentes exauthorati erant, ab hac contumelia vindicati concessione regia vtro frui mallent optio illis fuit, vel receptis focis eâ qua prius dignitate esse, vel expedito vitæ quietoq; modo contentos nulla munerum offensione permanere: sed illi etiam noxa & nexu liberi qui muliebres operas ignominiosè præstiterāt atq; ancillati erant ad ludibrium iudicato. Rescriptum ad eos potissimū attinebat qui similes iniurias erant perpessi: at de illorū bonis plenè interdictum fuit lege, sanctorū enim Deum professorum in morte bona adire genere proximos, si nulli essent ecclesiæ deferri cauebatur. quæ publice ex ærario venerāt vel largitione profusa, quicquid itē esset reli-



liqui, redire ad priores dominos. Magna certe copia donorum ecclesiis, sed quæ eorū multitudine vinceretur, quæ populis & nationibus magnifico animo dispertiebat. Ideo nostri homines rem votiuam prius arbitrati, quæ fiebant in portione altera imperii illorum similia frui posse, beatosq; tot beneficiis onustos, percipientes ipsi, fœlicium esse numero volebant videri. Inaudita virtute prorsus atq; luci Solis incognita prius Imperatorem esse persuasi erant: quorum, vt ea mens extiterit, at omnibus tamen ad partes suas facto adductis, edisserebat hususce fœlicitatis adeo, veríque boni principem illum laureæ auctorē, se verò minime testatū expetebat. Hoc ipsum differebat in scriptis, tum Græco, tum Romano ore diplomatis vbiq; gentium dimissis. Quod orationis robur tum intelligas, si videre contingat. Duo illa sunt: alterum ad ecclesias, ad populos vt vrbibus erant dissiti alterum. Quod vt hic adscribam, videtur ad hoc institutū meā opiniōe maxime pertinere, quo posteritati descriptio remaneat ex historia, & nostris inde accedat fides. Est autem de illa ipsa lege regia descriptum, quæ seruabatur apud nos obsignata ad rei fidem Imperatoria manu. Vict. Const. Max. Aug. prouincialibus Palæstinæ. Olim atq; dudum præstantia bene rectéq; de potiore sentientium omnē scrupulum inhibebat. Eo verò dissidet obseruatio exacta Christianę pietatis ab infestis iis hominibus, quibus ipsa despicatissima est. Nunc illud dilucidius rebusq; amplioribus cōsummatis ostendam, & quæ quanta q; Dei virtus agnitū: legem enim sanctam fide colentibus & nihil prætergressis abunde oia suppetūt, robur in adeundis periculis bonorū spe firmissimū sensum cōtra impiū habētes, similis instituti euentus insequetur. Nā q boni aliquid adeptus, eius neq; principatū aliquē agnoscit, nec quē colere oportet in aīo habet, his quę dicimus afferet fidē. Quisquis igitur superiora quæq; dimanarūt ad nos tēpora aīo versabit, resq; gestas mēte intuebitur, reperiet ex æquo et bono ad aliquid agendū aggressos id fauste perduxis-

Universidad de Deusto
Biblioteca



se ad finem,ac quasi demollicula et delicata radice fructum dulcissimum collegisse. Quorum autem iniustitiæ comes, audacia nullum cogitatum hominis præ se ferre,relegare,deiicere de gradu,proscribere, iugulare,nullius vnquam duci pœnitentia,nec aciem animi conuertere ad præstabiliora fecit,æqua vicissim fuisse consequutos.quæ nō ab re euenire censendum est. Nam qui meditatum ius afferunt ad actiones rerum, quorum semper est in oculis potentis metus,illi seruata fide quod impendet aut formidinis aut periculi nō habent expectatione futuri prius atque potius:non si necessitatem temporis adesse intelligant, quia maiorem expectāt & gloriam & dignitatem. Non tulerūt ægrè fortunæ iniurias, imò quo nomē celebratius est, incidêre in casus eo grauiores difficiliores{que}. A quibus est contempta iustitia, illi melioris in notitiam non venere:qui fidei pleni persequerentur id intemperanter eos ad opprobriū castigarunt.Haud se propter iudicata & causſam puniendi miseros,aut eos esse fœlices qui religionē in tanto discrimine retinerent,æstimarunt:quorum toti exercitus cecidêre,plurimi fugêre,nullum absque summa clade prælium.Inde orta bella,prædæ,pernicies, inde necessariorum mendicitas, ingruentium malorū congeries: inde impietatis vniuersæ principatus in quo aut passi extrema sunt, aut inhonestam vitam agentes,illam morte grauiorē sensêre.Ita ferè cum pœna compensarunt iniurias. Tantum enim miseriarum quisque pertulit, quantum ad legem subuertendam insania promouerat: ac non graues modò vitæ casus, sed timor etiam angebat horribilis sub terra carnificinæ. Cum tanti ponderis impietas homines circunstaret, periculum{que} esset ne veluti pestilente morbo omnia laberentur,& iam industriam summam requirerent,quam numen aut alleuationem aut liberationem vacuitatem{que} omnis molestiæ attulit? Porrò illud esse numen cogitandum modò quod vnum est, & vigens ad omnem temporum æternitatem pertinet. Atqui fatui est ex quo beneficentiæ confessio sit expressa, illum dicere velle sublimius. Meam enim operam ad sua consilia requisiuit,atque idoneam iudicauit.Omnem primum formidinem dissipauit,à mari adeò quod Britanniam alluit (hāc se necessario quodam ordine mergit Sol) admirabili potestate adorsus, vt edoctos homines intercessore me alliceret ad obseruationem legis sanctissimæ: ac quum præiret potens, inclyta ipsa fides augeretur. Ingratus enim esse non possum gratia accepta muneris. Quam ego liberalitatem vsque deputabo:Hac vicina Orienti loca adire mihi licet.Orta verò illa calamitate durissima illigata maiores,id est,nostras operas exposcebat. Planè quam animam esto spiro{que},& si quid intus est mentis, summo Deo deberi à nobis necessariè adducor: etsi non ignoro hominum officio minimè indigere illos qui spem cœlicam sibi constituerunt insequendam: ipsam munito diuinitus loco seorsum deponentes vtentes{que} eatenus honoribus, quatenus se vindicare possint à naturæ terrestris iniuria:difficultates attamen temporum ipsis iniectas inquisitiones{que}, quum neque tenerentur, neque argui possent absurdas, hinc longissimè arcere nostra interesse puto: nisi si ineptum non sit agnitam illorum tolerantiam atque constantiam animi fuisse, iis qui propter religionis cultum hosce alacriter agitabant,et acerrimè diuexabant,clientem altissimi,gloriam illorum & decus haud extulisse,vt esset omnino præstantius & optabilius. Omnes itaque,siue patrium solum verterant, quia diuinos honores & fidem cui se consecrauerant, ad asperrima iudicia deducti, suo quisque tempore minimè contempserant: siue ad ius respondendum censi erant illo numero qui nunquam fuerant aliàs, ii ad possessiones appellati, atque veterem consuetudinem, Deo liberatori gratiarum actionem danto. qui priuati suis & direptione fortunarum enecti ferè, vitam adhuc abiectissimam contemptissimam{que} traduxere, focis,familia, bonis denique recuperatis, beneficentia altissimi hilares fruun-

tor. Quotquot insulas inuiti habitant hac prouidentia nostra vti ius esto: vt impediti montibus & salebrosa via, mariq; circunfluo concluſi, in hunc diem, ab immani solitudine euadant, se restituant amicis assequuti diu optata. Qui sordidè tenuiterq; egere longum tempus, illi reditum quasi raptum habentes, omni solicitudine vacui sunto: nobiscum intrepidè quum nos Dei seruos & iactamus & credimus agunto. Atque vtinam temerè aut audire aut credere nihil accidat alienos errores emendanti mihi. Qui damnati iudicio metallici summa ærumna vt essent, aut suas operas publicè locare necesse habebant, commutata cum ioculari otio miseria, expeditam eorumq; quibus licēt omnia vitam adepti, defuncti operum fastidiis: aut qui liberum os & gradum amisère, tanquam longa peregrinatione dignitatem interceptam resumentes animo læto, in patriam cursum acceleranto, se de virtute militari olim elati, nunc insolentia iudiciorum deiecti de loco, quòd illis fuit assertione religionis & assensione posterior, iis aut militiæ nomine lætioribus, eodem esse ordine, aut secundū honorariam missionem in nullius esse potestate liberum esto. Consequens enim est, illā patientia atq; animi magnitudine qui fuerit, qui tot pericula adierit, deinceps eligat otio ne an dignitate frui malit. Quibus autem nobilitas erepta per vim & inusta iudicii nota huiusmodi est, vt in conclaue mulierarum vel linariam tabernam protrusi, miserandum ac deprecandum laborem sustinerent, aut ærario inseruirent, neque istam genus iniuriam compescere potuisset, illi quo erant prius gradu honoris accepta dignitate sese liberè oblectēt. Qui ciuis hanc de se desperanter iniuerit rationem vti seruiret abiecta libertate, seq; pro libero mancipium repentè fecerit, ex edicto nostro pristinam ingenuitatem assumens adito ad parentes, pulsis seruitii legibus, etsi sponte susceptis, munera liberorum obito. Neque verò exhibendum illud est, qua

quisq;



quisq; de caussa fortunis euersus est. Nam siue gloriosum certamen ingressi animo imperterrito dum sibi immortalem spem facerent, ea in confessione bonis spoliati sunt, siue fide nunquam prodita istis sectoribus, ignotas sedes habitarunt, suaq; reliquerunt: siue qui minimè capitis arcessebantur: eandem tamen fecere iacturam bonorum, hæreditatem necessarii adeunto. Legibus autem est prouisum quī propiores internosci possint, ad quos attineat sors, iisq; intestato vocātur. suum itaque ius retinento, si defuerint neque vllus sit hæres, eorum dico, vel qui testimonium dixere Christo, vel professi illum sunt, vel quauis eò pertinente de caussa pulsi loco, aliò commigrarunt: Huiusce loci ecclesia ex asse substituitor, quā rem ego nō spero grauem fore vita functis. Nam pro qua tot ærūnas adiere, non possunt hæredi non omnia bene velle. sed hoc insuper esse oportet explicatum, vt si quid ab his legatum erit, illi sit integrum petere in quem collatum est. atque ne quid errationis inesse possit in edicto, iusq; vt sit peruium omnibus, intelligant omnes, seu fundum domiciliumve seu hortos aut quamuis aliam rem illorum teneāt, sibi perutile honestúmque esse reddituris ocyus vniuersa depacisci. tametsi enim iure nullo plurima multi habeant, arbitramur ea meritò non esse repetenda. Illi dignoscentes quot, vnde ve congesserint, ad nos adeant & delictis indulgeri postulent, quo prior auaritia animaduersione frangatur, & Deus animæ pœnitentis id esse iudicans, mitior sit in erratis. Sunt enim fortasse qui in eas possessiones inuaserunt, vt se tueantur allaturi (quod haud scio veréne dicendū est istos ita possidere) nam haud se quenquam tum abstinere potuisse, tam vario casuum difficillimorum theatro. Cùm hasta opes tantas innocentium disperderet atque disiiceret, nullaq; esset proscribendi & exterminandi satietas. Hi si perstabunt nósque de suo iure instruendo morabuntur, non inultum ferent posteà. Cùm præsertim istam Deo Optimo Maximo nauemus operam.

Idcirco quæ necessitas exitiosa coëgit vt adirentur, illa modò retinere minimè tutum est, & curamus alioqui rationibus, & exemplis auaritiam omnino immi nuendam esse. Nam si quid ex his ærarium habebit, non obtinebit vti possideat, atque contra ista dicere non audens quæ iniuria tenuit interuallo, iure concedet ecclesiis. Ita quod ad ecclesiam pertinere constitit, hortorum, domiciliorum, fundorum, & aliarum facultatum integra republica & legibus ea edicimus cõdicēda. Veruntamē ipsa loca decora martyrũ corporibus, & præstabilis ab hac vita secessionis monumenta ecquis ecclesiarum esse ambigat? Ecquis auctoritate sua secus iubeat? vbi neque donum melius neq; acceptior labor & ad vitam conducibilior, quàm hortatore spiritu isthuc omnem diligentiam studiumq; conferre, & quæ iniqua ratione ademerũt scelestissimi homines, exhibita denuò ecclesia conseruari? Quoniam autem id esse puto perfectæ rationis, vt neque de his taceam, qui ex ærario quicquam licitatione redemerunt, aut ne quicquam donatum abstulerunt insatiabili desiderio, velim intelligant, etsi huiuscemodi rerum auctione benignitatem nostram ab se alienauerint, quod esse tamen poterit, hàc minimè destitutum iri, sed hæc hactenus. Enimuero quia luculentis apertisq; signis altissimi vis innotuit, eoq; quod egit mea caussa adhortando, subinde atq; adiuuando, (Nam tem porum difficultatem prementem vndique genus humanum, quocunq; sol intuetur, excussam esse constat) singuli vident ac collato capite vniuersi, quænam illa est potestas, quæ seminarium sceleris aboleuit atque perdidit, bonorum omnium reducem lætitiam omnes in terras largissimè diffundit, & legem iterum diuinã maxima obseruatione & reuerentia excoli facit. Qui se deuouent ad ea colenda quæ decet, iis omnia licêre. Verùm illi tanquam de tenebris obscuris attollentes caput, & scriptorum notitiam assumentes, cætera vita reuerenter obseruantia cultuq; deum prosequentur. Regium rescriptum ad nos primùm dimissum, ista sic digesse



digesserat, ac mox ex lege apud omnes fieri omnia tyrannidis atrocitati & audaciæ modo deletę contraria. Munere regio illi frui de quibus erat in lege sancitũ. Digressus autem inde imperator arduas res incœptabat. Primùm singulos duces in prouincias dimittebat, illosq; plurimum, fidei nostræ deuotos. si qui Græciæ æmuli essent, iis erat inhibitum litare. Quæ lex in alios etiam priores honorum gradus, ipsamq; adeò licentiam præfecturæ trahebatur: aut enim Christiani appellatione præstare oportebat, aut quibus aliter videretur, abstinere ab simulachrorum cultu. Duæ posteà emissæ leges non ita dissimili argumento: Interdicens altera, consuetis inde iam ex more antiquissimo ritibus exosæ statuarum adorationis. Hoc cùm in agro, tum in vrbibus, vt neque signa magisterium artis erigere fas esset, aut oraculis, & qd est in superstitiosa sedulitate reliquum, operam nauare, neque penitus immolare, litarève. Altera tollere altius addicta precationi delubra & sacella, longitudinem producere, diducere latera, quasi futurum esset, penè vt omnes homines insana illa de multitudine deorum opinione dirupta diruta q;, modò necessitudinem cum Deo contraherent. Nam ista esse mente, cæterisq; locorum principibus vti essent perscribere, ad hoc verò compulit imperatorem animi integritas erga numen. In lege id erat quo nulla pecuniarum erogandarum parcimonia subesset, de regio thesauro sarta tecta locarentur. Sed ipsis ecclesiarum præsidibus horum similia rescribebat, quæ primùm ad nos data ab eo sunt in hunc modum, VICT. CONST. MAX. AVG. EVSEBIO. Adhuc mi chariſſime frater, impuro consilio & tyrannidæ huc illuc actis ad ministris dei, speraui, imò planè sum adductus, vt crederem ecclesiarum molitiones, aut incuria dilapsas, aut incumbente iniustitiæ metu minus egregiè factas. Modo reddita libertate, deq; nostra republica dracone illo deiecto prouidentia quidem altissimi, me verò totius rei ministro, quantum inesset roboris in numine puto neminem

Universidad de Deusto
Biblioteca



esse qui non senserit. Lapsos inconstantia aut formidine quod verè est intelligentes, rectam vitæ rationem confido ingressuros. Tu igitur quibus ecclesiis præses, aut episcopos alios, & presbyteros, & diaconos vbi præpositos nosti, vt in id incumbant sedulò velim commonefacias: incœpta procurent, alia corrigant atq; adaugeant. Sicubi ex vsu sit, noua facienda locent. petes ipse & alii per te quæ oporteant à ducibus & prætorio. Quibus vt tibi subseruiant in his quæ pro tua probitate & sanctitate dixeris, est rescriptum. Te mi frater conseruet deus.

Eadem omnibus omnium ecclesiarum præfectis in prouincia, singuli duces hoc ipsum agere iubebantur. Itaq; excreuit opus ilicò. Imperator verò acrius disciplinam diuinam exigebat, & in prouincias vbiq; disseminabat, ad eam respiciens errationem in imaginū cultu positam, iis qui rerum summam antea tenuerant. Subtilius insuper hortari subditos Deum agnoscerēt, & Christum quem seruatorem palàm inscribi volebat. Id rescriptum (scripsit autem ipse manu sua) de Romana lingua sumere est necesse, vt illum ipsum videamur exaudire proclamantem in hæc verba:

VICT. CONST. MAX. AVG. INCOLIS ORIENTIS.

Quæcunque summis atque præcipuis legibus sunt à natura comprehensa, sensum quendam non obscurum præbere mihi videntur ordinis institutiq; diuini. neque verò dubitant ii quorum mens ingressa intelligendi viam ad illum finem perducitur. Etenim vehemens animi defecati consyderatio, atque ipsius speciei idonea comprehensio, synceræ virtutis impulsu ad ipsius numinis intelligentiam rapit. Idcirco studia contraria multorum existimator doctus & intelligens haud committet, si videat, vt se conturbent. Esset enim virtutis splendor incognitus, nisi extulisset peruersam vitam desperatâmque prauitas. Itaque extat corona proposita virtuti, iudicii autem arbiter altissimus: sed ego quàm fieri poterit apertissimè enitar explicare de me quid expectem, & quam in manibus habeā spem.

Qui



Qui me præcessere Imperatores, sorte cecidere propter immanitatem naturæ suæ, cùm meus pater omnia benignè gereret, vnusq; Deum cum summa religione, quam rem cumque niteretur, appellaret. Illi certè quorum ægrotus animus feritatem quam clementiam præoptauit & educauit, hisce temporibus ad rationem veri euertendam abusus: denique ad robustioris sceleris vim ita perrexit, vt altam pacem diuinis humanisq; rebus agentibus, ad ciuile bellum inflammaret. Illi verò dixere Apollinem de quodam antro vel opaco penetrali, minimè per hominem, respondisse, quominus verax esset in causa esse æquitate summa viros in terris. Proinde falsa vaticinari Tripodas. Eadem capillo passo afflatu percita sacerdos: & lamentabatur hominum mala. Hoc quorsum euasit, inspicere oportet. Te supreme Deus appello, qui puer admodum hæc inaudiui, Nam è Romanis Imperatoribus qui tum primas habuit, omnium homo proculdubio miserrimus animoq; errore inuoluto scitabatur ab hastatis, illudq; curiosius, quinam in terris boni probiq; essent, cùm vnus in sacrificiulis nimirum inquit Christiani. Qua responsione mellis instar auidè vorata, gladios iniquitatum vindices ad reprehensione vacantem innocentiam traduxit. Hic tum protulit edicta quæ ad sicam aspicere diceres cruentam multa cede, simul ad tormenta procliuem iudiciorum naturam intendere, virésque inueniendis exercere commonuit. videre tum videre sanè licuit ista lasciuia crudelitatis, atque licentia quas in dies iniurias & contumelias ipsi authoritati pietatis attulerit. Hic quem nemo vnquam læsit aduersarius, iratæ ciui um temulentiæ continentia patuit. Quæ flamma, quæ quæstiones, quæ species equulei citra discrimen ætatis non erat infesta corporibus? His certè illachrymata est terra, ingemuit vniuersa complectens orbis sanguine inquinatus. Ipsa dies obuoluit se rei nouæ luctu. verùm quid ista cōmemoro? Quæ est Barbarorum gloria, qui nostros illo tempore fugitiuos, et recep-

tos

ptos & mancipatos humaniter non conseruarunt modò, sed & seueritatem morum vt tuto esse posset, effecerunt. Hanc notam Romana gens æternam obtinebit, quam pulsi imperio Romano Christiani atq; Barbarorum transfugæ illi inusserunt. Et quid in mentem mihi venit illius fletus & luctus orbis terræ? sunt illi sceleris authores vita defuncti turpiter, atq; ad Acherontẽ abiére daturi pœnas sempiternas. Etenim cùm ciuili dissensione commisti genus nomenq; perdidere. Neq; verò sic euenisset, nisi prædictiones illæ nefariæ Pythii fecissent impostură. Tuam opem optime maxime nunc imploro, vt clemens & mansuetus sis ecclesiæ orientis: vt tuis prouincialibus diuturna calamitate exercitis per me curationem adhibeas. Equidem, ô sancte domine, nihil huius ab re postulo. Nam ego duce & interprete negotium tractaui absoluiq; salutiferum, vbiq; sigillo tuo protectus, eram prætor laureati exercitus: & si me respublica vocauerit ex vsu suo, eandem viam insistens consilii tui ducam ad hostes. Propterea animum tibi meum amore & metu purissimè temperatum consecraui, nomen enim tuum vnicè amo & diligo, potentiam tuam veneror à te mihi sæpe stabilimen fidei meæ demonstratam. Itaq; festino, ipse meos humeros substerno, qui sanctissimã ædem tuam instaurem, quam profligauit impurissimorum hominum importunum scelus. Bene sedatum populum tuum pace frui cupio, quantum orbis terræ atque hominum generis interest. Æquali otio lætentur hi qui aberrant & fideles, hoc enim vinculum coniunctionis deducere in viam potest. ne quis offendito quenquam, vt cuiq; lubitum erit ita facito: sed persuasos esse oportet qui sapiunt, solos illibatam vitam acturos eos, qui vti in lege tua sancta conquiescant, appellantur: qui se substraxerint, isti mendacii lucos habeant, domum veritatis illam tuam luculentam inhabitamus. Hanc tu nobis à natura dilargitus es, hoc ipsum precamur nomine istorum, vt amicitię communis atq; concordiæ suauitatẽ persentiscant. Nam quod ad



ad nos attinet, rerum nouarum nihil est: id modò curabo faciendum ex quo omnia composita & digesta esse mihi constat. Homines quidem porrò acti multifariam deerrarunt. Tu ne malum serperet longius illuxisti per filium tuum, & memoriam tui refricasti. Hoc tuæ res faciunt vt credam, de tua potentia fideles & innocentes sumus. Sol & luna sui cursus habent orbitam cõstitutam, neq; vagantur astra reuolutione acta. Redeunt omnino temporum vicissitudines, sermone tuo stabilita terra consistit. Ex temporis enata necessitate flatus excitantur, aquæ decurrunt, & vasta mole fluctuant. Mare limitibus haud refixis astringitur. Quicquid terris extat, & Oceano, cuiusdam ergo mirifici compendii factum & inuentum est. iudicio illa tuo si non fierent, tanta rerum discrepantia atq; licentiæ discretio, res vitamq; hominum iamdiu peruertissent. Cùm enim ab iis fuisset inter se concursum, homines multò expugnassent iniquius: vtique re non intellecta sic agunt. Tibi gratias habeo omnium potentissime & maximè singulares. Etenim quantum studiorum diuersitate humanitas agnoscitur, eò consistunt magis in his qui virtutem veram amplexantur, & recta mente sunt diuini sermonis disciplinæ. Qui se curari vetuerit, id cum alio putare non debebit. Nam medendi ars omnibus exposita remedia pollicetur. Quisq; præstet hoc integrum modo quod euentum rei spondeat. Quocirca nos vtemur accepti boni sorte, hoc est ipsum pacis otium fruemur, nullius q; præuaricationis conscii erimus, nisi quam sibi rem quisq; peperit ac persuasit: eò ne lædito proximum quod ab alio animaduersum est. Illum dum licebit adiuuet, alioqui dimittat. certamen enim immortalitatis sponte ingredi, aliud est, atq; adiecto supplicio cogere. Hæc fortasse quàm pro mea probitate recitata prolixius. Atqui fidem veritatis abscondere nolui, præsertim cùm vt audio, nonnulli dicant esse deletam lucorum consuetudinem & potestatem caliginis exoleuisse. Cuius quidem author esse possem vniuersis, nisi gra-

uis

uis error & pullulasset, & explodendæ resurrectioni communi in animis aliquorũ insedisset. Talia Imperator instar eximii præconis, & optima laterũ vi in scriptis edicebat, offucias istas dæmonum inhibens, & ad pietatem illiciens. In quibus animum suum cùm oblectaret, ibi de quodam in ecclesia tumultu relatum est quo transtulit cogitationem vt succurreret. Istud autẽ sic habebat, inflata Dei gens erat, obq; res bene gestas venditabat sese. nullus alicunde terror ingruebat, vndiq; pax & otium Dei munere ecclesiam obtinebat. At inuidia collocarat insidias: intro iam irrepserat & colloquia sanctorũ obsidebat. Ipsi videlicet episcopi dum nugas vnusquisq; placito diuino prætexit (inuidentia tantum poterat) quasi aciem contendendo direxere: ac cùm de scintilla flamma subitò exarsisset, ab Alexandrinorũ ecclesia totum Ægyptum & Libyam, & ipsam vsq; Thebaidem remotissimam certè, prorupit. iamq; in prouincias vrbésque dispergebatur. Hîc non ecclesiæ tantum magistri concertare verbis, sed etiam in partes abire plebes, his illuc, istis huc inclinãtibus. ergo eò ventum est his ineptiis, vt in circulis impiorũ disciplinæ diuinæ authoritas irrideretur. Alexandrini de rebus maximè arduis strenuè disserebant. Isthæc autem Ægyptii quiq; Thebaidem habitabant, quia iam olim aliud imbiberant aspernari atq; ab his abhorrere. Vbiq; sic ecclesiæ discisæ labem inde vt ab affecto corpore Libya vniuersa traxerat, & reliquæ prouinciarum partes valetudinariæ. Nam ab Alexandria legatio frequens ad episcopos: hi ad factionem pellecti studia partium sequebantur. De quibus vt est allatum summo dolore principis hunc casum proprium arbitrati, protinus hominem de contubernio, probatum fide, frugiq; præter alios & prædicatione religionis illustrem, pacis arbitrum ad partes Alexandriam misit, adiecit epistolam maximè necessariam, ipsis nugarum principibus ex qua extaret de se omnino dignum memoria testimonium, suæ curæ aduersus ecclesiam: epistola sic habet,

VICT.



Alexandro & Arrhio. Rationem contigisse duplicem eorum quæ pro rei necessitate sustinui peragenda, testis ipse mei motus omnis & conatus adiutor Deus. Primum nationum omnium de religione sententiam in vnam velut habitudinem adducere. Tum orbem terræ tanquam ægrotum corpus curare. Quorum alterum animi oculo tacitus agitabam: militaribus alterum copiis enitebar. Istud enim perspexeram, immutatum iri ita facilè ad religionem adducta mente omnium reipub. necessitates, vbi Dei familiam fecissem vniuersam consentire, votorumq; pro me isto nomine nuncupationem expressissem. Sanè Africæ furor intolerabilis, & quorundam leuitas imprudens, ritum populi discidit audacissimè in sectas, atque effecit vt cùm ægritudinem illam vellem supprimere, nullaq; alius generis idonea curatio videretur, quàm sublato de terra communi hoste: cuius animus impurus in consessu vestro sanctissimo rei bonæ semper est interceptor: mitterem qui vestris hominibus abiuncto ac discordabili inter se ingenio auxiliares ad concordiam fierent. Posteaquam enim luminis vis, id est, sacrosancta lex, altissimi beneficentia quasi de sinu quodam Orientis est data atq; orbem terrarum sacræ instar lampadis illuminat, ego vos atq; salutis gentium principatum habituros oculis intentis inuestigabam, animoq; perquirebam. Igitur à victoria illa celebri & triumpho singulari de hostibus hoc scrutari primum intendi quod mihi visum est honore præcipuum. Sed (ô numen pulchritudinisq; istius prouidentia gubernatrix) quæ mihi res aurem, imò verò præcordia perculit. Ipsa vestra dissensio longe mihi tristior animaduerso illic rerum statu. Nam curandi regula seueriore indigetis, & ii tamen estis à quibus remedium aliis expectaui: tametsi totius initium rei & rationem cùm putassem, per mihi visa tenuis est atque indigna contentione tanta. Ideo compulsus ad scribendum vnanimi

mi solertiæ vestræ, me pacis interpretem & arbitrum honorarium meritò exposci. Quòd enim operam huc suam conferente Deo vel in dissidio maiore possem bene vertere tradita viris bonis prouincia, id cùm exiguum & leue est quod totum distinet, non explicabo dirigámue facilius? Hinc igitur audio primordium quæstionis extitisse. Nam cùm tu percõtareris Alexander vnumquemq; seniorũ de quodam loco in lege scripto, vel de vanissima quæstione potius sententiam rogares, tu quod omnino cogitandum non erat, aut perpetuo silentio damnandum si comprehendisses Arrhi, isthuc animum inconsyderatè induxisti. Quãmobrem quod erupisset ista vestra dissensio, conflatum concilium est & sancta plebes integri compage corporis absoluta discessit in partes vestras. Igitur vtrobique parata venia quam rem conseruus ex æquo & bono censebit esse, præcipiatis. Illud verò quale tandem est eiuscemodi nec initio quidem scisciatari, neque de his interrogatum respondere fas erat. Quæstiones enim istas nulla necessitate legis adductas, ab otio contentioneq; profectas, etsi pro consuetudine quadam atq; exercitatione fiant, tamen intra conceptum mentis includendæ & retinendæ sunt, neque statim vulgi auribus nullo consilio committendæ. Quotus enim quisque est qui rerum tantarum tamq; arduarum vim & facultatem intueri dilucidè aut dignè satis interpretari possit? Hoc vt vnus aliquis agat ac pertractet facilè, quantam vulgi particulam attrahet ad sese? vel quis exquisitam, hoc in genere differendi rationem lubrica præsertim atque præcipiti via consectetur? Ergo isto erit oratio cohibenda loco, ne vel imbecilla nostra natura, proposita re, cùm inde se nequeat explicare vel auditorum ingenium tardius quàm vt rei comprehensionem exactam ferat: vtrauis de causa malè cogitare populus aut diuidi discindiq; cogatur. Quapropter incauta percontatio & responsio improuisa veniam vicissim ne renuant: haud enim de principe quodam edicto legis occasio contentionis vestræ



stræ emersit, aut secta noui ritus ac religionis à vobis inducitur. vestra eadem vndique ratio est, vt ad communionis & societatis fidem descendere integrum sit. Nam vobis inter vos in re pertenui dissidentibus, immensum populum vestro consilio dispensari propter alienationem iniquum est, ac cùm non decet, tum nefas esse planè creditur. Atqui mihi placet exemplum vestræ prudentiæ suggerere. Philosophorum (cuius ignari non estis) vnum commune placitum est. & quanquam in effatis enunciatisq; discordant ac longè distant inter se facultate scientiæ, nihilominus vno placiti vinculo colligantur, & denuò conspirant. Hoc quando est ita, vos Dei magni famulos in tali vitæ instituto simili mente esse nõnne multò est æquius? Hanc rem diligentius expendamus & prudentius. An bene se res habet intercedere fratrem fratri? concilii reuerentiam dissidio impio secari per nos stultámque verborum pertinaciam? qui de minimè necessariis tenuibusq; rixamur. Ista vulgi potius sunt, atque puerili amentiæ quàm sacerdotum & prudentum naturæ aptiora. discedamus à tentatione dæmonii lubenter, magnus est Deus noster & seruator: ille lucem ad omnes communiter extendit. Eius numine, quod studium mihi capessere animus fuit, hoc per vos conficere maximè liceat: vt plebem alloquendo tum inseruiendo quædam, tum denique cohortando ad societatem concilii reducam. Nam postquam vt dixi fides vna nobis est atque hæresis nostræ cognitio: præceptúmque legis in id omnibus partibus incumbit vt in vnam animam vniuersum concludat: qua de re subtili nimis etiam nimium exarsistis, illud quia ad vim facultatémque totius minimè attinet, alieniore animo vt sitis inter vos facere non debet. quod ego non eo dico vt necesse vobis sit qualis qualis est illa quæstio depacisci quicquam in eam rem. Potest enim concilii maiestas asseruari vobis illibata, ac per omnia societas atque coniunctio custodiri, etsi aliqua ex parte leuissimè discordetis. neque enim

vna voluntas omnium in omnibus, neq; singulare ingenium consilia nostra dispensat. Itaq; de numine fides vna esto, vnica notitia, vnum de Deo placitum. quæ autem de minimis ad subtilissimam rationem inter vos expendere libuerit, hic si diuersa opinione eritis, intus sunt continenda atque arcanis obseranda. Vis amicitiæ in primis ac veritatis fides, ipsa legis obseruantia, ne fluctuetur apud vos. Redite precor in pristinam gratiam & complexum vterque pro se populo redite: vos, atque demum lustratis animis inter vos cognoscite. sit enim secundum inimicitias vt sit amicitia iucundior omni deposita simultate: mihi tranquillos dies & noctes curis absolutas adducite, quò sit aliqua lucis atque adeò reliquæ vitæ iucunditas. Ingemiscendum aliàs & profundendis lachrymis indulgendum: ac ne sine modestia quidem vitæ spes adeunda. Nam qui fiat vt animo bene firmo esse aut consistere mente queam? populo Dei meis conseruis inquam, tam praua tam exitiosa concertatione dissunctis? Inde verò mœroris mei summam accipite. Dudum cùm Nicomediæ essem, constitueram in Orientem ad vos. Equidem iam bonam partem eram vobiscum, quando festinantem me hoc nuntium de cursu meo reuocauit auertitque, ne oculi percipere cogerentur quod neque ad aures putassem admitti posse. Quare viam mihi sternite in Orientem concordia vestra quam obstruxistis importuna discordia: facite vt possitis & vos & plebes exultantes aspici, prôque sociali amore & fœdere gratias elegantes excelso Deo reddere. Sic homo pius ecclesiæ pacem hac epistola procurabat, cui non solùm fauens, sed vir ex animo dimittentis etiam probus, vtiq; est dictum, religiosus operam deuinxerat. at erat quàm vt quisquam possent literæ malum omnino robustius & iam decertantium rixa auctior, cùm scelestus impetus omnem prouinciam Orientis peruadebat. Hic inuidentiæ cuiusdam & maligni dæmonis in ecclesia labor.

EVSE-

# EVSEBII DE VITA CONSTANTINI IMPERATORIS,

## LIBER TERTIVS.

ITA genius ille peruersus osor recti, ecclesiæ fœlicitatem præ inuidia minimè ferens, procellam temporis atq; turbinem pacis, ciuilem tempestatē excitauit. Etsi non commisit ille Deo charissimus Imperator, vt eorum quæ pertinerent ad se non satageret: quin contra quàm ante paulò inceptasset inclementia duritasq; tyrannidis omnia moliens, nullo aduersario, nullo hoste abiret inferior. Nam qui longè abeRant ab eo qui solus est, vi & necessitate inductos adstringebant illorum deorum cultui qui nusquam sunt. Ille nullos esse penitus ostendens ad huius intelligentiam qui esset appellabat. Hi sermonibus exhorrendis de Christo cachinnum sustulisse non negant. Ille gloriabatur ea maximè cruce totúsque erat in tutela eius quam figebat impietas maledictis, familiam Christi diuexabant nulli vel lare vel focis relictis, in quos ille reduces conuehebat. infamauerant hi, viros ille singulares imitandosq; proponebat: bona publicabant & fortunas euertebant hominum proborum, ille congiario cumulata restitui curabat. Hi calumnia vsi sunt aduersum episcopos, at eorum ille virtutem admirabilem honoribus, ipsos adeò consultis & tabulis omnino splendidiores effecit. Hi solo adæquarunt omnia puluinaria, aras, ædiculas à culmine prostrauerunt. Ille in sublime tollere magnificè, locare nouas ex ærario suo mandabat. sacrosancta volumina flammis abolere illi, cùm multiplicabilem eorum seriem iste redimi de suo iuberet. Illi conuentū pontificum vsquam esse vetuerant. Iste omnium gentium episcopos ad sese conuocabat, interiore palatii domo frui & mensę

comites esse dignabatur. Illi venerabantur imagi-
num munere dæmonas, iste errorem nudabat & syl-
uam inutilem donariorum iis quibus esset ex vsu per-
petuo dispertiebat. illi domicilia deorum ambitio-
sius excolebant, iste ea potissimũ destruebat quæ pre-
tii quantiuis esse superstitiosis arbitrabatur. flagitioso
cruciatu dei familiam perdebant. Hos ipse maleficos
quantum pro numinis lenitate coërcebat, huic marty-
rum memoria recolenda nihil antiquius. Illi pium
genus hominũ palatiis abigebãt, hic eò præsidẽs erat,
ex sententia benevolos & amicos fore intelligens. Hi
sordibus obnoxii, morbo Tantalico animum subege-
rant: expansis ille magnificè & regiè thesauris omnia
largiter abundeq; diuidebat. confectæ cædes ab iis in-
finitæ, aspiciebantq; ad hastam solùm & proscriptio-
nem cum Imperatore Constantino iudiciorum ensis
vsque pependerit intactus. Etenim in sua quęque mu-
nicipia distributæ nationes paterna magis necessitu-
dine quàm necessaria iuris regula tractabantur. ad
quæ respciens aliquis haud immeritò dixisset iniri no
uellam vitam sibi videri luce inopinata illuminante
caliginem, tamen opus agnoscere deificum: confertis
impiis ex æquo Imperatorem vnum immissum. Nam
postquam neque visa neque tradita ex hominum me-
moria in ecclesiam ausi sunt, exempla noua inauditaq;
per ipsum Deus edidit vt par erat, atque miraculum
virtutis Imperatoriæ nuperum nouitiumq; dici pote-
rat, apud omnes Christum dei censebat in primis. Id li
berè nec appellatione salutifera occulta. Namq; lepidè
scitęq; de se in eam rem dicẽs, in vultu modò impresse
rat insignem illam notam. Modò se oblectabat illo tro
phæo: sed in tabula quoque editiore loco in vestibu-
lo palatii posita prostituit omnium oculis incumbens
(vt in pictura licuit) capiti suo salutare: feram au-
tem hostilem & ecclesiæ Christi opera tyrannidis op
pugnatricem, specie draconis in præcipitium delaben
tis. Ipsum enim flexu multiplicabili vel anguem
vel draconem oracula nostra dictitant. Id est, quam-
obrem



obrem infra pedes missili traiectum atque in profun-
dum ruentem pictatio cerato prodiderat, innuens quã
uis occultè, nostri generis aduersarium occidione occi
disse, cum vi trophæi suprà collocati ad caput in præ-
cipitem internecionem iret. sensus hic erat in imagine
atque florido colore latens. Me sanè tanti acuminis
admiratio incessit, quàm deliniabat ea spiritu sugge-
rente quæ de fera vates ipsi proclamarunt: nempe ad-
moturum deum gladium magnum & horribilem dra
coni, hoc est serpenti fugitiuo, disperditurumq; de ma
ri draconem. Hanc imitationem veri pictorum vm-
bris in imagine depromebat, hocq; cum summa ani-
mi voluptate agebat. Illum verò oppidò commouit
ecclesiæ Alexandrinorum, Thebaidis, Ægyptiq; pesti
fera turbatio malignitati quidem & inuidię perfecta.
Nam in episcopos episcopi, plebes in plebem ibat in
vrbibus: ac parum abfuit quin & coirent & contun-
derent sese. quidam mente capti & desperati conari
nefanda, regias imagines moliri audere. Quæ nõ tam
impulerunt ad iracundiam quàm dolorem imperato
ri quem de seuera illa insania dementiaq; cœperat, ex
ulcerarunt. Hunc morbus alius prælongus difficilisq;
præuerterat de feriis paschæ antiqua discordia: partim
aiebant insequendam consuetudinem Iudæorum: par-
tim non esse committendum vt hora nõ obseruaretur
exactè illorum errore, qui euãgelii gratia alieni essent.
Proinde longo iam tempore nusquam idem sentiente
populo, magna confusione diuini ritus, istam peruer-
sionem temporum maximos afferre motus his qui fe-
stum solennemq; diem agerent: aliis cùm se ieiunio &
labore macerant, alii, laxantibus ad otia & se remissi-
oni tradentibus. Ex quo factum est vt adæquato di-
uortio malum esset insanabile. soli verò nihil non fa-
cile potenti Deo paratum ad ea subsidium erat vno
in terris beneficentiæ ministro Constantino. Qui cùm
de his allatum est & se cognouit infecta re nequicquã
rescripsisse. colligens animum nisi debellato cum ho-
ste quamuis obscuro totam ecclesiam perturbãte, qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca



escendum negauit. Inde quasi agmine quadrato diuinitus ad eum ducturus agere conuentum orbis terræ, frequentiam episcoporum honorariis literis comparare atque eniti. Neque verò simplex erat iussum, adiuncta regia voluntate & nutu. Hos enim publicè dimitti fecerat, illos instratorum iumentorum multitudine adiuuerat. Vrbs isti concilio designata non incongruè, Bythinorum gentis vna, de nomine victoriæ Nicea appellata. quo igitur loci primum conuolarat mandatum, omnes vt à carceribus alacres accelerare cursum. Nam trahebat siue boni spes, siue communio pacis, & rei nouæ illius domini vultus. Vbi conuentum est, ilicò diuinum opus aspici: siquidem non solùm animis at etiam locis & regionibus abiuncti quantum populi remoti inter se distant, illuc coiuere. Hic vna ciuitate quasi corona immensa sacerdotum varie conserta floribus habebatur. Ergo tota Europa Libyes & Asia quibus ecclesiis refertæ erant earum in vnum locum viri primarii, hoc est ipsæ ministerii Dei primitiæ venerant. Tum edicula precaria quodam veluti numine capacior, admittere & Syros, & Cylices, & Phœnices, & Arabes, & Palæstinos, Ægyptios insuper, & Thebanos, & Afros & à fluminum diuortiis interiecta patria profectos. Persa aderat episcopus & Scytachoreæ non deerat: electos emisere Galatia, Paphylia, Cappadocia, Phrygia, Pontus & Asia. Verùm isthuc etiam venere obuiam Thraces, Achei, Macædones, Epirotæ, atq; multò iis siti remotius. Spano ille percelebris vnus erat isto loco confessor. Attamen senio impeditus episcopus Imperatoriæ ciuitatis adesse non potuit, sed illius ordinem presbyteri suppleuere. Talem post homines natos vno concordiæ nodo alligauit vnicam corollam seruatori Christo, quam singulare monumentum gratiæ de victis hostibus & exemplum apostolici chori seculo nostro posuit: sic enim accepimus, horum tempore coisse religiosos ex omni gente homines, in quibus Parthi Medi & Elamitæ, quiq; Mesopotamiã, Iudæ-



Iudæam, Cappadociã, Pontum, Asiam, Phrygiamq;, & Pamphyliam incolerent, Ægyptum etiam & Libyæ partes ad Cyrenen. Huc peregrè profecti aderant, quum Romani tum aduenæ Cretenses & Arabes. Isthuc modo non aderat, tantus ex ministerio Dei conuentus vt appellari posset. Hoc in cœtu fuere episcopi supra ducentos quinquaginta: quos qui sectabantur presbyteri, diaconi, & vniuersi ordinis assectlæ, si ad alios adiungas, vix numero comprehendes. Ibi qui diuinum munus obiere, doctrina alii disciplinisq; præstabant, alii modestia, abstinenterq; & itolerante acta vita. Horum medii nonnulli, quidam ætate venerabiles, iuuentute vegetaq; mente præstabiles alii, & in ordinem ascripti nuper alii, quibus ab imperatore commeatus largè omnibus suppetebat. Quum dies affuit ad concilium præscripta, in qua rescindenda erat opinionum ambiguitas, in ædem palatii medioximam cum magnitudine, tum positione subsellio tum ad vtrumque latus atque ordine multiplici ornatiorem, aduocati conuenerãt, ac suo quisque loco consederant. Postquam aptè sessum est, taciti omnes ingressum regium expectare opeririq;. Venit intro primùm vnus atque alter ex regiis tum deinde alius. Etiam præiere nõnulli non armati vel hastati, sed amici præcipui & fidelissimi imperatoris. dato subinde signo assurgentibus vniuersis, vt aliquis à Deo nuntius ibat meditullio spatii, fulgore muricis ardentissimoq; lumine collucens: auro præterea, gemmisq; præclucidis illustris, vt è corporis ornatu: sed animam religio & dei timor exornabat, vt ex oculis tellure commoratis, rubore in vultu, & ipso ingressu vnusquisq; poterat æstimare. Idem species, ac cum nemine conferenda proceritas astantium duntaxat, idem pulchritudo oris, idem membrorum decor, idem robur inexpugnabile prædicabat: quæ cum morum modestia & facilitate coniuncta, nobilius ingenium quàm dici possit, afferebant. Vt verò constitit ad initium primi ordinis, sella quadam ex auro modica parata, non

prius in ea sedit, quàm annuissent episcopi. Quod secundum imperatorem ab omnibus est factum. Itaque primas habens dextri episcoporum ordinis surrexit, regemq; modica oratione alloquens ad extremum singulares hymno gratias egit omnipotenti Deo, qui quamprimùm sedit, in eodem silentio tenuere omnes in regem oculos. Ille demum aspectu lepido serenoq; dispiciens, coacta intus ad se mente, sic est leni & benigna voce exorsus: Mihi quidem id postremum votum erat amici, vestro choro aliquando vti frui liceret. Hoc quum sum assequutus vniuersitatis huiusce regi gratiam illam fateor debere, qui mihi rem præstitit omni expectatione meliorem. Vos, inquam, vno loco eandemq; sententiam omnium videre. Iabem igitur inuidia dignitati vestræ minimè afferat, neque deleta funditus impietate atq; tyrannide præsidio numinis, conspergat opprobrio legem diuinam genius improbus. Mihi ita videtur: omni pugna grauiorem & acerbiorem, tanquã ciuilem in ecclesia dissensionem, prorsusq; tristiora hæc esse, quàm quæ foris eueniunt. Itaq; superatis aduersariis ope cœlesti hoc reliqui mihi faciebam, gratiam Deo referrem, quorumq; eius caussa vindex extitissem, hisce demum gratularer. Cùm de vestro dissidio præter spem audiui primùm. Quod ego nuntium alteri secundum non feci. Verùm istam prouinciam curationis hercle precariam deposcens, ocyus accersiui cunctos: qui me cetus valde refecit & recreat. Tum autem mihi vita contigerit ex voto si videbo consensum atque conuenientiam animorum: vnum pacis & concordiæ omnia dirigentẽ consentum. Vos huius esse laudatores oportuit, qui conseerati Deo estis. Rem igitur amici ne protrahite, causam discordiæ inde iã tollere occipite quomodo ministros altissimi oportet, nodum paci noxiũ resoluite. Quod à Deo constitutum est hac vnaratione institeritis, & mihi gratum præcipuè feceritis. His Latine dictis vsus est interprete, suamq; rationem cõcilii præfectis explicauit. Quo initio partim accusare proximos, partim



partim querelis admistis sese purgare. Hæc vtrobique primùm dicta quanuis obliquè magnaq; totius negotii obscuratione, tamen benignè patienterq; audiuit, & intentionem singulorum pedetentim accepit. Atque vices alternans ab his quum modo staret, nunc contrà faueret illis, adduxit paulatim contentè altercantes. Nam alloquens vnumquenq; Græcè (cuius eloquii non erat expers) atque modicè, suauis ille quidem & dulcis est habitus: hos persuasos, exoratos alios, alios q; laudatos, omnes impellens ad concordiam. Vsquedum vna mente & sententia, de quibus ante controuersum erat vti conspirarent, vti fides vnica minimè discors, vti vnum tempus apud omnes esset in paschate peruicit. Consultum ad authoritatem & vim vniuscuiusque manu subinde obsignatum est: hisq; transactis alteram victoriam de hoste ecclesiæ reportare dicens, ea caussa solennem diem atque triumphalem egit. Tum se regni vicesimus ille annus absoluto cursu retulerat ad idem caput. Hoc temporis & populi frequentia, & nundino celebre fuit. Episcopis imperator ipse conuiuator & compotor: ac si per eos dignum Deo sacrificium persolueret. Episcopus aberat à conuiuio regio nemo. Cuius illud explicari satis nulla oratione potest. Armatorum corona ense nudo in vestibulo regiæ stationem habebat, inter quos ingredi securè domum vsque interiorem poterant. Ibi discumbere nonnulli, quidam se ad quietem componere: profectò basilicæ Christi species aliqua atque somnium, quòd plurimum à re abesset, apparebat. Ac postquam in conuiuio cuncta magnificè, omnes amplexatus imperator ad priorem magnificentiam hoc adiunxit, vt ordine suo quemque munere donaret hospitali. Qui non aderant, huius senatus vt meminisse possent effecit epistola, quam isto rerum commentario quasi cyppo descriptam apponemus.

CONST. AVG. ECCLESIIS.

Ex facili reipublicæ nostræ cursu, quanta benignitas insit in diuino potentatu perdidici. Idcirco pu-

cauí mihi ante omnia id enitendum esse, vt in eccle-
sia fides vna fœlicissimi populi, syncera charitas &
religio aduersus authorem omnium Deum nusquam
discrepans obseruetur. Hoc quia nisi titubanter &
incertè si non omnes aut plurimi simul episcopi coís-
sent, essetq; de his diiudicatum, quæ ad sanctissimum
ritum spectant, esse nullo modo poterat: eam ob
rem ego tanquam de vobis aliquis vbi frequentissi-
mi conuenére, affui. Nec enim inficias eo, quæ res est
mihi multo iucundissima, vester esse conseruus. Ita-
que de omnibus est quæsitum sedulò, donec eluxit il-
lud vniuersorum consensione quod inspectanti nu-
mini probatum est, vt ambigui vel illius generis
quod dissidium inuehat, reliquum nihil sit. Hic cùm
esset agitatum de festo die Paschatis in eam senten-
tiam itum est, omnes vbique gentium hoc nomine
celebrem habere diem vnum eundemq;, bene esse.
Quid enim pulchrius aut grauius accidere nobis pos-
sit, quàm aperta ratione & vno ordine constanter ob-
seruare illum diem, ex quo immortalitatis expecta-
tio tradita? Primùm istud indignum visum est, has-
ce ferias ex consuetudine Iudæorum agere, qui ma-
nus suas impurissimo scelere polluerunt, & animo cæ
co pro merito oberrant: quum præsertim liceat ab-
iecta gente ista rectius, quem primum diem ex tor-
mento crucis adhuc obseruauimus, ad eandem ratio-
nem in futurum omne tempus exporrigere. Postea
nihil nobis cum inimicissima Iudæorũ natione com-
mune sit, à Seruatore nostro alteram viam accepi-
mus. Et sunt ritui sancto decentia & legitima cur-
ricula, ad quæ aggressi istam conscientiam turpitu-
dinis ablaqueabimus, ô fratres. Est enim profectò
absonum istos ita iactare, nos doctrina sua præter-
missa seruare isthuc non posse. Quid autem isti de-
mum recti videre queant, qui trucidato hero, flagi-
tioso parricidio admisso, lymphati, non ratione, ve-
rùm impetu potius incitati, quocunque perduxe-
rit in-



rit innata rabies, hàc sequuntur? Vnde veritatem eti-
am hac in parte non vident, atque errore inemendato
eodem anno alterum pascha celebrant. Ergo sequa-
mur isto morbo animi aberrantes illos? Qua precor
isthuc gratia? Nam vno vertente anno bis esse non
feremus. Et, si ne hoc quidem propositum esset, huc
animo diligentia, studio, voto denique semper incum
bere debebatis: integritatem vestram cum moribus
improbissimorum hominum nullo commercio con-
iunctam videri. Præterea consyderare hoc oportet,
vt in tanta re atque die festo singulari, quicquam in-
teruenire diuortii nefas esse. Nam ferias vnas huiusce
nostræ libertatis & tormenti sacrosancti ipse ille tra-
didit assertor, ac vnam collectam minimeq; dissitam
ecclesiam suam voluit. Eius partes quanquam locis
abiunctæ sunt, vno spiritu quod est cœleste numen,
nihilominus incalescit. Hoc verò pro vestra pruden
tia cogitate quàm graue, quàm minimè decens est, ali-
os indulgere conuiuiorum delitiis, alios id otii dies
eosdem ieiuniis addicere: secundũ pascha, festæ alios
remissioni sese dedere, cùm aliis esurjales ex constitu-
to feriæ sint agendæ. Quare voluit hoc emendari pro-
uidentia, & ad vnum exemplum reuocari: quam rem
à nemine existimo ignoratam. Istudq; ita corrigẽdum
est, vt cum parricidis hericq; interfectoribus, omnino
nulla cõmunio societatis esse debeat. Est autẽ elgeans
institutio quã ad Occidentem, Meridiem & Aquilo-
nẽ, quibusdam etiam locis ad Orientẽ in ecclesia esse
constat. Propterea ad summam pertinere omnes ar-
bitrati sunt, egóque nihil horum mihi displicere spo-
pondi, quo ista libentius acciperentur à vobis, quæ
Romana vrbs, Africa, Italia vniuersa, Ægyptus, His-
pania, Gallia, Britannia, Libya, tota Græcia, Pontus,
Asia, Cilicia, iudicio vno, vna conspiratione retinent.
Ea loca non modò ecclesiarum multitudine superare,
verùm etiam eandem communemq; voluntatem ani-
morum esse velle, rem sanctam existimare debetis.
Hoc profectò videtur recta ratio postulare, atque

nullum

nullum cum perfidia Iudæorum coniunctionis vinculum habere, vt semel dictum sit, ita omnibus est visum, sacrum diem paschatis eundem esse, neque enim oportet illam sanctitatem aliqua discrepantia infici. Qui sententiæ astipulari satius est. Hæc cùm ita se habent, hánccе gratiam & cœleste mandatum recipite æquis animis. Nam episcoporum consessu venerabili, quo quidq; consilio fit, omne acceptum numini refertur. Ideo fratribus, vt acta sint hæc exponere, nostramq; diei sacro sanctæ rationem atque obseruationem admittere debetis, vt cùm venerim ad vos, & instituta vestra diu mihi desiderata viderim, vnum diē, hoc est hasce ferias celebrem vobiscum, ac isto genere vobiscum etiam censear. Illud enim intelligam, atrocitatem & acerbitatem diaboli, cœlesti potestate, mea quidem interueniente opera deletam, fidem vestram atq; concordiā apud omnes maximè vigere. Vos dilectissimi fratres conseruet Deus. Huius ponderis epistolas singulas dedit in vnamquamque prouinciam, vt tanquam in speculo syncritatem mentis inspicerent. Cùm autem erat iam concilium dimittendum, verba fecit ex cōposito ad episcopos vno omnes die appellatos. Hoc consilium eius fuit, vti pro se quisq; pacem enitérentur, controuersias ablegarent, atq; omnem vbi quis existimatione doctrinæ præstaret inuidentiam: in vnius virtute publicum bonum esse, modo insignes illi de se modicè sentirent: quiq; natura essent imbecilla, benignè cederent iis: quia quod absolutum, idem vbique rarissimum sit: vicissim veniam darent impingentibus ad minuta quædā & humana quæ sanè multa sunt, hunc cōcentum discordiæ expertem maximi pendentes. Nimirum vt cachinni occasio tolleretur ab his qui legem sanctam vexare maledictis vsque paratissimi sunt. Tametsi enim omnes saluos fieri maximè oporteat, (si nostræ rationis æmuli sint) consyderent, haud omnibus ex æquo fore disciplinis imbui. Quidam mensarum assectæ nihil amittere tempestiuum: prensare alii malunt, & honoribus obrepere: iungere dextras alii resalutareq;: lautiis alii delectantur, ac omnino pauci literarum amatores, amicq; veritatis. Idcirco medici instar, vt quidq; cuique accommodatum erit, hoc salutis causſa tribuere, quò planè doctrina salutaris inter omnes vbique floreat. Horum primùm admonuit, atque ita desiit loqui, supplicarent obnixè deo precesq; pro imperatore diligentissimè funderēt. Quibus digestis ad sua redire quemque permisit, omnesq; lætanti animo ad iter ingressi sunt. Cæterùm mens vna omnium ad concentum intenta coram Imperatore, tanquam singularem molem corporis homines adeò dissitos habebat. Exultans igitur optimè atque fœliciſſimè administrata re, literas ad eos dabat, qui senatui non interfuerant, vt ii fructum longè fœcundiſſimum legerent ipsi plebi ne exceptis quidem agricolis ampliſſimum & vberrimum congiarium diuidebat. Hoc ille modo vicesimum imperii vertentem annum excolebat. atqui pacificis vniuersis, inter Ægyptios illa contentio erat, in qua nihil æqui ineſſe posset, atque Imperatorem si non incenderet ad iram, tamen admodum perturbaret. Itaq; patres appellatos & altiſſimi prophetas, honore deniq; præcipuo semper habitos iterum aduocauit, toleranterq; vt antea interceſſit: ornauit etiam muneribus iterum: diarium per epistolam misit, atque placita senatus â se confirmata obsignauit. Postremo obsecrauit, vti cōsensionem tenerent, ecclesiam ne contruncarent extremiq; iudicii recordationem resumerent. Hæc omnia rescripto singulari. Sed infinita generis huiusce dedit alia plurimis epistolis, illa dispensans ordinansq; admonitis episcopis, ecclesiæ quæ commodare possent. Plebem etiamnum alloquebatur, esse fratres illos & conseruos ecclesiæ homines dictitabat, homo ipse beatissimus. Isthæc autem instituto peculiari persequenda aliās, ne quod agimus, hoc est historiam conuellāt. Aliud in hominum memoria multò maximum posthea exequutus est, hoc verò est eiusmodi, dominicæ resurrectionis eximium fœlicemq; illum locum, venerabilem

bilem omnibus, atque pretiosum in primis esse reddendum sibi duxit. Ædem porrò sacram moliri, haud impiè istud, at impulsus ab ipsius spiritu fertoris. Impurissimi quidam, aut omne dæmonum genus eorum vsu & opera potius id sibi negotii dederunt, insigne monimẽtum illud immortalitatis obliuione sempiterna, tenebrisq; obruerẽt: in quo, radiatus angelus, ille qui è summo cœlo venerat, lapidem reuoluit ab illorum mente qui duruerant in silicem, viuentemq; in mortuis adhuc esse crediderant. In quo, mulieribus ea retulit, pro quibus euangelia deberi fatendum est. Omnino lapidem amouit ab animis illarum, ex quo fide esse nulla cœperant ad honorem gloriamq; requisiti. Salutis antrum quidam impii scelestiq;, ex hominum memoria depellere parum erudito consilio, atq; obtegere veritatem decreuerant. Ibi multis ærumnis alicunde importata terra locum operiunt, altèq; attollunt. Exinde stratum lapide aggerem ita adornarunt, vt infra sideret ille specus atq; prorsus absorberetur. Hic quasi confecto negotio infame animarum sepulchrum extruxere supra, secessum vmbrarum tenebricosum salaci genio veneris addicentes, impuraq; sacrificia prophanis altaribus instaurantes. Haud enim aliter euenire posse, quàm si tam ominosa, tam spurca rituum lege specum illam salutis opprimerent. Nam miseri non intelligebant se aduersari naturæ, cùm putarent illum qui de morte lauream est reuinctus occultum sinere, id pertractatè à se confectum & administratum: vel ipsum terras illustrantem solem veterem viam ingressum generi vniuerso incognitum relinquere: præsertim cùm inde animos illuminet, atq; mundum repleat ardore & splendore diuina vis. Etsi impiorum illæ contra veritatem machinationes diutissimè permansere, nec imperator aut prætor vspiam idoneus habitus est, hoc excepto vno amantissimo dei regnatoris, afflatuq; tum incitato. Qui quem locum prædiximus insidiis & congerie hostili non passus est immergi, obliuioniq; & ignorationi tradi.

In tanta



In tanta quidem perditorum malitia nunquam præuaricatus est: at appellato & implorato numine lustrari locum iubet. Videlicet eius ratio ita erat. Id inquinatum perditè aduersaria manu sentire opem ipsius debere. simul ac imperatum, machinæ de summo prouolutæ coæquari solo, solui rumpiq; dæmonum imagines atque erroris ædes. Atqui præcipuus aut extremus ille minimè fuit labor. Mandat enim denuò imperator longissimè reliquias huiusce loci ligna, lapides amandari, quod est penè cum dicto consummatum, verùm neque illud satis. Nam solum inauguratum & altè defossum exportata, quasi dæmonum colluuie sorderet, humo curauit & ilico absoluit: hic cùm diuersum subinde pateret æquor effossa terra, præter spem ipsum extitit, excellẽs sanctumq; resurrectionis salutiferæ testimonium. cuius similem speciem accepisse antrum visum est, quòd tenebris immersum rursus in lucem prodiisset. Vbi qui spectatum adirent explicatè seriem miraculorum ostendebat, & omnino melius quàm vt vlla voce fiat resurrectionem seruatoris asseuerabat. Postmodum edicto pio, regio tamen sumptu ad antrum construi templum iubet, vt si futuri certus ad hoc agendum iamdiu animum appulisset. tum præfectis in Oriente mandat opus erogatione largissima cùm sublime diuitiis, tum magnitudine insigne. Episcopo tenenti Hierosolymis ecclesiæ gubernacula rescripsit, vt insequitur. In quo saluberrimam fidei rationem clarissima voce significat.

VICT. CONST. MAX. MACARIO.

Tanta est dei nostri benignitas, nulla vt verborũ officia præsente miraculo digna satis esse queãt. hoc enim admirationẽ oẽm stuporemq; præterit, indiciũ tormẽti sacratissimi tot annis humo sepultũ, vsq; dũ interfecto cõmuni hoste liberæ familiæ apparuit ignorari. Ac si, q̃ sunt in orbe terrarũ hoĩm opinione bene docti congredi velint: atq; pro re dignè prologq, suũ tutari locũ ne momẽto quidem poterũt. Nam oẽm mentẽ capacẽ humani cogitati admirabilitas huiusce rei, tãto superat,

Universidad de Deusto
Biblioteca



rat,quanto cœlestes ad consistendum humanis instru
ctiores sunt. Ob id ille primus & summus est scopus,
vt quantum in dies admiranda nouitate se veri fides
explicat,tanto animi nostri legis atq; temperantiæ stu
diosiores sint. Quam rem autem incognitam puto ne
mini,cupio vt quisque existimet ante omnia mihi cu
ræ esse locum augustum iussu diuino lustratum à me,
atque inani simulachrorum pondere exolutum,vti fa
ciam molimine ædificii illustriorem. Nam primum nu
mine sacer est, & exinuecta fide etiam nobilior. Ita
que oportet agere te solerter & necessaria prouidere
sigillatim,vt non basilicam digniorem modo omniũ,
verùm ita rem comparare quæ vrbium vniuersarum
totam eo in genere pulchritudinem superet. Ac de tol
lendo pariete venusteq; & affabre faciendo,Dracilia
nus ille noster qui prouinciarũ partes agit atq; isti pro
uinciæ præsidet,istam mihi recepit omnimodam cu
ram. Ego pro mea religione iussi quæ de te rescissent,
artifices inquam & operarios omniaq; ad ædificãdum
necessaria dimitti procurarent. de columnis ac marmo
re quæ præstare iudicabis etsi spectata à nobis sint per
scribas, Vt quæ quotq; opus sunt edocti per te, qui vti
dẽue perferri possint videamus. Basilicæ fornicem re
nidere lacunari aut alio opificii genere, tuum in ea re
iudicium requiro. si erit laquear eleganter inaurari po
terunt ipsa spatia. Tu quantum virtute tua potes illi
facito intelligant operis arbitri protinus, & quibus
operis & magistris,& quibus impensis opus est, sed
ad me videas vti non solum de marmore columnisve
sed etiam de laqueari si putabunt esse pulchrius affe
ratur. Te charissime frater cõseruet Deus. Id rescripsit
& statim in rem itum est. Ad testem salutis nostræ lo
cum designata noua Hierusalem veteri aduersa per
olim celebri,tum dominica cæde vastata latè in solitu
dinem extremam venerat & pro ciuiũ impietate pœ
nas dederat. Igitur eregione ducebat opus ingens atq;
magnificum,triumphumq; de morte prodigè colloca
bat. Est illa fortasse noua Hierusalem de qua permul
ta di-



ta diuinitus & dicuntur & cantãtur oratione bene lõ
ga in vaticiniis & responsis. Primum totius operis ca
put ille specus exornatus est,in quo angelus ominoso
splendore alteros à seruatore natales ostensos annun
tiabat. Ornatu vario & columnarum delectu censen
dum in primis illud exegerat animus ad gloriam exci
tatus. Inde ad locum transiit expositum fœlici aure la
xissimum,quem excellenti lapide instratum amplissi
ma porticu in triangulum posita comprehendit. an
tro aduersum latus (id aspiciebat ad ortum Solis) ha
bebat adiunctam ædem Imperatori consecratam, in
qua modici nihil immensitate altitudinũ latitudinũ
longitudinum. Intus incrustatum variè materia mar
moris opus,expositi foris ad vnguem lapides,illi qui
dem polituli atq; illam speciem præbentes vt ornatũ
marmoreum nemo quæreret. Extra ad contignationẽ
posita plumbi copia tempestatis hybernæ vindex.
Interiorem partem insignitam laquearibus & sculptu
ra,tanquam ingens pelagus expãsam toto domicilio,
complexu particularum inter se cõtinente distentam,
inauratam,resplendentem vndique perfecerat. Æqua
ta longitudini ædis vtrinq; bina vestibula,tectis çquè
auro distinctissimè asperfis: apposita cùm subterraneis
adeundis,tum inuisendis ædituoribus. Illa pro domo
columnas insistebant: intus assurgebãt adiecta pila spe
cie admirabili exornata. Portæ tres ad ortum multitu
dinem adeuntium capiebant. In conspectu harum co
rollarium operis ad vmbilicũ palatii,erat orbe dimi
diato,cincto duodecim columellis (hic est apostolorũ
Christi numerus) argenti fimbria in vertice honesta
tis. Id donarii perpulchri,deo suo faciendũ, locauerat.
Vnde progressis ad ædis introitum,spatium subdiale
excipiebat,tum pergula porticusq;,deinde portę atrii,
postremo forum ipsum latissimum. In quo vestibulũ
descriptè cõpositum foris inambulãtibus, interiorem
magnificentiam admirabilem ostendebat. Hoc igitur
ornatu sumptuq; regio constructit,expositũ dominicæ
resurrectionis exemplum; sed huc accessit aurearum

imaginum argentearumq; vis infinita. Adde gemmarum materiam quarum concinnè elaboratum decus ipsa mole multitudine & varietate, persequi stylo per otium non licet. Insuper alia duo loca spectabus singulis reuerenda studiosè diligenterq; auxit. Nam quo primùm loco visus & humanè genitus est CHRISTVS, honorem illi debitum tribuit. Vnde verò in cœlum est assumptus, huiusce collis aut tumuli recordationē celebrem fecit. Hæc autem omnia ad obtinendam matri suæ toto æuo memoriam quo de ea mentio superesset, egit. illa enim non pœnitendam operam in re tanta summo hominum bono porrexerat. Nam cùm illuc intendisset animum religiosi pectoris vsuram vt omnium regi penderet, atq; filium tanto nomine & liberos eius Augustos, id est, nepotes suos precariam gratiam refundere debere cogitaret. Anus acceleratione iuuenili, abiit Orientem lustratura populosq; inuisura, certè regia meditatione, vbi limine salutis adoraret, iuxta illam vaticinationem cōgenulabimus ad locum in quo stetere pedes eius: frugem religionis suæ posteritati reliquit. Ergo ad quem salutatum iuerat bina templa dedicauit, hoc ad natale antrū, illud ad montem ascensionis alterum. Nasci quidem subterraneo loco (Bethleem Hebræis appellatur) in rem nostram pertulit is qui nobiscum deus est. Quamobrem suspiciendo monimento partum deiparæ excultum regina illustrauit, atq; eum non ita multo pòst aulæis, statuis, aurea argenteaq; supellectile matris incitatum animū stimulans Imperator ipse decorauit. Illa iterum viam seruatoris in cœlum in oliuarum monte alia machinatione sublimauit. In vertice qua montis vniuersi fastigium est, ædem sacram posuit. Inibi verissima fama constat hominum redemptorem initiauisse conuiuas suos sacris sacratioribus in specu: cui neq; industria regia defuit adornando & venerando. Duo sacraria vberiori cultu perpetuā recordationē merita, Helena Augusta in antris mysticis extruxit intendente dextram, atq; licentiā filio Imperatore concedente; quæ argumē





tā religiosi animi esse possunt. Ex q̄ fructū legit haud ita multo post vetula. Scilicet illâ bonorū fœcunditate, vitæ curriculo vsq; extremū gradum senectutis exacto, frugem cū officio tum verbis eximiā diuini mādati efferens ac constante corporis animæq; sensu vacantem vitā mœstitia exoluens. Hunc exitum pietate dignissimū ad humanā illa fœlicitatem in vita adiunxit deus. Orientē enim Imperatoria celsitate licenter obibat. Ad quā vrbem cumq; appulerat, infinitam pecuniā confertæ multitudini atq; singillatim adeuntibus effundebat: eque ordini militari erogabat, ope destitutis oīno multa, hoībusq; nudissimis stipem & ad integendum corpus abundè suppetebat. Alios ergā accisos à vinculis metallisq; absoluebat, augebat fortunis; alios ab exilio reuocabat. In quibus officiis excelluit, & ea tamen quę religionis erant minimè neglexit. Itaré ad ecclesiam vidisses, ædiculas & sacella diuiti supellectile cōponere, ne tenuissimorū quidē oppidorū tēpla omittere: venerabili & frugali tamē habitu se cū cœtu hoīm sociare: quæ ad obseruationem cultumq; numinis attinerēt oīa studiosè & amāter exeq. Cæterū post æui lōgi cursum (tenuerat annos circiter octoginta) ad optabilliorē sortē accersita, cū ventū ad extremā lineā est vnigeno filio singulari orbis terræ moderatori nepotibusq; eius liberis Augustis vltimū iudiciū prefiniens, ad tabulas perrexit. Hisce quicquid vsquam possideret, assignauit atq; dispertiuit. Hoc pacto in re sua testata filio Imperatore præsente, qui astabat ipse & manum contingebat, ita discessit è vita, vt nō mori illi qui rectè sentiret, sed ad cœlestē vitam de terrena commigrare videretur. Proinde naturam ab interitu liberam atque angelicam profectus ad authorem suum animus induit. Ipsum corpusculum sedulò asseruatum, multa manu in vrbem allatum est, & amplissimo sepulchro cōditum. Ille matris obitus indelebili memoria dignissimæ, cū propter res gestas, tū obmirandā supraq; hoīm opinionem plantam consitam. Quam isto nomine maternæ sanctitatis esse prędicau-

dam puto. Nam obseruantissimam numinis antea minimè talem effecit, vt ab ore dei alicuius edocta ab ineunte pueritia crederetur. Illam regia maiestate & dignitate semper habuit, vt à militibus Augusta ac regina putaretur, as aureus eius imagine percussum ederetur, ærarii potestatem fecit, ad vtendū ipsum ex sententia, & quatenus ipsa rectè & ordine fieri posse iudicaret. Id enim ad authoritatem atq; cōmendationem filius addidit. Ea propter hoc inserere visum est in quo honorificentissimè habita & tractata genitrice legem impleuit, ex æquo & bono de parentum honoribus agentem. studium verò sedulitasq; Imperatoris in Palæstina ita exarsit, vt in prouinciis aliis ædificaret templa longè quidem aliis & pretio & dignitate præstantiora. vrbem cognominem eminente fastu sacellorū, ædificiis amplissimis ornatissimisq; martyrum monimentis intra murū, atq; in suburbio illustrauit. in quibus exculta memoria sanctorum deo ciuitatem vniuersam dedicabat. Omnino diuina sensa callens expurgatam imaginum cultu æquum esse duxit ex se appellatam ciuitatem: vt ibi nusquam signa deorum superstitiosè exculta viderentur, aut altaria maioribus hostiis inquinata, Geniales feriæ & consuetudo vetus abrumperetur. Media fori platea, qua fons emanat insigne boni pastoris agnouisses iis bene familiare, qui à sacra pagina recentes sunt. Etiam in ære cum leonibus efformatum Danielem auri bracteis egregium opus. Ille certè inuaserat in animum regium cœlestis amor vt alta regum palatia quo præsertim domicilii eminentia loco patebat, ad summam laquearium contignationem figeret signo crucis in explicata latè tabula, gemmisq; in auro dispositè dissitis opere luculēto. Nam istæ bono viro excubiæ palatii firmissimæ videbantur. ita ille vrbem accurabat. In Bithynia templum raræ molis & artis priua impensa primariæ confecit, in oppido quod vniuersæ gentis est caput, atq; illic itidem præmia de profligatis hostibus excelsa posuit. Aliarū nationū vrbes quasq; præcipuas hoc ipso genere



illustrabat, quo pacto metropolim Orientis de Antiochi nomine appellatā. Nam quasi in capite quodam gentium, singulari magnitudine & pulchritudine ædem sacrā fecit. Primùm ingenti muro locus ab eo designatus est: tum intus ædes immensa celsitate, figura sessuum octonorum. In his ædiculæ plurimæ, sellæ circū appositæ, editi ac subterranei secessus vndiq; frequentes. Postremo ipsi toti moli vim auri magnā & æris, deniq; quicquid esse in pretio potest, aspersit. Ista illius insignia maximè donaria. Verumenimuerò qui nuper hominum vitæ diluxerat, eundem seruatorem in Palæstina homini probo visum esse antea multo comperiens (huic loco Mambræ quercus est nomen) illic inædificari sacellum iubet, & præfectis autoramentū ad persequenda visa rescripto Imperatoris in prouincias est datum. Et mihi ad historiā accincto scripsit vberiore disciplina: id descriptum adeò intelligendæ penitus diuini hominis solicitudini apponā. Mihi ergo de his quæ fieri hisce locis acceperat subiratus in hæc verba rescripsit.

VICT. CONST. MAX. AVG.

Macario cæterisq; Palæstinæ episcopis. Hoc vnum summū curæ meæ sanctissimæ beneficiū est erga vos, hominū nequam ad hæc vsq; tempora desperationem ignoratam à me annūciari, totumq; vigilantia mea nō tam sero q̄ vtiliter emendatum: delituerat enim error incuria, quæ vehementior est iniquitas, sacrosancta loca spurcissimè contaminari. Quidnā igitur aut quale fratres esse possit qua de re perculsus animus haud reticeat vnquā propter illam aduersus Deū reuerentiā? locus est nomine Mambræ quercus, olim vti didici sedes & lares Abraami, illum superstitione quorundā fœdatum esse aiunt. Erigi simulachrū pestiferum, exta re aram, continenter atq; impurè quidem litari. Quod cū est imperio nostro alienū loci q; sanctitate perindignū sic habete. Me dedisse literas ad vos Acurio comiti præstabili nec amico minus, vt ne minimā dilationem temporis ad ea quæ isthic erunt idola concre-

manda,aramq; solo adæquandam, pœna vindicãdum sit impiè quod agetur illa religione contra iussum. Basilicam adornari mandauimus, vt ibi sit hominũ bonorum curia quædam elegans,si quid aliter erit atque præcipimus huiuscemodi literis, oppidò commonefieri me oportet vt qui deprehendetur exlex ille seueriſsimè puniatur. Isthic Abraham vidisse principem vniuersitatis,& cum eo colloquutum constat. Inde esse legis atq; sacrosancti ritus initium. Eo loco primùm cũ duobus angelis Abrahamo videndum se deus exhibuit,ibi ab hoibus agnosci cœpit,ibi de futura sobole prædixit atq; pollicitis stetit, ibi gentium plurimarũ patrem fore Abrahamũ declarauit. Hæc cùm ita sunt, ad me pertinere summè puto euerriculũ adhiberi maculamq; omnem detergeri, priscam deniq; puritatem locum illum recipere. Ne quid illic agatur â religione abhorrens. Hoc autem curæ vestræ sit ad meamq; rationem religiosè institutam manum detis. Atqui integritatem vestram non defuturam esse spero, vos charissimi fratres conseruet deus. Omnia ista Imperator maximo dei ornamento contrahebat,hac obseruantia perseuerabat. Hominũ animos superstitione excæcatos arguebat, vnde templorum in vrbibus vestibula exuuioribus,atq; ex edicto nudari,disrumpi tecta, solaria conuelli: quicquid ex ære propter antiquitatem cõmendatum in quo veterũ erratio, toto foro prouolutum est in vrbe regia, vt turpe theatrũ fuerit isthac Pythii,illac Sminthii. In circo delphici tripodes, helliconides in palatio erant. Planè quæ â gentibus asseruabantur ænea signa mirifici magisterii Constantinopolis eo genere tota referciebatur: hisce deorum titulo cum hecatombe frequentissima holocaustum datum est inualescẽte annos innumeros impostura,donec alia quando cœptum est,ista cùm ludificatus esset Imperator ad meliorem mentẽ deueniri. Alio autem traducta sunt aureæ statuæ. Nã agnita multitudinis infantia lauas aureas atq; argẽteas miserè extimescentis amoliri tanq; lapidum offensacula ingredienti viam caligine





& tenebris: simul iter ad regiam bene munitum ac minimè salebrosum oportere esse credidit. Huius vbi illi venit in mentem, neque militia, neque graui armatura deprehendendis iis opus esse arbitratus est. Vnũ modo atque alterum ex amicis adiunxit in omnemq; gentem oculari nutu dimisit. Illi quum singulari pietate Regis incitati, tum religione sua in conspectu nationum populorumq;, in oppidis, in agris errorem antiquissimum euertebant. Elegantes illos antistites atque rituum sacerdotes adducere ex adytis & angulis ad lucem non absque risu, deos etiam cum ignominia proripere iussum erat. Vbi deposita persona, turpitudo formæ deorum versabatur in oculis omnium. Postea ii tundentes, aut aliàs arte fusoria quod in rem erat asseruantes, si quid reliqui erat, turpitudinis esse monimentum facilè patiebantur. Atque præda facta de simulachris vmbrarum pretiosa materie, similiter ad alia perrexit ænea. Hic tum vincti dii sed in fabulis illi vetustate carioſis, obductiq; tegetibus ex pilo vehebantur. Interea veluti luminosam facem incendisset omnem in partem oculo contendit, num quæ superstarent reliquiæ erroris. Ac quemadmodum delapsus ales è cœlo clarissima firmissimaq; acie peruidet ab alto seiuncta loca longissimè: sic in administratione populari quum esset, atque in regia versaretur, vt è specula tendiculas & animorum pestem latentem in Phœnicia prospexit. Locus erat & templum haud aperta regione vel foro qualia vrbes ambitiosæ ponere: nullus eò callis aut semita, non triuiis aut angiportu nota sedes: sed in tumulo quodam libani, Veneris genio impuro sacra. Loco nomen est Aphaci, schola malitiæ & libidinis in exugendo corpore sibi indulgentibus. Tanquam mulierculæ viri certi sed qui plurimum â viro aberant, neglecta maiestate naturæ, muliebri prurigine dæmonem placabant. Vbi infamis mulierum susurrus atque matrimoniorum fraudes, actus & vituperabiles & nefandi: quæ secessui referenda sint accepta: Nempe summotis arbi

tris audenteq; nullo nisi si omnis abesset authoritas adire. Veruntamen ista illum non effugerunt. Intuitus enim qua maturitate Imperatorem decet, indignum luce Solis esse templū iudicauit, vniuersa obrui impetrauit, obruta dirutaq; sunt omnia regio nutu. Coacta manu lustrata regio est, exterriti minis ad temperantiam libidinosi impudicicq; diuertere. Quo modo Græci illi prudētes opinione hominum (superstitiosos intelligo) quanta sua leuitas erat aliquando percepere. Nam cum plericq; sapientum habiti loco, dæmonicilicio dantes operam hallucinarentur atque medico salutari nunc in somnis apparente decumbentibus, aliasægritudinem dispellente, qui verè animos profligabat, à Deo auertebat, vt erat ad errationem quisq; propensior adducebat. Huius adytum euerti seruatorem ac amatorem Deum opponens ex more iussit. Ad quā vultus speciem exequatum solo monimentum, vna Philosophorum miratio decantata, cæcum mali genus erutum de latebris, animorū scopulus annos sexcentos ad errorem compositus. Ita pollicens alienæ calamitatis expulsorem fore se, tutari non potuit ex re magis quàm olim vt est fabulosè proditum, fulmine ictus. In his autem Imperatori nostro fœliciſſimè cadentibus, vt ipse Deo gratificaretur ineſt fabulę nihil. Imò aperta vi numinis sic euulsum tēplū est, vt ne vestigiū quidē priscæ demētiæ remaneret. Oēs addicti geniis antea intuiti manifestarium lapsum atq; solitudinem lucorum, aut ad istam nostram rationem salutis accedebant, aut si nō id agerent, at insaniam tamen illi maiorum incusabant, ac receptos antiquitati deos irridebant. Aliter autem qui sentire poterant imaginum fucum tantum sceleris illa machina conclusisse dignoscentes? Nam aut suberant ossa cadauerum capitumq; rudus (ita præstigiæ magistri factitabant) aut tritissima lacerna colluuie oppleta, aut de fœno vel arundine storea. Quæ quum in motus expertè materia congesta cernerent, antiquitatem stultam dementemq; æstimabant. Ideo sanè maximè quod in adytis

& an-



& angulis, atque ne in ipsa quidem dæmonum mole, non genius aliquis aut oraculi interpres, aut Deus aut vates inspici posset, vt erant ante semper arbitrati, imò nec hebetis spectri aliqua species opinióue. Quapropter omnis siue secessus, siue specus, à rege missis & patebat, & calcabantur à milite sacratiores interioresq; adyti, ex quo patere posset aberrasse gentem innumeris propè seculis, & mente minimè constitisse. Effusi in libidinem suas appellatione tenus vxores filiasq; pudicitiam prostituere permittebant. Sed ab Imperatore nuper ea castigata sunt, & emendata lege. Conscripsit in hanc etiam rem solicitè, causa potissimum numinis, vt homines omnes ad studium temperantiæ conuerteret, edicta & decreta. quanquam alloquutione sua per epistolam minime dignatus est eoq; ad veri cognitionem incitauit. Et hic orationi consentaneum opus, amplissimam ædem sacram extruxit. Inaudita res, ab orbe condito nusquam gentium cognita, nunc enata recens: vrbem occupatam à dæmonum cultu, Dei templo, presbyteris & diaconis exornari, sacratum episcopum eo loci considere: porrò cogitans vt adire plures in animo haberent, ad leuandam egestatem optimè prouidit. ac cum præter missum ab eo nihil esset, huncce libenter insequi voluisset, qui siue prætextu siue fiducia veri esse prædicandum Christum dixit. Igitur hilarè viuentibus omnibus, vbiq; auctiore ecclesia, denuò inuasit in fœlicitatem nostram inuidentia, arbitrata Imperatorem fastidire posse dissidia isthæc alieniorem q; fore. Incensa enim prægrandi face, tragicam sortem ecclesiæ Antiochensium immisit, & penè vrbs ipsa est vastata funditus. Abierat plebes in partes, optimates & legiones ensem distringere tanquam hostes, atque manum conserere velle videbantur, nisi timor ab Imperatore furiosos impetus euertisset. Atque iterum illa regis æquabilitas medici animorum instar, dictione curationem ingressa legationem fidelissimo homini in toto ordine comitum vltro credidit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ad pacem inclinarent & ea quæ piè sunt adeunda munera, frequentibus literis admonuit atque adduxit. Nam epistolis excusauit, authorem mali sibi cognitum asseuerans. Ego literas eruditionis atque compendii rari plenissimas adscripsissem, nisi odium reo conciliarent, mihi etiam ne mali recordationem referam cautio est. His verò intactis inseram quæ de fœdere perpensa & cogitata rescripsit. In quibus hortatur alienum in exequenda pace ducem ne requirant, sed ecclesiæ instituto pastorem deligere qui à Deo designatus est, ad plebem episcoposq; excellenter rescribit vt sequitur:

VICT. CONST. MAX. AVG.

Populo Antiocheno. Huius vniuersitatis altitudini sapientiæ & prudentiæ concordia vestra gratior, ac ego fratres immortalem amicitiam amplecti vos æquum puto æstimare, quum vitæ institutis & legetum vero studiis vestris admonitus. is enim demum bono frui mihi dicetur, opinione recta iudicioq; sano quisquis erit. Ecquid ea re vobis aptius? equidem admirer, ad inuidiam quàm ad salutem apud vos plus veritatem posse. fratribus autem ad vnum larem foc umq; ex studii coniunctione, & via ingredienda pariter ascriptis. Ecquid vnquam melius aut accommodatum magis, quàm de sorte conditioneq; consentire? cum præsertim animi voluntatem vitii norma, lex, emendatrixq; latè castiget atq; notitia ipsius: cum sensum nostrū adiungere ad sancta decreta peroptemus? fortè mirum erit quid isto principio mihi velim. Atqui non recuso dicere. Legi commentarium in quo Eusebium episcopum Cæsareæ quem propter eruditionem & religionem iamdudum familiarem mihi feci, suffragio laudum blandientes hominem traducere ad vos enitimini. Qua me tū fuisse mente creditis ad inquisitionē boni fatū q̄ de studio vestro solicitudinē cœpisse. O sacrosancta fides illa, si per te vitę curricula darētur, in quibus essent impressa Christi vestigia. Ipsa qdē molestè peccatis obsisteres, nisi denegares operam



ram promercalem. sanè arbitror ab eo stare victoriam qui paci firmus adhærebit. & qua in re cuiusq; decorum vertitur: hoc verò qui non amet, esse nullum dixerim. Quid oro sumus eo consilio potius, ex quo nisi contumeliam nihil aliis afferamus: vel quid illa attrahamus quæ nostram fidem labefactent? Dilaudo profectò hominem quem dispensationē & gradum promereri existimatis. etsi debilitari illud minimè oportet, quod vbiq; integrum firmumq; esse par est. Atque ad ea diiudicanda quę stant vtrobiq; viribus suis, arbitrium vnius haud æquum tantę rei fore certum est: idcirco iudicii istius alii collegę assumendi. In tranquillo nihilq; conturbato rerum statu video per omnia æquabiles ac votiuas in ecclesia dignitates. Istud autem nullam rationem habet, authoritatem vnius ita crescere, vt illam inspectionem ad cuius normam quouis euentu placita sacra redigenda sint, imminuto aliorum de communi lege iudicio teneat. Ego quidem sic interpretor, infringi magis eo dignitatem quàm retineri homini locum, atque vi gerendam esse rem non æquitate, vtrauis obtinente sententia. Dicam audacius atq; planè profitebor, hoc querelæ semen, hoc atrocioris initium dissidii fore. Nam dentium facultatem ingeniumque Arietes grandiusculi, cùm iam pastoris antiqua vigilantia labascit, atque tractatio cui prius insueuerant expromunt explicántque. Quo loco si non fallimur, & dicuntur ista verè fratres, hoc primum dispicite quo de maxima commoda sentietis. In primis ingenua liberalisq; dilectio inter vos, si non erit aliqua in re deterior, deinde si considerate & consultè dimissus isthuc, integra quæ diuinitus illi obtigit esse dignitate queat. Etenim suffragium probitatis existimabit esse beneficium aduersum se vestrum. Ad hæc (qua opinione fui semper) adhibete diligentiam & studium omni seditione expulsa in eo viro perquirendo qui vobis ex vsu sit. fuit enim adhuc, eritq; diuersorum inter se collatio de qua flamma prorumpat. Ita verò, me bene deus amet, vt vos fratres atq; vestræ man-

Universidad de Deusto
Biblioteca



manſuetudinis ſtationem deamo. Cuius exanclata col luuie, moribus inducite concordiam, metam ponite, ſtadium ingredimini in conſpectu, clauum (ſic enim dicam) ferreum habete. ita quidem caducum dicitis immortale. Nam quibus rimoſa erat nauis, illa ſentina tandem conſtat exhauſta. Quæſo prouidete ſingula quo pacto monui, ne temerè quicquam attentaſſe aut omnino factitaſſe videar. Vos chariſſimi fratres conſeruet Deus. Epiſtola Imperatoris ad me epiſcopatum eccleſiæ Antiochenæ abrogantis:

VICT. CONST. MAX. AVG.

Euſebio. Pleniſſimè epiſcopatum noui, quæque facta ſunt ad amuſſim eccleſiaſticæ doctrinæ omnia intellexi: propterea velim in his inſiſtas quæ ſunt accepta Deo, videnturq; traditionis apoſtolicę ſimilia. Te beatum eſſe certo ſcio, qui orbis terrę iudicio ferè dignus habitus es vniuerſæ eccleſiæ cura. Nam ſi tui deſiderio omnes æquè tenentur, illi proculdubio tuam fœlicitatem adaugent. Tua verò ſapientia diuinum inſtitutum atq; apoſtolicam normam apud ſeſe illibatam eſſe volens, optimè Antiochenſium epiſcopatum deprecata eſt, & quem à numine primum accepit, huic immori cupiuit. Ea de re ad populum reſcripſi, tuosq; illic collegas, quod ad me hac ipſa de re miſiſſent, quę tu cùm legeris vt es animo caſto intelliges facilè me hortatore Deo feciſſe, quia reclamabat æquitas. Illorū conſultationi tu intereſſe debebis, vt in Eccleſia Antiochenſi id fiat. Te chariſſime frater conſeruet Deus.

VICT. CONST. MAX. AVG.

Theodoro, Theodoro, Narciſſo, Aëtio, Alpheo, reliquisq; epiſcopis agentibus Antiochiæ. Legi literas veſtras & Euſebii veſtri initiorū ſocii, conſilium probaui: & cùm partim epiſtola veſtra omniū eſſem quę facta ſunt admonitus, partim ex Acatii comitis in cōtubernio noſtro nobiliſſimi, rationem æquam iniuiſi ſem, reſcripſi ad populum Antiochenſem, quod Deo non ingratum & eccleſiæ conducibile futurum eſt. Hoc ad vmbilicum huius epiſtolæ inſeri iuſſi vt me niſi



niſi boni & æqui conſulentem id egiſſe poſſitis arbitrari. ſiquidem hanc in ſententiam literæ veſtræ fuerant, ex populi iuſſu & conſulto veſtro, Cæſareæ præfectus Euſebius certè vir integerrimus, Eccleſiam Antiochenſem vti acuraret atque illi præſideret. Euſebius omnia longè ſecus, & ad eccleſiæ tamen inſtituta retinenda faciens. Etiam meam voluntatem vos ignorare minimè decebat. Ad me venerunt Euphronius & ciuis et presbyter Cęſareę Capadocum, et Arethuſiorum Georgius, in hunc ordinem ab Alexandro epiſcopo Alexandrię cùm fide probata eſſent, aſcripti. Itaque prudentię veſtræ fuit annotari deſignatos ad obeundum munus iſtud opinione veſtra parum idoneos, vt apoſtolicæ traditioni reſpondeat omnis iſta actio. Nam ita comparatis iis ex eccleſiæ regula atque apoſtolica norma, vocare comitia poteritis vt eccleſiaſticæ diſciplinæ ratio præmonſtrabit. Vos chariſſimi fratres Deus aſſeruet. Poſtea quàm edixit epiſcopis hunc in modum, omnes vti numini fauerent agebat. Expulſo diſſidio atque ad vnum concentum eccleſia reuocata, conuertit alió animum, quoddam genus impiorū, quaſi toxicum ex hominū vita vt tolleret. Iſta lues ſpecie aliqua vaſtabat vrbes. Hoſce pſeudoprophetas ſacra pagina rapacesq; lupos appellat his verbis: Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intus autem lupi ſunt rapaces: à fructibus eorum cognoſcetis eos. Eiuſmodi gentem exegit edicti ſeueritas emiſſi ad ſingulos nationū gubernatores: ſed ad legem addidit vitæ diſciplinam quæ homines illos ad pœnitentiam proriperet: nam portum ſalutis eccleſiam Dei fore oſtendit. Verùm tute ipſe potius audias quî per literas iſtos affatur:

VICT. CONST. MAX. AVG.

Hæreticis. Ex promulgatione edicti accipite Nabatiani, Valentini, Marcioniſtæ, Pauliani, quiq; Phrigę cognomento noſcimini, omnes ſummatim qui ſectas in conuenticulis habetis, agnoſcite quantis eſt mendacijs immerſa vanitas iſta veſtra ac quāto veneno doctri-

na

na constat: ex qua valetudinarii de sanis, & viui ad mortem deducuntur. O veritatis hostes, aduersarii vitæ, pestis auctores, omnia penes vos inimica veritati vitio consonant, ineptiarum & scenæ similia. Quibus adornare mendacia, simplices opprimere, negare lucem fidelibus, aspectu religioso fallere, delinquere, spurcissima reddere omnia soletis. Conscientiam vnius cuiusque pudicissimi innocentissimiq; plaga letali percutitis. Diem (si Diis placet) ab oculis hominum eripitis. Vbi me singula persequi tum nolim, tum aduersus impudicos & procaces ista dicere, neque moræ breuioris est, atque otii nostri multò minus. Iam enim illæ nugæ deformes & immodicæ, tam vecordiæ plenæ vt dicere instituentem diem vniuersus destituat. Et aurem etiam substrahere talibus atque oculum auertere conducit, vt ne fidei nostræ synceritas aliquid sceleris imbibat exponendo singillatim. Quid? istáne tandem ferenda diutius? auiditas ipsa prolixior tanquam pestilente morbo vel bene valentes inficit. Cur ergo ope populari non euellitur, atque radicitus excinditur illhæc malitia? Certè quia internecionis huiusce vestræ rationem vltra ferendam non puto: idcirco vobis in posterum interdictum est omni conuentu. Domos etiam in quibus senatum habebatis euerti non si publicæ modò, nam illhuc euasit ista cura ne vel in priuatis ædibus aut omnino secessu malitiosæ sectæ insania cogeretur. Quandoquidem hoc longè satius est quibus religio vera cordi sit ad ecclesiam catholicam descendere, cum eius integritate commertium habere, sic illi veritatem consequentur. Nostri huius seculi ab optabili cursu, animi contorti error absit, hæreticorum, inquam, ac quorum ad seditionem videtur inclinare ingenium, auersanda perditaq; sententia. Nam equidem arbitrer beatitudinis esse quam numine fruimur eos qui expectatione meliore ducuntur, ab errationis insolentia ingredi tramitem rectum, lucem à tenebris, à vanitate veritatem, salutem à morte distinguere atque adi-



pisci. cui procurationi vim adiungere necessariam constitui: vt nulla vsquam sint exitiosa conuenticula, nullæ prorsus ad quas adoretis (haud scio sacellâne dici promerentur) ædes, sed è vestigio tradantur ecclesiæ singula. Intercessio, ne esto. Reliqua loca populi sunto, ne qua vobis vspiam coëundi facultas esto. Ne aut publicè aut priuatim ex hac die nefarii congressus esse aliquis princeps audeto. Edictum ita esto. Ita diuersæ factionis explicati & resoluti principali edicto cuniculi, pulsæ beluæ, principatus ille dissipatus est. Hi quibus impositum fuerat, alii degenerante sensu, compulsi minis, ecclesiam adire tantisperq; tempori inseruire. Nam scrutari libros erat ipsa lege comprehensum, vetitisque nonnulli maleficiis operam nauantes adstringebantur. Ex quo omnia simulatæ salutis causa fieri quibusdam. Alii forte cogitatione synceriore ducti, desciuére ad spem meliorum. Quibus aptè diiudicandis ecclesiæ præsides incumbere, agere animo æquo, atque agni vellere coopertos experiri tempore, deinde conscriptos anno tare, ad populum referre, sed ea dum fiunt in prauè opinionos homines, admissi illi facilè quorum expers erat impietatis eruditio, tametsi ob conciones olim turbulentas à communione defecerant. Itaque gregatim, quasi colonia profecti redire in patriam, recognoscere ecclesiam parentem à qua diutius abfuerant. illa postliminio reuersi iucundissimè frui. Ita demum compacta membra concentu singulari totam molem reddiderunt, & ecclesia conuersa in sese tota nusquam hæresi seditionéue, reluxit.

Id verò vni cùm ab orbe condito factum homini Dei tutela præclaro, tum acceptum etiam relatum est.

EVSE-

# EVSEBII DE VITA CONSTANTINI IMPERATORIS,

## LIBER QVARTVS.



IISCE negotiis ad exornandam ecclesiam ædificiorum varietate districtus, vtq; minimè petulans haberi Christi disciplina posset omnia connixus, alia tamen externa non ita iacere siuit. Vbi præstitum frequenter officium populis atq; paterna solicitudo demonstrata. Vbi si consuetudo hominũ ferret, honores allati multis, excelsóque animo nihil non impertitum est omnibus. Imperatorem qui postulando frustra tentauerit esse nemo dictus est, à scopo nullus aberrauit in expectanda gratia. stipem illi, alii possessionem, fasces alii consulares, aut honorem patricium erogabat. Hi tribuni, alii primo comites, secundo non nunquam vel etiam tertio ordine. Plericq; gradibus honorificentissimis. Quo enim plures excoleret, adinuenerat ille genera permulta. Veruntamen ad hominum vitam molliendam quid quãtumq; attulerit exemplo non plus vno repetito nulli nõ intellecto æui huiusce, perequidem æstimatio facilis. Quadrantẽ vectigalis annui quod appendi fisco certum est, integrum remisit, vt si rectam rationem in eas quarto demum anno reperias immunes vti frui suis rebus. id lege sancitum & translatũ interuallo ad hæredes, imperatorem gratiosum etiam apud posteros effecit, atq; eius memoriam à temporum malignitate vindicauit. Quòd autem institutis antiquorum principum agrariis opprimi locum suum nonnulli dictitabant, ex æquo iterum decempedatores ab eo missi qui de iure suo cuique vti cautum esset, agerent. Vbi conferat ad dicendum ius, esse deteriore forte neminem oportebat, victo quantum decesserat apponebat aut signatam pecuniam aut fundum, vt eodem regio aspectu dignati, pari gaudio & fortuna triumpharent. Etenim à tanto rege delecto ac tristi vultu discedi nefas. Igitur vterque fronte ad hilaritatem composita abire iudicio, demirati vehementer omnes Imperatoriã maiestatem. Quid attinet hoc loco subactam Barbariem dicere? Nam Scythas atq; Sauromatas antea seruitutis ignaros, inuitos quidem illos appulit ad iugum, Romanúmque dominum agnoscere coẽgit. Scythæ olim moderatores exigere tributum, atq; annuum vectigal à Romanis accessioni solebat esse Barbaræ genti. Quæ semper odii plena ratio Imperatori videri. sed ad æquas illum victorem pensiones adigi flagitiũ esse posse. Quapropter ope cœlesti fidentior insigne salutis admouit, ac momento debellauit. Imperiũ si qui detrectarent exercitu castigauit, reliquos facundia legationis flexit, à fero immaniq; viuendi genere ad vrbanam, id est, ipsa lege coẽrcitam consuetudinem adduxit, atq; Romanis inseruire tandem à Scythis est decretum. At Sauromatas ad Constantini pedes fatum aduoluit exultantes, & audacia quadam barbara sublimes. Aggressoribus Scythis, illi vocauere ad pugnam seruitia, quibus vbi primũ euenit iisdem ancilibus in dominos inuãsere, atq; de laribus & domo deiecere omnes. Iis portus vnicus Constantini fides extitit. Nam generis conseruandi non insuetus, hosce Romano solo accepit, idoneorum delectum, ad supplendas legiones habuit: Aliis agros vt excolerent atq; necessaria ad vitam compararent, addixit. Vnde bene vertisse casum opinati, Romanam libertatẽ pro Barbara feritate capessebãt. Exteræ nationes sic ad imperium adiunctæ. Harum legatione regiam frequẽtari, donis oppleri superbissimis. Ego profectò cùm adirem aliquando ad Imperatorẽ incidi fortè fortuna limen ingressurus in ordinem Barbarorũ astantiũ vultu honesto, procerítateq; speciosa: quorundam varius erat habitus, horum in persona decorum aliud, in coma barbáque non parum discriminen inerat. Oculi torui & minaces, sed admiranda ta-

men præcipuè corporum id ætatis immensitas. Aliorum in aspectu rubor, aliorum niue candidior, & aliorum modicus. Etenim Blemmiæ, Indi, bipartito positi, Æthiopes, hominum denique vltimi theatro minimè defuere, qui suo quisque loco, hercle tanquam in tabula regi munus afferebant ex facultate gentis: illi coronas aureas, hi diademata vniuersa de gemmis, alii Xantocomos et vestes variè textas, equos, hastasque nonnulli non absque sagittis & arcubus, in quibus illi societatem & operam Imperatori non inuito despondebant. Ille verò cum iis ita sua compensabat, vt qui vicissim reciperent, omnes essent horæ momento ditissimi. Nobiliores honore aliquo imperii demerebatur. Inde patrii soli quidam obliuisci penitus, eiusmodi votiuas habere sedes, has ex animo complecti. Enimuerò familiaritatis istius rex Persarum cupientior, amicitiæ notam munera cum legatione dimisit. Hunc autem quanquam principem fœderis, eo studio longè post se reliquit accepta lege. Verùm audita fœcunditate Persicæ regionis, ibi videlicet innumerabiles in Christiana caula stabulari, hoc internuncio lætior, vt omnium tutor vbique loci, denuò quæ prouidenda illic erant, prouidit. Epistolæ ad regem Persidis exemplum:

SACROSANCTAM FIDEM

obseruans, ego veritatis indipisco lumen. Illo viam præmonstrante, fidem sacrosanctam agnosco. Religionem optimam sicut ipsæ res declarant, hæc esse duo iudico. Magistram numinis intelligendi, obseruantiam istam habere me profiteor. Huius auxilio & ope Dei fretus incipiens ab Oceani finibus orbem terræ ad spem erexi, cuius vndique accisæ opes à constante tyrannide prope iam exoleuerant. Indelebili memoria Deum colo veneroque: fuspicio casto pectore sublime incolentē: congenulans appello. Omnosum sanguinem, odores insuaues execrandosque fugio: omnem terreni desiderii scintillam vito, quibus innixum nefas vniuersos orco populos, nationesque mancipauit. Nam quæ sunt à Deo prouisa necessariè pro benignitate



tate ac clementia sua, hæc vnumquemque rapere ad cupiditatem minimè feret. Inmaculatum animum atque illibatum prorsus ab homine exigit, ex quo pietatis & virtuis officia perpendat. Humanitate atque mansuetudine capitur, odit improbos, amplectitur humiles, fidem amat, illius hostem punit, omnem fastum similemque potentiam demolitur, vlciscitur iniurias, superbia elatos deiicit, angustis & minutis omninóque tolerantibus apponit. Ille plurimi faciens imperii æquitatem, corroborat ope sua, atque regiam prudentiam continet aura pacis. Ego me labi frater, vnum Deum omnium parentem quum esse dico non existimem, etsi erroribus impediti nostrorum Imperatorum permulti id denegarunt. Exitus autem vindex, in eos edidit exempla quæ posteritas iis opponat, qui sibi istos ad imitandum postea assumerent. Eorum vnum credo fatis iratis actum hinc, turbine deportatū ad vos esse, qui trophæum nostrum huius ignominiæ generis nobilem prædicaret, hocce nimirum sumpta vindicta de pestiferis isto seculo triūphare. Vidi equidem ipse paucis his diebus, astringentem se Deo plebem illicitis & nefandis qui exercerent. Eapropter habeo gratias altissimo, quòd apud omnes vna diuina lex, adiuncta pace regnet, vniuersi gaudio dissiliant. Inde secura nobis omnia confido fore, si quidem probato ritu concordes adducet omnes ad se. Illa nomenclatio, Christianorum inquam hominum, oro te quàm audienti mihi suauis est? Oræ vestræ bonam partem adornatam vt optaui? quod equidem tibi illisque optimum fore constat vniuersi conditore propitio. Tibi quando tantus es atque pietate notus, istos credo, tradóque. Dilige quàm potes arctissimè. Nam ita mihi fueris amplissimè gratificatus. Hoc pacto quasi populorum omnium gubernatore vno, cùm nemo non gratanter acciperet, institutā viro probo rem publicam nusquā imperium fluctuaret, hominū vbique vita iactari destitit. Hic Imperator animaduertens pro se facere piorum vota, corrogabat ipse necessariè

Universidad de Deusto
Biblioteca



supplex ad ædem sacram adorabat, idemq; vt sua cau-
sa facerent ecclesiæ præsides admonebat. Eius autem
in animo fidei vis insita, quę quantáue fuerit inde ma-
xime coniicias. Aurei nummi tum percussi illum de-
formatum erecto vultu, sursum aspicientem supplicis
in modum & intenti Deo, gerebant. Hiq; orbe Ro-
mano vniuerso vulgares erant. In limine regiæ ad ip-
sas fores in æditiore vestibulo pingebatur, in cœlum
contuens, & elatis, vt adoranti mos est, manibus. Er-
go supplicem se vel in tabula prædicabat. Etiam lege
interdixit, ne quis eius signa dedicaret in lucis & sa-
cellis idolorum, ne vel adumbrata delineatione speci-
em inquinarent. Ista verò quanto grauiora videri de-
bent, in palatio velut ecclesiam esse, Imperatorem hu
ius studii principem & authorem domesticis? ipsis
afflatu conscriptis oraculis appellere animum, versare
libros, subinde vt in lege dictum est, adorare ad tem-
plum cum familia? Dominicum diem supplicationi-
bus habilem ac præcipuè aptum designauit. Erant
æditimi regię, diaconi deo sacri, dignitate probitateq;
bene cognita. satellitium nisi fide atque beneuolentia
discinctum, Imperatore morum magistro addiscebat,
eundemq; ipsum diem nihilo secius obseruabat, exco-
lebat, & amicissima regi vota nuncupabat. solicita-
bat eo cunctos homo diuinus, ac si nouisset id huma-
num genus æqui obseruantissimum reddere. Pro-
pterea dies altissimo cognomines imperio populi
Rom. vacare iussit, & sabbata similiter agere: com-
memorationis vti puto illorum gratia, quæ Deum
fecisse illa die referunt. Insequętem verò salutarem lu
ci soliq; dedicatam, honore quoq; præcipuo militibus
esse voluit, indulsitq; fidelibus, vt diuinam rem nullo
obsistente facerent. Si qui nondum initiati erant, illi
dominicā diem in suburbio regione lustrata ex altera
lege recolebant, allatasq; domo preces vno omnes
ore tessera data fundebant. Nam neq; hastis vti, neque
graui armatura, neque verò suo robore ad confiden-
tiam, Deum se nosse boni datorem atq; victoriæ, cui





supplicare sublatis in ætherem manibus, obtutûque
mentis altius eiaculato par sit. Illum custodem, illum
seruatorem, illum auxiliarium implorare. legionibus
insuper auctor eiusdem rationis, assuefecerat isti Lati-
næ orationi: Vnum te Deum esse nouimus, vnum te
regem intelligimus, appellamus adiutorem, nobis abs
te victoria cecidit, ex te aduersariū fudimus: innotui-
sti nobis cum præteritæ beneficentiæ gratia, tum futu
ræ liberalitatis expectatione. En supplices adsumus,
atq; regem nostrum Constantinum vt diutissimè va-
lentem, victoremq; protegas obsecramus. A præto-
rianis in ipsa die lucis factitari sanxerat, hasq; voces
edere adorando docuerat. Ecce aūt in armatura notam
publicæ salutis illam sæpe dictam inscribi fecit, instru
ctum verò palum nullo iam ferculo sicut antea comi-
tatum præcedere singulariter. Idem tanquā orgiorum
arcaniq; mysterii particeps hora diei cuiusq; destina-
ta, se in aliquo penetrali cōcludens, vnus alloqui vnū,
genúque incuruato obtestari quæ vellet, exorare deni
que: feriis sacris hancce meditationem intentis ani-
mi neruis atque corporis, ad agendam rem diuinam
ingredi, isto genere alios inuitare. Peruigilium in
diurnam lucem commutauit vniuersa ciuitate, cerea
columna passim de compacto incēsa, lampades erant
omnia latè collustrantes igne. Nusquam sudum gra-
tius, aut illustre magis mystica illa nocte. Cùm dilu-
xerat erogare plebi magnificè, ac beneficium salutis
æmulari. Ita se Deo suo integrum deuouerat. Vni-
uersè populis atque militibus ditione Romana ima-
ginum adorandarum occlusæ fores sacrificia vetita
Præfecti gentium legem diei dominicæ obseruandæ
accepere nutu principis. Illi martyrum quoque ferias
agebant, solennemq; cœtum ad eas opportunitates
adhibebant, Imperatore nimirum gratè omnia & reli
giosè admittente. Quare non immeritò mihi vide-
tur hoc aliquando lauto conuiuio cùm exciperet epi-
scopos, hisce ferè dixisse verbis, episcopum etiamnum
se esse nostris auribus. Atqui vos intus, inquit, epi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



scopi, ego verò foris adeò possum dici episcopus. Itaque subditos haud aliter atque dixerat inspicere, ad pietatem quantum ipsius intererat instigare. Imaginum cultum legibus identidem repetitis abrogare, eleuare vaticinia, statuas atque mysteria furtim obeunda tollere: ne gladiatorum compositionibus vrbes inficerentur, agere. Noua lex Alexandriam imò in Ægyptum omnem missa, quia Nilum per vtriusque sexus vna mole nescio quos homines obsequio delinirent. Adulterinum genus è vita resecandum penitus, illúmque libidinis atque intemperantiæ morbum nusquam patiendum esse. Verùm cùm superstitiosa natio fluuium de more terras adhuc inundare desperaret, huius edicti columen Deus omnium expectationem fefellit. Etenim iam auersæ erant illæ vrbium pestes, & Nili fluenta vberrima quasi sibi factum eo loci lustrum esset, omne vernactum vt ante nunquam irrigabant, ac auersandam nequitiam eiusmodi hominum reapse declarabant, omniaq; accepta referenda largitori bonorum conclamabant. Diffluat ille otio oportet, qui singula exequi quaq; prouincia quotidie factitata volet: vt sunt ab illo sanctissimè veteres interpolatæ leges: & facilè tamen est hoc ipsum dicere comprehensius, steriles antiquo iure atque omnino liberis orbatæ, succedere parientibus inhibebantur. Rigida lege istud, ac si grauius aliquid in se admisissent. Illa abrogata ad hæreditatem quos oporteret, appellauit: ciuile ius ita corrigens, vt consultè ac deliberatè qui deliquisset, at non innocentia puniretur. Multis adempta est à natura soboles, etsi precibus imbecillitatem istam naturę plurimis superarunt. Alii vehementi philosophię studio correpti, non odio prolis aspernati muliebrem societatem caruére liberis. Castitatem virginalemq; modestiam amplexatæ quędam, corpus atq; animum, vitam etiam illibatam consecrauere Deo. Cur autem publicè vindicandum hoc, cùm admirãdum ac receptum omnibus est? Magnus ille quidem & præstans animus: opus, ingenium naturæ



turæ superauit. Imbecilla natura & tenuis, si qui desiderio posterorum nullo sint opprimenda lege minimè fuit: imò deploranda potius, vt eâ refixa bellè docuit. Cui delitiæ numen est, ille suspici non coërceri promeretur. Adhæc ex vetere formula cùm factum testamentum, erat ad omnes verborum angustias, & literarum angulos ibatur. In verbis & voce modi certi: qua de re circumscriptio sepultorum voluntatis, sæpius insequuta est. Vir experiens id ita correxit, liberè vt testari, describere tabulas arbitrio suo quemq; permitteret. Aut si malet instrumentum nullum esse, coram perspectæ fidei testibus illud ipsum liceret.

Christianum hominem ancillari Iudæo interdixit. Nempe nefarium id esse, redemptos à domino seruire eius atque prophetarum interfectoribus. Vbi aliter esset, illum multâ, libertas alterum sequebatur. Placita synodi obsignabat ad iniuriam prouincialium principum summouendam. Quandoquidem iudicis supremi sacerdotes esse longè firmiore certioreq; iudicio: Profecto huius notæ alia penè innumera vniuerso imperio descripta sunt, in quibus ad intelligendam sapientiam regis otio peculiari opus sit. Etiam ne dicere audeam, pertinentem per omnia, ac quasi cum deo copulatam, atque annexam curam ab ortu in occasum? Videlicet hoc eo prospectu disquirebat, homo æquabilis in beneficio dando, cui mortalium succurrẽdum opitulandumq; esset. Ecclesiis infinita præstitit, agros, annonam stipem egeno pueris orbis, & viduis miserè iacentibus: solicitus etiam de nuditate plurimorum, pallia mox & vestem imperabat. Illos autem mirificè solebat honorare, qui in Christiana philosophia vitam reclinarent. Vnde virgineũ chorum solum nõ adorabat. Isthic habitare deum qui se puellæ deouerant, arbitrabatur. Animum diuinis exercendo, noctẽ insomnem trahebat, & quæsita scribendi diuerticula per otiũ frequentabat. imperiũ oratione continendũ, & disciplina ratus ipse velut ad comitiũ vocabat: ibi cursum ingredi multitudo regiæ philosophię cupida.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Cùm se fortè dedisset occasio de sacris disserendi, erectus, ad seueritatem fronte contracta, summissioreq; voce, initiare cœtum, eruditione cœlesti videbatur. Vbi conclamatum & applausum esset, intueri in cœlũ iubere, illum moderatorem honoribus augustis esse reuerendum, atque admirandum, supercilio annuere. Distributione interdum vsus, semina quædam argumentorum ad conuellendum errorem de turba deorũ aspergebat: hunc impietatis esse fucum & propugnaculum in superstitione gentili. Tum moderatricem diuinitatem singularem illam efferre prouidentiam & cætera deinceps exequi. post ad dispensationem salutarem transire, huiusq; necessitatem ac consiliũ æquissimũ aperire: tum ad locum iudicii postremi sermonẽ traducere, cùm maximè percelleret auditorem stringeretq; Furem notans, auarum, deniq; hominũ cupiditates insatiabiles. Sic ille fulgurabat & tonabat, vt è familiaribus etiam nonnulli veri cõscientia territi, vultu suspenso & incerto essent. Apta verò laterum cõtentione disceptabat, aliquando referendas supremo quæsitori probandasq; rationes. Ita aliquis semel interfatus, & quo precor vsque inquit auaritiã propagamus? ibi imperator humo inscripta, quantum homo longus est, hastili quod in manu forte versabat: si terræ inquit orbẽ acquiueris, hoc agelli nihilo plus auferes. Quod nemini nõ sæpe dixit, & res certè tanquam ab oraculo relatas agi & perfici suadebat. Enimuerò quia mortis horror improbos à scelere minimè auertit, Imperatore benigniore prorsus ac clemẽtiore, cùm præsides ad pœnam delicta non exigerent, id verò toti reipublicæ altissimum vulnus inflixit, etsi liberam ea de re vnicuique sententiam relinquo. Mihi sanè referre vera dabitur. Latinè ediderat imperator, hoc alii verterant, Vnum inferius subiũgam, exempli caussa, vbi tractationem hanc expediuero, quod de concilio inscripsit, & ecclesiæ dedicauit. Arrogans enim aliquis, esse institutum nostrum fortasse æstimauerit. Est hæc quoq; memorabilis actio, quæ licet ad me respicit, ab eo vniuersa



uersa dimanat. Eius enim ego religione fretus, audientiam mihi feci precariam de salutari monumento relaturus. Eo cùm frequentes adissent, atque priuatus aliquis assurrexerat ad audiendum: hîc tum ego obtestari, sederet in regia sella. Constanter ille renuere cõtentaq; agitatione animi orationem diiudicare. Placitorum confirmare veritatem. Quoniam autem longũ tempus, atque oratio multa reliqua, mihi cessandum esse cogitabam. Ille verò intercedere, vtq; pergerem adhortari. Diu multumq; ad sedendum inuitatus, & reluctari & hisce de rebus audire dissolutè dicere esse nefas. Postremo sibi sic vsum esse, præsertim cùm erectum hæc accipere sanctum sit. Vbi cætera perorata, domum reueni, meq; ad mea studia retuli: sed ille ecclesiæ caussam versans ad me de sacrorum voluminũ serie instauranda rescripsit, & de festo paschatis etiam adiunxit. Equidem applauseram illius rationi in his feriis. Quem honorem quàm largè reposuerit, ex literis addiscendum.

VICT. CONST. MAX. AVG. EVSEBIO.

Ardua mediusfidius & quàm pro dicendi copia multo vberior ingressio, mysteria CHRISTI dignè referre velle, controuersiam de paschate, simul institutionem, atq; rei sacræ faciundæ conducibilem rationem satis explicare. Nam interpretari cœlestia, pro re dicere, non est in homine vel intelligendi magistro. Quãquam tuum discendi studium valde admiratus, & ipse librum legi lubenter, & plurimis ex sententia tua iussi tradi bonis probisq; viris. Ergo quod intelligis illa tui ingenii munera mihi esse quàm gratissima, tametsi stilo rem tantam comprehendere, aut consequi non sit huiusce naturæ: tamen oblecta me frequẽtibus, amabo, generis eiusdem literis. Deus te charissime frater asseruet. Hæc ferè sic erat epistola: sed de sacris instrumentis altera fuit hoc sensu.

VICT. CONST. MAX. AVG. EVSEBIO.

In vrbe mihi cognomine multitudo immensa ecclesiæ se cõsecrauit aliqua fati prouidentia. Quapropter

Universidad de Deusto
Biblioteca



increscentibus aliis, etiam noua quædam ædificia templorum surgere conuenit. Age verò cõsilium meum, & quid agere in ea re te velim, audi. Mihi visum est hoc esse cum tua prudentia coniunctum vti quinquaginta pellibus adornatis & succinctis, vt legi & portari facilè queant, ea describi prouideas è sacro volumine, quorum in ecclesia magnum vsum atque necessarium esse cognosces. Id autem ab architectis scribendi totum redimi volo. Quæstori nostro quæ necessaria erunt, in eam rem præstet, ego ipse rescripsi. Nam quò citius absolui possint, hoc vnum diligentiæ tuæ fuerit. Vt afferri, curæ nostræ. Cuius autoritate publicis operis ad exportationem duabus vtere. Quo pacto ad nos illa pulchrè descriptæ nullo negotio perferentur, hanc prouinciam adeunte de tuis diaconis aliquo, qui postquam venerit, humanitatem nostram sentiet. Te charissime frater asseruet deus. Protinus imperatorio iussu agi cœptum est. Ego ternas ac quaternas armamentis singulis affabre factis inserebam atque dimittebam. Quod alia ostendet imperatoris allocutio, qua se gaudere plurimum dixit, & totum recipere quod inaudisset in vrbe Constantia nostrate, quæ superstitione antea scatebat, ad pietatem atq; religionem ab errore diuerti. Quare constantia Palæstinæ, dato nomine ritui sacrosancto, primariæ dignitatis erant in regia. Primùm accepto vrbis nomine. Deinde cognomẽto regiæ sororis ante alias piæ, quod est â pluribus exinde factitatum, vt in Phœnicia ab appellatione Constantini oppidum. Illius municipes infinitum numerum simulachrorum incendêre & accepêre legem nostram. In prouinciis aliis ad intelligentiam veri quasi transfugę desciscebant, Imagines, ædes ipsas sacras in vrbe, in vicis vt res nihili euertebant. Altissima deorum templa disrumpebant opinione vel erratione veteri potius omissa, ponebant ecclesias. Atqui res istas hominis optimi recensere sigillatim eorum magis interest, qui illius consuetudine perpetua vsi sunt. Equidem quæ breuibus assequi po-





tui, quum non grauatè scripsi, ad vmbilicum vitę pergo. Tricesimus annus erat ipsis spatiorum decadibus eleganter annotatis. Prima facto Cæsare cognomine filio. Tum altera secundo, qui nomen aui Constantii habebat. Promptum & vigentem Constans appellatione sua innuebat. Hic ad honores eosdem tertiò deductus est. Eo ternario liberorum ternas annorum decades imperii communicatione celebres effecit. Hic tum gratiarum agendarum gubernatori summo opportunum locum esse duxit. Igitur opera sua perfectæ martyrum ædis Hierosolymæ, attinentem ad se dedicationem exoluere constituit. In quo honesti semper hostis inuidentia, tanquam nubes aut caligo solem occupans aliquid turbarum moliri conabatur, iisdem scilicet Ægyptum nugis agitans. Ille verò Dei pupillus episcoporum denuo senatũ, quasi delectum aliquem diuinum genio prauitatis opposuit. Ex Ægypto Libyaq; & Asia, primùm ad diiudicandam litem, deinde ad consecrandam ædem. In Metropoli Phœnicum obiter adimi controuersiam iussit: vtique diuersis & iniquis animis adorare numen illicitum esse. Nanque lege simultatem humanissimè deponendam accepimus, atque ad coniungendam amicitiam eundum prius, quàm aræ donum apponas. In eiusmodi mente & cogitatione cohortandi salutariter ingenium versatum, eadem retinenda mordicus hac epistola demonstrat.

VICT. CONST. MAX. AVG.

Sacræ Tyri Synodo. Consentaneum erat isto seculo, nisi fallor, ecclesiam vniuersam vacare seditione, atq; familiam Christi conuitio defungi. Porrò quia insani iurgii verbere agitati vehementer (haud enim dicam dignitati istorũ vitã vllo modo respõdere) misere cuncta nõnulli tentãt, idq; mihi videtur, ipsa calamitate magis esse calamitosum, idcirco vos oro & obtestor inspecto, q; recte atq; ordine fieri debeat, ocyssime concurrite. senatũ habete. leuate oppressos. Adhibete remediũ periclitãti fraternæ necessitudini. Dissita membra

bra longius adducite, luxa reponite dum tempus est, prouinciis iis multis opera vestra consensio redeat. Illa, (prò singulares ineptias) hominum paucorum superbia deperiit. Quod vos si facietis, gratum altissimo fore, vobisq; etiam votiuum & initiũ raræ famæ toti concilio neminem puto esse qui neget. Mora per vos nulla sit, vbi præsentissimis animis opus est ad rem transigendam opportunè. si neque gratia valebit, & apostolica regula vigebit, curatio diligens eorum qui deerrarunt, excogitabitur. Ita probris ecclesiam liberabitis, atq; solicitudinem meam dispelletis. Ac denique fœderatis hisce partibus egregium nomen acquiretis. Vos charissimi fratres conseruet Deus. Hæc vnusquisq; dum enititur, occupat alius imperatorio libello. His Hierosolymam eundum esse propere dixit. Ita Phœnicia profecti opera publica ad cursum vsi sunt. Igitur omnium gentium episcopi maxime illustres Hierosolymæ pulcherrima atq; amplissima corona regionem expleuerunt. Ab vrbe Metropoli miserè Macedones, ac quicquid in contubernio Dei speciosum Pannonii Mysiq;. Persidis episcopus affuit, authoritate & doctrina sacra præcipue mirabilis. Thraces aderant & Bitinni, Cilicum primi non abfuere. Cappadoces eruditissimi tota concione præsignes. Vniuersa cum Syria tum Mesopotamia Phœniciaq; & Arabia, Palæstina insuper, Ægyptus atque Libya, quiq; Thebas incolũt ad illam choream adiuere. Hos innumera plebes vndiq; consectata: regius administer eo loci frequens, aliquammulti præterea nobiles vt imperatoria largitate concinnitudo quædam feriarũ esset ad summam negotii officiis imperatori serendis homo natus, atq; diuinarum rerum intelligens inspectabat. Hic adeò tyrannorum seculo cognita probitate vir, hanc tractationem fidei sue creditam merito acceperat. Ille animo imperatoris apud se considerato, synodum humaniter habebat, & conuiuiis, & comessationũ lautitia. Mendicis, obnoxiæ multitudini tempestatum iniuriis, omnium aliquibus egenis, omnia abun-



abundè ab illo supperebãt. Hinc vniuersam ædem varie exornare donariis, atq; pro suo se munere gerere. Administri autem cœlestes adorando et differendo festum honoratissimè agere. Nonnulli interpretari sacra volumina, consyderationem arcanam explicare. Quorum minimè fuit isthac ire, ii verò sine cruore sacrificare mystice, implorare opem numinis, ecclesiæ causa & imperatoris etiam liberorum vota dicere, supplicare Deo. Tum ego dignitate meliore quàm erã promeritus excolui publice disputando ferias, explanando quæ literarum monumentis essent imperatori accurata: Interdum ad rem præsentem accommodatas speculationes in prophetiis. Ita decennii tertium exacti imperio peracta festa iucundissimè. Templum verò quod, antrum quale, diligẽtiam imperatoris & studium, imaginum copiam ex auro et argento deq; gemmis æditarum, addicto illi volumine pro ingenii viribus exequutus sum. Hoc secundum præsens institutum euulgandum curabimus, opportunè simulq; triginta annorum annales adiungemus. illos ego ad vrbem profectus audiẽte imperatore legi, quum iterum in regia laudes altissimi dicerem. Profectò lętari visus est omnium homo longè optimus, atq; cælare me conuiuis episcopis immodicè dilaudãs, haud sanè potuit. Alteram istam synodum Hierosolymæ frequentissimam habuit, ex illa prima Niceæ celebrata: quæ anno regni vicesimo contigit, ad huiusce vrbis optatũ contra aduersarios. Hæc anno tricesimo circa monumentum salutis ædemq; pacis. In dedicatione templi martyrum, imperatore tenente postem, sic est aliquis effatus: Hic quia terræ orbem moderatus esset, æuo secundo regni Christi fore collegam. quod inimicè audiens ominari melius hominem iussit, aut orare suppliciter eadem clientela iugi non indignus haberetur. Anno tricesimo despondit vxorem ætate media filio. Nam maximi natu celebrauerat anteà multò nuptias. Vbi obsonari lautius, Innubo gnato se imperator auspicẽ adhibere, conuiuium condicere, epularem accubationem

nem instaurare. Virorum hîc erat epulum, alibi matronarum: vrbibus atq; populis vniuersæ congiarium aspersum amplissimè. Ecce autem ab Oriente legati Indi accessere. Attulere dona, lapidũ pretii fulgorisq; eximii omne genus: harum nostrarum longe dissimiles animantes. Illi imperatoriam ditionem isto munere claudi Oceano denotabant. India viri principes ad statuam conferebant, & dominum agnoscebãt. Ineunte regno primi occidui Britanni, sed exacto ferè Orientales Indi conditiones eius acceperunt. Potrò imperii fines iidem quum essent atque orbis terræ, hæredibus amantissimis accitis ad vnum quasi patrimoniũ, tripartito imperium diuisit. sorte auita maximo natu, alteri dominatione Orientis, intermedia portione tertio cessit. Semina verò iustitiæ quæ est animi hæreditas eruditione & disciplina informans, vnicè pios homines adstringens ad eam rem peperit. Alios impensè doctos eruditionis externæ interpretes addidit. Alios in re militari, ciuilium negotiorum experiẽtes aliquot et legum. suppellex vnicuique regia, satellites armati, legiones, harumq; manipulares & duces & Centuriones expertæ industriæ patri in bellicis insultibus. Tenella Cæsarum indoles hac ætate cognitores ad rem suam necessario habuit. Alias vnus ad omnia satis adolescentum pater, adhortãdo palam ad eandem paternam probitatem religionemq; pergerent. Edocens per epistolam præcepta institutaq; vitæ cũ aberant. Hoc identidem veluti potissimum inculcabat, istius vniuersitatis illum principem colere. Cognitionem veri pietatemq; diuitiis omnibus, atque adeo imperio anteferre. Commiserat eorum iudicio rempub. sed ecclesiã in primis alleuare, coramq; vel Ie Christianos esse deposcebat. Illi verò quanquam admoniti tamen cohortationem patris adire sponte, etiam agere plura. Nempe ad sanctimoniam animum appulerant, legem ac familia implebant ipsi, verùm hoc â patre prouisum erat ante, familiam quî liberis & religiosam & piam daret. Ordines ad summam rem-



rempub. designati hanc viam insistebant, hisce munitionibus omnes aditus obfirmati. Quę postquam acta sunt ab imperatore, præmiorum deus arbiter occasionem esse censens illam adipiscendæ fortunæ dignioris æquabilem, fatum exequitur. Anni duo (paucis et diebus et mensibus interiectis) ac triginta maiestatis, omnino vitę plus minus sexagintaquatuor, in quibus eadem temperatio vigens, ac minime soluta. Vegetum corpus ac qualibet adolescentia præsentius, aspectu decoro, valentissimum robore conseruauit. Exercere vires, æquum agere, viam ingredi, cum aduersario congredi cominus, opima reportare, citra sanguinem vincere solebat. Idem ille acerrime exerere animum commentando, in omni studio præstare, sed humanitatis apprimè, quæ vel est eo reprehẽdenda, quia videbatur alere improbos hac patientia. Nos in temporum difficultatem vnam atque alterã incurrimus, scelere hominum improbissimorum labefactantium humanam vitam. eorum insuper qui dissimulanter in ecclesia pedem ponere, Christianum morem probè fingere didicerant. Vt enim crederet, humanitas, amor, recti, fides integerrima, ingenium veritatis amantissimum faciebat, atque beneuolentiam confictam admittebat. Isti generi se committens, ad turpitudinem impingere, & allidere poterat, inuidia in eius rebus inserente maculam, nisi aliquo fato properè concidisset. Verumenim illius animus intelligendi ratione eousque valuit, vt ad animam postremam commentandi prodeundiq; institutum, ac dicendi consuetudinem non intermiserit, omnia commodissimè exquisiuerit hominum vitæ: de iure ciui ac militi responderit. Operæpretium meminisse, vbi ad extremam lineam ventum esset epicœdium de suggesto dixisse, in quo sententiæ densissimæ, quæ ad animorum æternitatem pertinebant, & eos (vbertate cœlestium bonorum commemorata) qui bene rectèq; vixerint. Orationem contrà bene longam in alteram partem. Quis impiorum vitæ exitus, asperè quidem adiunxit,

vt ex

vt ex suis adeò perstringere aliquos putaretur. Vnum de vultu sapientem rogauit, ecquid illa ipsi probaretur. Homo vel inuitum ea seuera dixit existimare, vehementerq; laudare contrariam deorum multitudini disciplinam. Agitatione ista verborum antequam moritur, habita apud amicos, sibi viam munire videbatur. Id non omittendum, per idem tempus audito Barbarorum ad Orientem motu reliquam illam esse victoriam exclamasse, belloq; instituto contra Persas exercitum inspexisse. Episcopis ea de re consilium suum aperuit: illiciens ad societatem pietati valde necessarios homines: at ipsi vltro consequi, neq; abesse velle, precibus atq; adoratione pugnaturi. Quamobrem lætior expeditionem quod eorum intererat apparauit. Interea prealtas ædes instruxit, omnigena gemmarum varietate resplendentes, & eodem genere vniuersas ab imo vsque summum tectum incrustatas. Tenuissimo laqueari contignatio elegans, ac quantum eminebat inaurata, desuper imbricibus æneis ad iniuriam æris inhibendã, spreto latere protegebat opus. In qua parte auri quoq; multum despicientibus eminus, aliqua vi refractaria contrarios soli radios emittebat. Æs aurumq; postulatum optima cælatura, totas ædes opere reticulato in orbem comprehendebat. Ad quas operâ & industria imperatoris ædificatas atq; consummatas subdialis area adiuncta spatio laxiore & aura defecatissima, quæ porticibus vndiq; cingebatur in quadrum. Ibi cubicula, balneæ, diuersoria stationibus opportunissima. Dedicauit autem Apostolorum memoriæ, sed intentionem tamen animi dum id ageret incognitam, ipse rei finis vnicuiq; detexit. Etenim illum locum sepulturæ tempore appetente, memorabilem nomine dignissimo prospexerat, ea spe vt obsecrationum precumq; plurimarum particeps esse posset, apostolico numini debitarum. Duodecim sepulchra fecit apostolici chori cippis excelsis. Vnam suã medio collocauit, vtrinque senis Apostolis. Istud, vt dixi, prudenter ac sobriè cogitans, vbinam iaceret abiatus



latus ab hac vita. longum tempus hoc alta mente concluserat, antequam ædem vouisset opinione sua animi adiumentum, ipsi allaturam ex eorum votis qui adoratum venissent. Expectationem verò minime fefellit Deus. Hic enim primus imperator adorauit. At qui moriendum sibi peruidens, expurgandi quæ in vita commiserat hominum more, tempus illud esse ratus est in primis appositum. Illa esse abstergenda cum arcani sermonis vi atq; facultate, tum ratione lauacri salutiferi. Qua mente & cogitatione genu reclinãs orabat ille supplex in ædibus. Vbi manibus impositis eius caussã primùm oratum est. Inde transiit ad suburbia Nicomœdiæ, quo aduocatos episcopos hoc ferè modo est alloquutus. Ista mihi iampridem sitienti precanti q; salutarem opem à Deo per equidẽ optata luce & sigillo vitæ nos aliquando frui demeremur, atque esse vitæ participes. Ego Iordani vada cœpi tandem inducere in animum, in quibus isto more nostro seruator ablutus esse traditur. His me Deus vtilium rerum callidus æstimator, inde iam dignari vult. Nulla ratio consilii alterius adeatur. Etenim vitæ necisq; dominus hanc si vitam protelabit, iterum plebi sociari, vota dicere communiter, affari omnes ex instituto pergam. Nunc vitæ legem non indignam Deo, mihi prescribere constitui. sic ille. mox addicti sacris omnem ritum implere, priusquam (re congruenter explicata) secretum elargiri. Itaq; solus æuo vniuerso regenitus imperator, atq; sacris initiatus est in Christo. Qua sigilli dignitate plurimum gloriari, lucis gratiæq; diuinæ plenus innouari, fide exultare, aut aliquo certè numine syderari visus est. Absoluto ritè negotio vestem lucidam regificè, induit & se in strato candidissimo reclinauit, purpuram auersatus. Deinde contentius inclamans adorando gratias egit. Hic, ego me perbeatũ, inquit, esse minimè diffido. Nunc immortali vita dignus habitus sum, accepi diuinum lumen. Ibi miseros illos & infœlices appellabat, hisce bonis æternum caituros. Postquam Centuriones ducesq; affuere mœ-

sti, quòd iri destitutum dicerent, auumq; longius im-
peratori exposcerent: adeptum se respondit esse vitam
veram, ac quod ipse boni accepisset, intelligere solum
probè. Festinanter igitur ingredi ad iter, abrumpere
omnes moras. Insuper alia ordine suo quaq; fecit. Ho-
mini Romano ciui donationem annuam legauit. Im-
perium liberis attribuit: omnia descriptè, suo tamen
ipsius arbitrio. Tum festa Pentecostes erant, vt sancti-
tatis ita religionis omnino primariæ. Septem hebdo-
mades aguntur, vnaq; die demum obsignantur, in qua
seruatorem assumptum in cœlum, immisisse homini-
bus spiritum sacrosanctum proditum est. Imperator il-
le tanti æstimatus, ea postrema die quæ festa inter fe-
rias appellari iure debet, ad Deum circa Meridiem
abiit relicto mortalitatis affini cadauere. quod enim
verè illius erat, hoc est animum religiosissimum cum
Deo coniunxisse liquet. Ille Constantini vitæ finis, cæ-
tera ipsi obeamus. Hastati atque satellites ilicò vestē
rumpere, prouoluere humi sese, contundere capita, ge-
mere, vlulare, imperatorem appellare, dominū, haud
secus atque patrem liberi. Centuriones, ipsi manipu-
li, duces identidem vociferari hominem de se bene
meritum ac conseruatorem prorsus. Illud ipsum legio
nes agere, quo modo armenta pastorem desiderant:
vulgò vrbes obire populi, dolorem intestinum, mœ-
roremq; vlulatu commonstrantes. Alii vultu dejecto
perculsorum similes. Atque luctus ille priuatus vni-
cuique tanquam erepto suo cuique de vita bono, præ-
toriani milites in vrnam auream coniecere corpuscu-
lum, obtectamq; purpura ardentissima Constantino-
polim deportarunt. Illic exposito regiæ loco deposue-
re in gradibus æditis, accensis circum facibus in au-
reo quaq; loculo. quod theatrum hercle admirabile
fuit, ab æuo iubari solis antea non aspectum. Nam ip-
so in meditullio palatii cadauer imperatoris impos-
tum aureo feretro, regio ornatu, atque diademate
præclarissimum. Noctu diuq; plurimi circundabant,
aduf-



adusq; silabantq;. Principes exercitus, ordo comitum
& ducum, quibus antiquum erat prius salutatum adi
re, nulla re immutata consuetudine, quum appetis-
set hora progressi imperatorem in vrna, quasi viuen-
tem salutabant, genua incuruabant. Insequebatur or-
do senatorius atque vniuersa nobilitas. Aderat au-
tem variarum gentium frequētia cum liberis & vxo
ribus. Quæ diutissimè consilio militari facta: do-
nec enim filii affuissent, efferrentq; patrem honorificè
ita fieri decreuerant. Itaque imperabat ipsum demor-
tui corpusculum, & ordine singula gerebantur, ac si
viueret. Istud vni ex hominum memoria concessum,
nam etiam ille vnus imperator, altissimum eiusq; of-
ficiosè Christum veneratus omni ex parte, merito ade
ptus est imperii maiestatem inter alios, etsi animam
efflauerat. Nempe Deus innuebat animi regnum in-
teritu & senio vacare, nisi si quis animum contrà pe-
nitus obdurauit. Tribuni militum hisce illo ferè mo-
do confectis, homines antiqua fide atque probitate
emisere ad Cæsares istam rerum seriem explica-
turos. Ii se negotio exoluerunt. Omnes autem exer-
citus veluti cœlitus afflati audita morte summi du-
cis, vno ore imperatorem nullum, nisi illius magni li-
beros agnosci debere sanciunt. Haud ita multo post
Augustos administrare rempub. dignauerunt, omis-
so tantum Cæsarum titulo: quæ maxima atque præ-
cipua totius imperii nota. Illud studium legio-
num datatim auctum est, vnoq; penè momento co-
gnita omnium militum consensio. Romani ciues
& senatus intellecto regis interitu, extra aleam cala-
mitatis hoc esse rati, miserè lugere, balnea clau-
di, forum nullum, theatrum nullum: denique quic-
quid ad vitam agendam iucundius homini compa-
ratum, nusquam esse. Mœsti prodire munditiarum
proceres. Acceptissimū deo virum omnes, ac fœlicem
appellare, proculdubio imperiū promerentē. Verùm
non huiusmodi vocibus eiulatuq; solùm, sed etiam re

ipsa illius honorem persequuti, quasi viueret ad statuam contulerunt. Etenim depicto cœli globo, regione Ætherea ad orbiculi summã testudinem quiescere videbatur. Huius appellauere liberos imperatores Augustosq;, alterius præterea nullius meminêre. Bustum verò corpore deportato Romam, sui imperatoris isthic esse, clamore supplici expetebant. Hæc honorum summa erat apud eos. Cùm filius ille secundus hæres ad cineres paternos affuisset, ad vrbẽ princeps efferendi funeris aduexit. Omnium primi cunei militum, decem millia armatorum funus obibant. In templum apostolici nominis vt ventum est, vrna deponitur & quieti traditur, quæ fuit in adolescente Cõstantio, pietas erga parentem cum præsentia, tum officiis illi sanctissimè persolutis. Eo secedente cum militari manu, sacerdotes atq; populi religiosa frequentia progressi fudere preces. Hic tum editiore loco positus efferri laude homo beatissimus. Hic admisto gemitu lachrymis à plebe & ordine initiatorum, susceptos vota causſa Imperatoris. quo nihil ipsi gratius esse poterat, aut optabilius obseruantissimo numinis. Hic se Deus aduersum famulum perfacilem ostendit, Imperio primùm restituto liberis vbi iam fato concedendum illi erat. Tum deinde quod omni studio concupiuerat, apostolica memoria, dignato animæ fœliçissimæ contubernio, cum apostolico nomine gloriam indepto, consorte religiosi populi ac mystici ministerii: postremo communione precum sanctissimarum atq; societate freto. Quid? apprehendit à morte regnum, vt si reuixisset ad eandem illam maiestatem obtinendam. Augustus, victor maximus orbe Romano, secus ac auis Ægyptiaca, quam singulari ingenio esse tradunt, & in aromatum cumulo emori suæ necis aruspicem. Porrò ipsam refici cineribus, emergentemq; simili figura euolare. Iuxta verò Christi sententiam grani tritici assimilis, atq; ex vno multiplex spicam extulit, orbemq; terræ his frugibus vniuersum refersit. Nam beati hominis soboles vni succedẽs eodem loco fuit; etsi nomen etiam



etiam Constantini mortui conseruatum est, ad cuius gloriã statuæ positæ vt liberis. Nummus excusus est eo typo, vt parte altera caput occultum priore, quadrigæ insistentem, posteriore intenta instar aurigæ dextera manu. Quæ Deus aperiens oculo nostro inq; vno Christianorum Imperatorum Constantino designãs, ille quantum excelleret intelligi voluit, vt ad eos aspicias qui Deum atq; eius Christum adorant, aut aduersæ partis homines ecclesiæ inquã hostes. Ii se Deo inimicè hostiliterq; opponentes, suum cõtra numen odium manifestè in morte declararunt. Econtrario quantum pietas valeat apertum reliquit dies Constantini vltimus vnius Romani Imperatoris & pietate & religione præstantissimi disciplinæ Christianæ egregii præconis & authoris, vbiq; liberi laudatoris, vnius ante omnes alios à natis hominibus ecclesiæ defensoris, antiqui erroris in deorũ copia solius euersoris, antiqui ritus in statuis adorandis emendatoris, vnius ea consequuti in vita & post vitam, quæ ne tota quidem antiquitas obtigisse mortalium cuiquã in Græcia aut orbe Barbarorum, non in toto Romanorum stemmate quamlibet excellenti post orbem conditum meminit.

Finis Quarti Libri.

# CONSTANTINI IMP.

## ORATIO QVAM SACROSANCTO SENAtui rescripsit.



Ereniſſimum diei Solisq; iubar, initium resurrectionis & defectę olim molis ad calamitatem noua compages, appetitio promissi, ducensq; ad immortalitatem via, feriæ tormenti adsunt, ô chariſſimi institutores amiciq; omnes viri. Multo autem beatior ipse religiosorum numerus, ac qui numen adeo religionis implorat

Universidad de Deusto
Biblioteca



plorat interiore sensuum modulo continentem laudationem ferens. At tu parens vniuersi natura contulisti vnquam quicquam huius simile mundo? Imò quod tuum opus est, vbi qui singula, vires etiam num tuas agitat? Ille te exornauit: etenim ordo atque pulchritudo naturæ, vita est ad naturam accommodata. Nam equidem in hominum animis arctè inhæret, etsi naturæ aduersatur vt adorare numen & exolere nemo velit: arbitrentur omnia nullo fato prouidentiave gubernari, fortuna verò magis & casu quicquid est temere extitisse. Tametsi cœlitus afflati vates ista singillatim edixere qui merito audiendi erant: Tamen impietas iniustissima restitit, atque tenebras obscuriores amplexata veri lucem vsque illa detrectauit. Illud autem atrocitate vitij minime vacauit, inconditam multitudinem & dispersum vulgus optimatum iudicio adiuuante. Nisi sanè totius illius insaniæ erat magistra potius eorum opinatio.

Ex quo multis annis illa ratio viuendi firmata iis hominibus maximas miserias attulit. En verò domini videri vultus ex improuiso quum ex iniustitia æquitas è procella tranquillitas affuit. Tum vaticinationes omnes impletæ. Postea sublimis ad patriam sedem euectus, orbe terrarum ad pudorem, & modestiam eius opera conuerso, virtuti ædem sacram posuit: ecclesiam nimirum sempiternam in terris, & ab interitu securam, in qua summo patri pro suo iure atque filio religiosè omnia fierent. Vnde gentium malignitas imprudens aliam rem machinata, tollere beneficium CHRISTI: pro conseruatione hominum publicè, ecclesiam constitutam euertere & destruere cogitabat, vt iterum superstitionem adduceret. Inde flagitiosa rursus altercatio, bella, tumultus, ineptiæ morum, coitio, sordes. Id extra pravi naturam positum aliquando, concinnata quadam spe deliniuit. Etiam perterrefecit aliquando. Igitur humi proiecta iaceat, expugnata ab virtute peruersitas. Hanc infringi pœnitentia oportet, & ea



seruari à nobis quę legi sacrosanctæ consonant. Itaque audi nauiculator atque virginitatis inclytæq; sanctimoniæ compos. Audi ecclesia, rudis & imperitæ indolis educatrix, cui curę veritas est ac humanitas, ex qua tandem iugi riuo salutares aquæ defluunt. Audite vos ex animo qui deum syncerè adoratis, & idcirco illi curæ estis, animum non ad eloquendi vim magis attendentes atque omnium minimè ad me, quàm ad rei veritatem atque religionem initiorum. Nam qui possit orationis esse iucunditas incognita persona dicētis & ingenio perspecto nemini? Quo sim fortasse præfidentiori, quod ego acceptum refero ingenitæ erga numen charitati, quæ vel ipsum pudorem impellat. Ideò rerū sacrarum experientes, adiutores adiungo mihi vos, vt si errare aut labi accidat, alleuetis, exactam disciplinā minimè desideretis, huiusce denique fidem ingressionis nostræ approbetis. Inspiret autem ista dicentem pater atque filius, vt in os & animū veniant inde profecta diuinitus. Qui enim ad artem rhetoricam aut aliam faculratem aggressus absque ope supera efficere suum munus absolutè putat, ille frustra laborasse reperitur. Illi tamen cessandum non est aut amittenda cura quem deus aliquando inspirauit. Ego omni prorogatione temporis hinc amandata, scopum collineare tentabo. Quod quidque bonum appetit ortus (etenim perpetuò deus erat) expers & idcirco principatus, ipsum eorum quæ oriuntur initium est. Ab eo qui procedit, illi denuò coniungitur: & interuallo minimè distat aut aliqua spatii ratione coit. Id vniuersum apprehendi mente constat. etenim quod est genitum, nulla viscerum paternorum iactura substitit, vt quæ semine gignuntur animantes. At ordine quodam fati atque dispensatione conseruator auctórque datus est huic vndique corporato mundo, ac quicquid in eo machinari constat: illinc omnia vim naturæ suæ & vitæ accepère. Illinc animi, sensus, ac quæ sensorum insunt in ipsis instrumenta.

Verùm quorsum hæc euadat oratio? videlicet existi-
mat vnum præsidem esse, in cuius manu cuncta quæ
cœlum habet atque tellus, ea seu naturæ consilio, seu
cuius artificis extitere. Horum enim infinitorum do-
mina si pluribus, at vni minimè obtemperat, omnino
sortes elementorumq; distributio sicut est in fabulis:
affectus ipse præcellendi, consensum armoniamq; vni-
uersitatis agitasset atque perturbasset, obeunte munus
suum multitudine dissimiliter. Quòd si eodem modo
semper ac nulla procuratione mundus extitisset, ec-
quis agnouisset authorem ortus? ad cuius erat aras ad-
orandum supplicandumve? Cui primum aut vltimū?
Atqui me vnius obseruatio libera, impium erga cæte-
ros ex industria faciebat. Erat aliquid impetrandum
ad vitā? gratia afferentē beneficè suppetias, aduersantē
odium sequebatur. Ad me aspicere meamq; fortunam
à quo peterem, aut ista calamitate defungi? sed oracu-
lis atq; responsis est à deo satisfactum, quia tanti non
eramus vt hæc ad se ptinerēt. Ergo misericordia quę-
nam erit? quę prouidentia de hoīm genere? nisi for-
tè benignior illum alleuabit, idq; violente cum quo
nulla sibi necessitudo intercedit. Ira, dissensio, conui-
tia, cum agere suas res seq; suis continere propter aui-
ditatem non possent: postremo omnium confusio fuis-
set insequuta. Quid tum postea? nempe discordia cœ-
lestium inferiora peruertisset ordine tempestatū euer-
so. Nulla temporum frugumq; varietas emeriisset, nul-
la dierum atque lucem intercipientium noctium ra-
tio. De quibus esto modus & ad eam orationem quæ
reprehendi nequeat, aduertamus. Id omne cuius est
exitus aliquis initium aliquod habere necesse est.
Quòd si erit temporis, ortus appellabitur. Huiusmo-
di intereūt, & tempore marcescunt. Qui fiat igitur vt
orti ac geniti perennent? Dimanauit à fece plebis,
hæc opinio, nubere deos operamq; dare liberis. Hi si
perpetuo erant, idemq; studium remanebit, exundet
aliquando necessariè genus oportet. Ac cùm accessu-
rum semper aliquid sit, ecque cœli moles atque terræ
examen



examen accipiet? quid de hominibus dicas ad thala-
mi societatem, eodem patre natos agentibus? adulte-
rium exprobrantibus? ego liberè adiiciam: quos ho-
nores & quæ præmia diis offerunt, iniuriæ sceleriscq;
plena esse. Nam sculptor aliquis eruditus animo ver-
sans speciem quādam ad artem se refert, & imaginem
conceptam exprimit. Interim quasi obliuione obre-
pente suo muneri adulatur, vt immortalem aliquem
deum excolit, etsi opificem caducū se illius asseuerat.
Illorum aliorum æternitatem adeptorum sepulchra
vrnasq; ostendunt. Vita functos honore prosequun-
tur, id quod ex sese est beatum, atque permanens ista
ope mortali nihil indiget ignorantes. Id animus ipse
dispicit ac apprehendi mente potest, expers figuratio-
nis, expers formæ qua dignosci debeat, expers imagi-
nis & omnino notæ. Porrò illa fiunt in eorum gratiā
qui è vita migrarunt: ii tum fuere homines amicti
corpore. Equidem quid in mētem mihi venerit, igno-
ro cum deū alioqui laudaturus inficio linguam spur-
ca ratione dicendi. sanè velim elicere ori salsuginem
optima potione quæ fluit eodem perenni riuo dilau-
dandi mihi numinis. hoc erit in vita meum munus hy
mnum CHRISTO dicere, vt immensa beneficia illius
saltem hac opella mea re fundam. Initiò imprimenda
gratia, qui de condenda vniuersitate hominis caus-
sa rationem iniit, atque primùm traduxit aduernātem
omniq; fructuum varietate ditissimum locum nuper
æditos in lucem, inscientes illos primum boni & ma-
li esse voluit. Deinde ad incolendum regionem com-
modissimam rationabili animanti dedit: inde iam no-
titiam boni maliq; permisit, vt ad intelligētiam geni-
tos atque scientiam. Tum augeri gentem iussit nulli
morbo obnoxiam quantum olim obibat Oceanus.
Artes inde necessariæ ad vitam inuentæ sunt. Ani-
mantium reliquarum nihilo secius incrementum vni
uerso genere erat. Ibi naturæ quadam insigni faculta-
te benignitas hominum cicuribus, feris velocitas &
robur ad declinandos impetus tributa sunt. Mansue-

Universidad de Deusto
Biblioteca



torum procurationem tutelamq; homini tradidit: in animantes cæteras aliquod odium aut certamen. Postea volucrum genus omne conditum est immensum numero & natura genteq; variè distinctū, insigne coloribus atque ingenita musicæ gratia celebre: breuiter omnia quæ vbique extant ordine digessit, iisq; legem vitæ præscripsit: atque tandem absolutissimum omni parte quod instituerat expleuit. Hominum bona pars inanis & stolida pulchritudinis huiusce causas ad naturam adducit. traduxere alii ad fatum aut fortunam, hunc omnem potentatum necessitate metientes. Hi cùm fatum, dicunt haud intelligunt in re nulla subiecta versari orationem. Quæ sit enim illa per sese fatorum series, vbi fuerit â natura quicque productum & genitum? Aut quid est ipsa de natura putandum, si fati lex erit ea quæ refigi nullo modo possit? Atqui fatalem esse normam dicere, sancientis aliquod opus innuere videtur. Ergo fatum, siquidem sanctio aliqua erit atque cœleste cogitatum, vt eo redeant vniuersa, nihilq; immune sit illius authoritatis, vt hæc â deo necessitas exeat, admittimus hæresim. Verum iustitia, temperantia, virtutes omnes ea lege si dicentur esse. Vnde iniustitiæ vis aduersaria? vnde totius libidinis? Planè â natura sit vbi fatum non erit est necesse. virtus officia morum continet. optimum consilium siue bene cadat, siue eueniat aliter, vt assolet, aut casu, aut necessitate fit: æquum vnicuique datum quantum merebitur, itáne demum fato constiterit? ipsum ius, atq; impulsio ad honestum, dissuasio turpitudinis, ac eorum quæ minimè decent, vituperia, laudationes, scelerum vindicta, quæ (dicam enim breuiter) ad virtutem rapiunt & ab improbitate retrahunt: ea non è peculiari iustitia prouidentis omnia numinis exeunt? an verò casu fortunaq; potius existunt? aut ex q̃ vitæ genere tot incommoda malaq; impendeant? aurææ pestilentis inquam, seditionum, tenuis annonæ. Contra copiæ frugum, quæ palàm modo suppressa voce testantur? Hæc, eorum similia, cur aspersa vitæ nostræ?

Propensa



Propenso animi affectu erga se Deus exultat, abhorret ab impietate, modestiam complectitur, audacem æquè & arrogantem odio prosequitur. Harum rerum si ponantur ob oculos argumenta nihil erit euidentius. Et quoties animo collecto, inq; illa re illigato putamus eorum causas apud nos? Quamobrem ita censeo, modicè suauitérque viuere, nequaquam prætergredi naturam, denique tanquam omnia quæ fiunt inspectet ille cogitare. Quo pacto videre etiam licet vtrum casui fortunæue ordo pulchritudóque rerum concedere debeat. an ego ita credam cœlum, astra, maria, tellurem, ignem, ventos, aquam, aërem, temporum vicissitudinem æstatis atque hyemis esse temerè, aut vnquam fortuito eueniſſe? Num artificis hæc esse omnium longè præstantissimi potius? homines enim ingenio nullo plurimi sic aiunt, ea ferè quæ ex vsu forent, sibi mortales inuenisse. Valet autem opinio & aliqua ratione se tueri potest, omnia suppetente natura largiter, illa quæ tellus alit atq; procreat hominem reperisse. Num quid etiam æterna diuináque nulli fortunæ obnoxia? illorum enim similiumq; omnium rerum quæ sensum ingredi nequeunt, & animo videntur æterna Dei natura procreatrix intelligenda mente non ista grauata materie vita. Reuera digerendi consilium prouidentiæ opus est. Illucere diem illustratum radiis â Sole, excipere noctem cùm ille se primum Oceano immerserit, haud expertem tamen luminis â stellarum choro largè diffusi. Quod autem Luna, cuius orbis ex aduerso corpori Solis opponitur, vt accedit ac coire gestit imminutus? Ipsi Solis igneis accommodati frugibus educandis: Anniuersarii flatus bellè ad vitã comparati. Molle imbriũ frigus atq; apta recreatio, nónne solertiam mirificam designant? Iugis errantiũ astrorum cursus â tempore cõstituto nihil aberrãs, edictum numinis, atq; absoluta syderũ conditio, obseruatio legis illius est. Iuga mõtium, depressæ valles humilesq;, locorum anfractus, æquor aperta regione absq; prouidentia

dentia dicentur esse, quorum non modò aspectus, sed etiam iucundissimus est vsus? Aquæ & terræ dimensio cùm idonea cultui, tum exportandis importandisque necessariis exactum atq; æquabile consilium denotat. In colle aqua sidit: hinc excepta decliuibus ac quantum satis est inundans, humum reficit atque recreat: tum sese recipit ad mare sensimq; Oceano redditur. Quæ fortuitò aut temerè esse dicere audemus, ipso de casu qua figura sit & specie, qui subsset, intelligendóne an etiam sentiendo planè afferentes nihil. Aurem tantùm sonitus in re nulla significanda circumsonat. est enim profectò hominis inconsyderati atq; feriati cuiuspiam illa vox, eorumq; insuper qui aliter accepere atq; oportuit. Imbecilla videlicet intelligendi vis sic ea rata iudicauit esse, quæ quo modo sint, ratione consequi non potuit. Altè prorsus immersa naturæ consiliis inhæret accurata rerum quarundam comprehensio, quæ sunt ipsæ ingenio mirabili: quales aquæ natura calidæ. causam enim feruoris admodum vehementis in promptu dicere nemo posset. Atqui circumiecta frigida insitam natura caliditatem non egreditur. In orbe terrarum amplissimo rarum exemplum, id est, ex quo nisi me fallit opinio, facilis apud vnumquemque erit eiusce prouidentiæ cognitio, duas aduertissimas res esse calidum atque frigidum, quas vna eademq; percolari alia re iusserit. innumera sunt homini quæ fruatur vtatúrque data diuinitus, in primis oleæ fructus, item vitis. hic animi nostri relaxandi causa, ille reficiendi & tutandi corporis. Aquarum autem cursus iugis interdiu noctúque & continens, æternitatis aliqua nota, miraculum longè primum est. Hoc ipsum intempesta nocte deprehendas artificium admirationis. Porrò ego hæc dixi confirmandis iis qui fieri singula ratione, nihil inconsultè, præterea illam rationem atque prouidentiam Deum esse contendunt. Ille metalla, aurum, æs, alia sua quodq; natura quantum esset opus inuexit. Quorum multus vsus in hominum vita abundè suppetere voluit. Alia luxuriæ



luxuriæ delitiisque peropportuna magnificè quidem illa, parcè tamen, vt admista liberalitati aliqua tenacitas esset: etenim simili istorum vbertate poterant artifices auaritia ducti, quæ pertinent ad agrum excolendum villam ædificandam molienda templa, ferro & ære neglecto industriam integram ad alia conferre quæ ne quicquam essent, atque vsui nullo solum ornamenta luxus. Itaque ferunt argentum & aurum maximi laboris esse, tum inuestigando, tum fundendo & ducendo, vt infringere cupiditatem, & obtundere valeat. Extant infinita largiter ad huiusmodi vitam nostram implendam prouidentia tributa, quæ ad honestatem impellent & virtutem, ab immodica rei faciundæ voluntate abducãt. Horum persequi vestigia dicendo sanè plusquàm hominis est, ecquis enim veritatem perfectè consequatur? imbecillæ & fluxæ animantis animus ab initio purè Dei consilia peruideat? ergo quòd aggrediare versandum pro viribus, estq; insequenda natura siquidem ille dialogi lepos homines abstrahit à cognitione veri porrò per multos. Ita contigit in inuestiganda natura philosophis, iisce percursosis importunáque loquacitate grauibus. Illorum enim quoties artem atque studium indagandi rei magnitudo vicerit, ambigua tractatione veritatem inuoluunt. ex quo fit vt diuersè sentiant ac inter se repugnent, etsi probè sapientiam atque prudentiam affingunt. Vnde populi seditiones atrociáque magnatum iudicia, dum patrium morem illo genere aboleri posse censent. Hoc in ipsorum perniciem sæpe vertit. Inflatus enim disserendi vi Socrates & quæ probabilia minus essent, ea similiora veri conficiens: perinde quasi ludicrum in euertendis opinionibus aliorum illi esset à suis ciuibus inuidia conflata sublatus est. Ipse Pythagoras egregiè modestiam silentiúmque præ se ferendo, tamen insimulatus atq; mendacii conuictus est. In Ægyptum lustrandi causa profectus antiqua vaticinia tanquam sibi diuinitus aperta Italicæ genti attulit. Omnium Plato leniſſimus

nissimus hominum animos ab iis quæ sunt in sensus opinatione posita, primus ad id quod vnum atq; idem semper est intelligentia q; apprehenditur attraxit. Oculos erigere iussit alta & sublimia docuit, interpres omnium primæ purissimæq; mentis extitit. Hoc scitè & rectè. subiecit illi alterum, duóque membra attulit eius quod est, vno tamen amborum ac eodem genere: quando emanat à primo fluitque illud alterum. Ille nimirum administrator atque opifex huius vniuersitatis altissimo loco sedet: Hic vt administrator insequens omnem causam machinationis alteri acceptam refert. Vnus ergo dicendo absolutè, quidq; prouidens & procurans hancce qui tornauit atque digessit, vnus inquam, Deus sermo. Qui ipse Deus est ac Dei filius. Nam qui aliter appellare possis, nisi flagitium grauissimum in te admittere voles? Vniuersorum parens etiam verbi sui pater æquo iure dicendus est. Huc vsque Platonica sapientia. In cæteris plenissimè à veritate aberrat, aduecta Deorum multitudine. Vno quoque forma singulari vultus. Inde verò multam errationem rudibus infirmisque hominibus expandit ad altissimi Dei prouidentiam nequaquam aspicientibus, imagines humana animantiúmque reliquarum specie reuerenter adorantibus. Idcirco summum ingenium, dignissimum laude, errore implicatum, miniméque syncerum ac expurgatum fuit. Idem se reprehendere mihi videtur atque emendare, inspiratam cœlitus homini rationem eumq; animum nostrum esse profitens. Omnino quod est in duo genera ab illo distribuitur. Alterum intelligi, percipi sensu alterum debet. Tertium vtriusq; est compages. Illud intelligentia atq; ratione comprehenditur. Hoc opinionem sensus affert. Igitur illud expers materiæ sacrosancti spiritus aliquid habet. Id esse simplex & æternum constat. Hoc vndique diffluit, & qua primum conditione ortum est æternitate careat est, necesse. Deinceps mirificè explicat animos hominum modò se probè gesserint in vita, integraq; fide fuerint, post

hanc



hanc à corpore secessionem cœlo qua eminet pulcherrimum, æuum acturos. Vtiliter id quidem. nam quis in istam sententiam illectus expectatione fœlicissimi seculi iustitiam negligat, atque modestiam, non amet? quis iniquitatem & vitia non detestetur & auersetur? His adiunxit dissolutorum animos fluentis Acherontis, atque Piriflegetontis instar reliquiarum naufragii cuiusdam iactatum iri. tametsi nonnulli sunt obliquo iudicio viri qui cùm ista perlegunt animo, nec affici, nec inhorrere, sed illudere magis ac despicari subit, vt aliqua fabularum commenta. facundiam quidem & veneres orationis extollunt, at placati seueritatem ablegant, etsi poëtarum offucias admittunt. Hi personant vniuersa Græcia Barbaráque ditione rancidi vetustate, mendaciorum pleni audiuntur. homines enim Deo natos, esse iudices animorum vbi discesserint è vita poëtæ dicunt. hos, inquam, iudicia & atria laudare, tanquam Censores manibus dare vides. Idem bella dæmonum, conflictus atque bellandi leges afferunt: eorum sortes, eorum fata perstrepunt. hos acerbos, hominum curatione alienos, supramodum molestos illos atque tractatione difficiles alios. producunt autem miserè discruciantes se ob suorum liberûm cædem, quasi tantum absit, vt subleuare alios possint, vt maximè necessariis opem ferre nequeant. Hominum consuetudine fortunam vtramuis experiri cogunt. Itaque percuti, depugnare, triumphare gaudio, gemere, canere. Nihilominus accepti sunt in manibûsque versantur: profectò si adeant ad artem poëticam numine afflati parendum iis atque credendum est instinctu aliquo adactis ad ea contexenda. motus animi deorum dæmonúmque referunt. Igitur eorum affectus vt erunt ita dicentur. Dicat aliquis, sanè poëtæ mentiri licet. Etenim animum delinire si quis audiat, esse artis munus affirmant. Vbi aliter esse quam dicitur nullo modo potest, esse necessario verũ oportet. Hoc arti concedamus amandare nonnunquã

Verita-

veritatem. Atqui se mendacem esse frustra nemo vellit. Aut enim gratia compendii, aut periculi propulsandi cûm leges & iudicia sceleris conscientia fugiant. in quibus absq; impietate falsa dicere verum est omissa natura, de qua exequi voluere. Enimuerò qui minimè esse frugi meretur, atq; sibi magni criminis est conscius: Ille si consilium mutabit, & ad intuendum numen attendet optimè secum actum existimabit, quamuis ætate adulta propensior erit ad sapientiæ studium purgata acie mentis institutoq; viuendi peruersissimo remoto, nulla prorsus humanitatis institutio: nos vis omnia de cœlo data, ea quæ de moribus homini probantur. Equidem habeo amuletum atque circumferò machinis inimici dimouēdis habile. Is vmbo, notitia videlicet eorum quæ Deo grata sunt opportunus, ad ea differenda propellit atque inuitat. Ego verò non contra delectum ingrediar vniuersi parētem laudaturus, istudq; studium meum & diligentiā veluti excitabo. Christe omnium seruator ades, atque de tua virtute orationem istam depingito, dicendi vim arbitrio tuo indulge. Nemo autem lepôres expectet & implentem aures eloquentiam. Conciones illas elaboratas ad voluptatémque optimè concinnatas, intelligo placere non posse prudentibus, vbi sonitus à dicente quàm ratio modicè dicendi potior habebitur. Aiunt homines impuri toti facti de scelere iustificatū fuisse Christum, authoremq; vitæ caruisse vita. Quos ad impietatem semel aggressos improbitatem, neq; tegere neq; reformidare quenquam mirum non est. Hoc verò hominis est insigniter amentis atq; stolidi credere se de ea re feciſſe fidem: vi mortalitatis benignitatem adeò excussam: nec id habere potius, animi præstantiam illam perseuerantiamq; non immutari contumelia, non deiici de sententia maledictis, imò feritatē persequi, frangere maiestate sensus atque magnanimitate. fuerat eo consilio Dei bonitas vt induceret iniustitiam, honestati & æquabilitati restituendæ incumberet. Eapropter hominibus vndecunque doctissimis



ctissimis coactis excellentem vtilémque ad vitam doctrinam instituit, æmulatricem illius ordinis atq; diuinæ prouidentiæ, quod hominum bonorum probórúmque interest, quo quid esset potest amplius aut vberius in serie bonorum vniuersa? Virtutem vnam excellentissimam Deo largiente suiq; persimiles addicente eos qui digni doctrina illa essent, vt ad omnes integritate atque probitate diffusa liceret esse æternum beatos homines. Insignis ista victoria: cùm maximum tum verò præcipuum opus emendatio ac castigatio populi, quo numero sumus etiam qui te cûmque laudamus, ô omnium seruator. At tu contumeliæ plena petulantia, procacitatis morbus, inflata rumoribus atque mendaciorum copia iuuentutem eludis, imponis adolescentiæ. qui facilè capiuntur, hac quasi sint ætate homines à ritu sacro auocas, comparas imaginum ludibria ad quæ adorent & vota dicant, vt hebetes sensus idem maneat authoramentum. Christum boni originem fontemq;, Dei filium, accusant: illum verò quæ gens in qua modò aliquid sali insit, atque modestiæ, quæ natio Deum non existimat obseruárque? Ille potentatum omnem adeptus est, ea ratione perstat esse, neque tantillum pristinam humanitatem imminuit. Hinc improbi pedem: qui ipsi permittitis ob impunitatem vobis admouere sacro maiores hostias: Commessatum ebrietate festa, religione ergo dissimulanter itur. Ibi palàm voluptas atque libido conqueritur. Id sacrificio cui nomen est sanè appellandum satellitium voluptatis. Apud vos ignoratio boni penitus. altissimi Dei mandatum omnium primùm minimè tenetis, in quo lex est humani generis astricto filio ad illam prouinciam administrandam. Nempe eius arbitrio qui vitæ curricula emensi fuerint sobriè & honestè, vt ii demum beatissimam fœlicissimámque vitam sortientur. Equidem decretum scitúmque Deo de mortalibus expositi, verùm non qua permulti inscientia non similitudine coniecturáue ductus. Verùm enim

roget aliquis vnde nuncupatio filii, quis ortus si Deus vnus est alienus omni temperatione permistiq; dissimilibus ex rebus expers. Ergo generationem duplici modo atque ratione intelligi licet. Illam vulgarem & tritam cum fœtura, alteram perenni quadam efficientia. Vim huius inspicere nisi numine aut aliqua propiore necessitudine illi adiuncto nulli contigit. Istius enim causas vniuersitatis homo doctus & experiens agnoscet. Et cùm nihil absq; causis fit, omnino fuisse quendam principatū ortus. Itaq; cùm mundus est atq; eius partes & vsque salua vniuersa manent, authorem tutoremq; necessarium antecessisse. Ita salutis in Christo causa erit, atq; adeò ipsa rerum salus ac conseruatio. In patre efficientia & antegressa causa cuius est ille filius effectio. Ac ab initio quidem extitisse à nobis explicatum abundè est. Ad homines autem cur adiit terrasq; inuisit? Est vna certè ratio communis, curatio atque tutela omnium rerum iuxta prophetarum placita. Nam artificem sui numeris oportet esse curatorem. Postquam igitur isthuc appellere, temporibusq; necessariis terras incolere, aliquandiu certum illi esset, ortum machinatus est, incognitum ac peregrinum. Conceptio absque nuptiis, sine congressu, integra virginitate Lucina, id est ipsa deiparens atque virgo, naturæ iugis initium temporale, sensus eiusce rei quæ solo animo percipi debet, denique syllua lucidissima minimè corporati. Cætera totius ostenti consequutio cum re maximè coniuncta est. Ex arca Noë nimirum columba pennis excita virgineis finibus allabitur. In cuius eminet vniuersi cœli sapientia post hymnæum contagione nulla vel aspectus inquinatum, tota castitate atque temperantia potiorem. Illum Iordanis lauacri præbitor reueritus est, insuperque vnctio, regia quidem & ad omnem scientiam comparata. Potestas, educatio, cuius effectus admirabiles, in primis hominum deploratorum curatio. Petitionum ocyssima concessio neutiquam impedita. Prorsus humani generis optato & voto integrum

viuendi



viuendi institutum. doctrina erat non prudentiæ animaduersio, sed docens adeò sapiētia. Neq; verò gubernandis vrbibus idoneam artem virtutemq; auditores exercebant. Iter aliò inuestigabant vbi mundus est animi contemplatione dignoscendus. Hoc agebant vti permanens & stabile genus intuerentur, altissimi patris accipere tandem notitiam possent. Herclè beneficentia est summa pro cæcitate visus, habitudo bona pro langore corporis & egestate, pro morte vita denuò reddita. Prætermitto sciens apparatum solitudine media penè luxuriosum, etsi esculenta & obsonia rara erant, omnigenam tamen abundantiam immensa multitudine. persoluo tibi grates istas è te mea quantulacunq; Christe deus atque protector, altissimi consilium parentis expugnator aduersæ calamitatis obtabilioris q; disciplinæ princeps. Ego enim præconium non dico, sed instituo gratiarum actionem. Quis enim te homo dignè laudabit? Omnia te quæ videmus de nihilo fecisse constat: tum illuminasse molem elementorū rudem & indigestam, adduxisse ad istam ordinis pulcritudinem. Vnam excellentissimam virtutem homini, vt qui natura illa sint ii beatam vitam imitētur aspiciantq; tribuisse, vt tabernam exerceant, in qua bona insunt omne genus, vnicuique fortunas impertiant. Acquisitæ inquam prudentiæ, ex qua fruge de virtute collectam proteruitate amota reponant, clementiam humanitatémque ament, in oculis æquè miserationem habeant, expectationem fidei suæ conseruent, erubescentiam amplexentur atque virtutem pœnitus. In quam vita hominum antegressa inuaserat. Aqua supremo totius administratori standum fuit. Exurgentis enim illius hisce temporibus iniustitiæ gentemq; peruadentis oppugnator atque medicus ex vsu nemo erat. Ergo hactenus intenta prouidentia quicquid iniuria & libidine peruerti potuit, adornare incœpit haud occultè. Namq; intelligebat ex hominū genere aliquos ad se suamq; ingenii facultatē prudenter aspicere. Nonnullos animantium brutarum nullo

sensu rationis assimiles, insensibus ob euidentiam immorantes. Hîc ea quæ nemo dubiè accipit indiligenter etiam versans atque ingenio hebes ob oculos mirabilem, felicitatem beatitudinemq; posuit, iterum inire vitam pollicens ista vita defunctis & enecto sensu vim eandem solidam restituere professa. Differenat illius aspectu, maris vndæ sidunt, atque procellæ infringuntur. Itaque res admirandas in vita aggressus, vt attraheret homines ad constantem fidem euolauit in cœlum. quod nisi Dei nullius esse potest egregium numinis opus. Quanquam ominosi tormenti dies altero mirabilium rerum theatro non caruit. Hîc tum occupata lux diurna â nocturna caligine tenebris interceptus est Sol. omnes vbique gentium populos horror agitabat, vniuersitatis esse postremam lineam aut certè aduentare cogitabant: antiquum Chaos obtinere, qualis ante conditam mundi machinam omnium facies erat: has illius esse vires. Habita anxiè tanti mali quæstio, vnde esset, ecquid in Deos à mortalitate admissum grauius, vsque dum leniter iniuriis impiorum insita magnanimitate despectis, & nihili ductis suum lumen cœlo retulit, astraq; digesta reposuit. Ibi cœli vultus atque species interuallo mœrens pristinæ hilaritati luculentè reddita est. Instet aliquis & afferat, eius inuertere consilia rationésque Deum potuisse facilè, qui contra procax atque petulans esse principio maluisset. Oro quæ accommodatior aut ad alliciendum via paratior, vt improbi resipiscerent, emendarentúrque oratione illius, & consuetudine inter homines? ea si nihil efficere cùm adesset ille potuit (est enim mundum adhoratus ac pro concione frequente sæpe dixit) absentis, inauditiq; gratia valeat? honestam viuendi viam inculcare, identidem visus infecta re destitit. Etsi in omnium oculis est versatus. illud ab eo iam diu profectò requiratur? Illam eximiam disciplinam obsecro quis auertit? Iners hominum fatuitas. etenim cùm ea quæ pulchrè decenterq; admonemur accipimus iracundè, quicquid



quicquid vsquam sobriæ mentis in nobis euanescit atque emoritur. De industria factum est vt aures à lege sancta abstinerent, admoniti refragarentur, atque dicta denique negligerent. Quod nisi egissent audientiæ quidem præmia dignissima reportauissent in secundam etiã vitam (quæ verè sola dicitur) haud in vsum modò præsentem. merces enim animi Deo obsequentis æterna ac minimè fluxa vita est. Hanc adipiscentur ii qui Deum sciunt & ita vitam instituunt, vt imitanda posteris æqualibus admirabilis, atq; tanquam vitæ exemplar omnibus. Eo tradita est veri agnitio sapientibus vt quod illi dixerint obseruandum publicè in animis inhæreat. Illam ens integra & cælebs, obseruatio præceptorum diligens ex qua robur aduersus aculeum mortis ex qua securitas enascitur, si de Deo vniuersum addixeris, pura illibataq; fide fueris. Obsistit huiusce mundi tempestatibus inexpugnabili virtute, atque se dicendo testimonio Dei causa comparat. Vnde formidinum ingentium animosè debellatrix ad lauream accersitur ab eo, quia viam arduam ingressa, tamen nihil assumit arrogátve sibi. Videlicet hoc ego illi perspectum esse puto, datum esse cœlitus vti subsisteret, obirétque alacriter omne diuinum munus. Quam vitam memoria sempiterna perennis honores & immortale decus atque gloria non immerito sequitur. Namque vita modestiæ plena martyris inuenitur oblita præcepti nullius, indolis quoque ad magnanimitatem & nobilitatem excitatæ. Proinde hymni carmina præconiaq; aduersus illum designatorem summum. Quæ gratiis agendis appositæ sacra absque sanguine, absque vi fiunt hominibus illis, vbi neque desideratur incensa pira. Neque verò aromata & odores. Adest enim castissima lucerna quantum adoranti sufficit. Frugalissima conuiuia plurimorum, ad egestatem subleuandam & ad eos qui fortunis euersi re sua cecidere fulciendos adinuenta. Quæ si quis illepida existimet, secus atque cœlestis institutio sentiet. Iam reperias ingenium exercen-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ses aliquos in numine incusando. Cur enim ea quæ existunt inter se esse discrepantia tantumq; dissidere maluit? vnam atque simplicem naturam contrarietate nulla potius effinxisset: Vnde morum, instituendæ vitæ & degendæ, maxima varietas apud nos. Atque fortasse præstabat ad ipsum intelligendum, & animo informandum: ad implendum mandatum retinendûmque mordicus, ad vniuscuiusque etiam fidem confirmandam abesse ab homine mores, ita abiunctos atque instituta viuendi. Atqui vno esse ingenio singulos optare perabsurdum est, idque non animaduertere, mundi machinandi rationem ordinem, ac eorum quæ in eo sunt eandem esse non oportere. Nam quæ natura subsistunt illa cum moribus ita coniuncta non sunt, vt nihil interfit, animique affectiones ipsæ plurimum absunt à corporis affectibus. sanè omnem mundum terrestres animantes ad interitum destinatæ, natura sua quo nobilior atque diuinior est exornant, hominûmque genus in primis, etsi non omnium neque temerè, sed in quibus apparent aliqua vestigia Boni summi: qui cœlestem naturam persequuti vitam sic instituerunt, vt in ea degenda cognitio numinis anteiret. Ista verò quæ generantur ac intereunt extremæ dementiæ cum illorum genere conferre, quæ perpetua sempiternáque sunt. initium illorum nullum exitúsque nullus: ista sicut orta & facta sunt aliquo principatu temporis, omnino deperire necesse est. Ista illi principi fabricę totius operis exæquari nequeunt, vtq; vanitatem aut stolliditatem esse iudicet atque censeat, ego imperauisse vt essent, haud arbitrer. Verùm orbes ipsi machinæ voluilis ex æquo nemo comparet, imagines exemplari, neq; mundum hunc inferiorem ad animalium sensum factum primario illo peruio solis animis. Porrò autem confusio ridicula emerget, vbi diuinitatem internoscere nequeas à cæteris animantibus, atque brutas æquali esse cum humanitate loco facias. Opes isthic esse potentiámve quæ Dei magnificentiã adæquare



quare possint, insani est hominis omnemq; de vita sobrietatem euellentis votum, cœlestem illam beatitudinem si nanciscì volumus ad ipsa cœlestia mandata vita dirigenda tota est, tum parcarum violẽtia potiores erimus, hoc est à senio liberi cum præscriptam homini legem à Deo implebimus. Vnum, id est in vita nostra quod opponere possimus immensæ potentiæ, simplex aduersus eum obseruandi & excolendi via, consyderatio illius, ac quæ eius stomachi sunt. Cernuum minimè esse terramve contuentem, sed animũ illuc inducere quantum queas ad ardua. Ex quo studio, inquit, erit anteferenda victoria omnibus. Causa igitur dissimilitudinis in rebus, & dignitate & facultatum vicissitudine sic habet. In quam sententiam pedibus ire prudentes atque gratias immortales habere mihi videntur. Ingrati (qui nisi stolidi amentesq; nulli sunt) arrogantiam ac contumaciam non inultam ferent. Enimuero Dei filius omnes ad honestatem hortatur, se magistrum, Censorem morum iis qui sano cerebro sunt adhibet. Aut egregiè opinione labimur, & ignoratione praua ducimur, si compendio nostro peregrinationem illam constituisse in orbe terrarum ambigimus. Hic tum accersitis ad sese bonis illius seculi hominibus hisce rebus instruxit, iustitia dico & fide. quæ vitæ curriculo temperantis esse medicina animi possent. Intererat enim iudicio eius inuidentiæ plurimum reluctari, cui simplices ac minimè malos irridere votiuum est. Inuisebat infirmos afflictosq; ægritudine, alleuabat, & morbi violentiam compescebat. Alios ad vltimam egestatem adactos optimè solabatur. Modicitatem sensus in ratione positi valde approbabat. In vtranque fortunam apparatum esse, iniuriæ contumelias accipere toleranter, admonebat atque nihili putare. Fatum quoddam paternum esse, vt ille perpetuo vincat, & vbique loci qui fortunæ casus animo magno adibit. Nam hoc esse robur asseuerabat, animi confisionem annexam philosophiæ, ex qua veri boniq; intelligentia orta est.

Illa consuetudinem inuehit, vt ii qui iustitiam luculentam habent, sua minus opulentis humanè impertiant, hanć societatem boni nemini inuideant. Opes atq́ potentiam prohibet, ostendit́ se dimissurum modicos. Etenim ita principio se modicis adiunxerat, sic fide suorum pertentata, & probata mirificè obtinuit ingruentium tempestatum, nō modo contemptores, verumetiam fidei suæ veríssimos sectatores. Vnum aliquando nimium indulgentem iracundiæ, duriter admonitum oratione flexit. Ille in quendam inuadebat ense districto suam operam hero venditans isto genere. Quem otiosè iussit esse enseḿq́ recondere criminis insimulans, eō quòd incerta refugii spe de illo esset.

Cōstituit autem autorem iniuriæ quemlibet, aut eum qui se comparasset aduersus iniuriam, & ad arma recurrisset interiturum male. Quæ profecto prudentia cœlestis est iniuriam contumeliaḿq́ pati quam inferre velle cùm necessarium tempus incidat habere prius. Nam quum aggredi scelus est ingens atque capitale crimen, ille qui patitur, ad exempla minime rapitur. Verùm hic qui fecit. Huic verò inseruienti Deo licebat abstinere se à danda contumelia, neque mali quicquam accipere præsentis auxilio adiutoris, & ope fretum in quo ne familia læderetur, inerat adiumenti satis, suáne etiam causa id egit? inceptauit? Atqui dubium erat in quo victoriæ euentus anceps & improuisus. Atque ille verè sapit, qui certis fixiśq́ dubia nō anteponit. An esse præsentem Deum & opitulatorem potuit ambiguum illi esse qui toties aciem periculi expertus, antea semper integer ac bene sanus Christi nutu pugna recesserat? qui pedibus altum mare emensus erat? qui iubente hero tranquillum, & sedatum ingressus, ipse fluctuanti plebi iter in aquis exhibet?

Hoc vt ego censeo præclarum fidei sustentaculum atque fundamentum animi bellè persuasi, quæ supra fidem sunt opinioneḿq́, posita quum intelligimus abeo confecta absolutaq́ esse. Inde est, vt te fidei tuæ non pœniteat, vbi deueneris in aduersum aliquem casum immu-



immutabileḿq́ in Deo spem collocaueris. illo sensu insidente in hominum animis incolit humanum pectus. Ipse verò à nullo vinci superarive potest, animuśq́ inexpugnabilem virtutem complexus, nequa quam debellari poterit à fortuna. Didicimus insuper ex insigni Christi victoria ita fore, qui procuratione totius vniuersitatis in se recepta cum ludibrio fuisset impio generi, quum acceptus vbiuis contumaciter, in patibulo nullam sui iacturam fecit. Eximiam verò laudem retulit atq́ de peccato lauream sempiternam. sic est ad vmbilicum perducta consummataq́ illius ratio, sic iniquitate atque atrocitate deleta charitatem piis ostendit tormentū à prophetis, & illa crux ante præsensione sua fuerat annotata: prædictus ortus hominum more, prædicta natiuitas humana: ipsum ferè momentū corporatæ Dei naturæ prædictum: nempe libidinis & iniustitiæ semina profligatum iri, redire consuetudinem antiquam atq́ vim, orbem terræ sapientiæ, temperationis, animos occupante lege sacro, sancta participem fore, plurimum operæpretium religioni futurum superstitionē propè totam inductum iri. Ex qua non animantium modo brutarum, verumetiam hominum sanguine ritu hostiarum nefario lita tum est, execrandæ aræ inuentæ sunt: inualuit Ægyptius Assyriuśq́ mos immolandi ad æreas statuas animam iustam. Proinde frugem isti religioni debitam abstulere. Babylō frequentata solitudo fiet. Memphis vastabitur, atque patrii dii. Quorum non auditor tantum, sed etiam spectator ista scribo, qui miserabilem casum vrbiū inspexi. Vastitas est atq́ solitudo Memphis, quam Moses admonitus à Deo cum Pharaonis esset æuo illo potentissimi (quem tamen despicientia idem fregit exercituḿq́ victorem gentium multarū ad dimicationem instructum) non aggere vineisve non missilibus aut arte iaculandi, sed oratione simplicissima supplicíq́ voto subuertit, nulla vsquā fœlicior ea gente natio fuit, eritve nisi suas aures à spiritu sacro abstinere maluissent. De Mose quid est quod pro

merito dici possit? hic inordinatã & inconditam multitudinem ordine distinxit, autoritate animos & pudore mirificè distrinxit, è mancipiis ingenuos asseruit, è projectis, è mœrentibus hilares fecit. Equidem vsq; eo fouit homines suos, vt illa sorte nimium diuersa & euentu rerum beatissimo elati, contumaces ac fastidiosi fierent. Tantum verò prudentia maiores suos antecessit atque excelluit, vt aliarum præconio gentium cogniti, eruditiq; istius sapientiæ amantes hominem æmulari constituerint, admirati sagacitatem. Namq; solertiam Pythagoras illius imitatus est. adeò temperantiæ nomine claruit, vt omnium Plato maximè sobrius istam animi moderationem velut exemplar assumeret. Daniel ille futurum æuum dimensus, ille præcæteris ingenio sublimi vir, ille honestate morum facile in vita primus, quàm laborioſè, quàm acerbè dimicauit aduersus imperantem Syriæ tyrannum? Ipse Nabuchodonosor appellatus est. Euulsa progenie radicitus ingens illa vis atq; dominatio, ad Persas abiit, vsque in hodiernum diem gaza tyranni decantata, & studium intempestiuum profligatæ religionis extat.

Delubra nota, deorum templa fastigii proceritate cœlo proxima, copia metallorum omne genus ad hoc ipsum disquisita, leges huiusce ritus horribiles ad crudelitatemq; factæ. Quas omnes, vt erat optima fide Daniel aspernatus, importunam ea in re tyranni diligentiam portendere magnũ malum prædicabat. Adducere tamen ad se hominem non potuit, opes enim atq; diuitiæ animum distinent ac faciũt vti iaceat. Itaq; immanem mentẽ & efferatam statim imperator aperuit. Æquissimum virum bestiis exponi dilacerandũ iubet. Etiamnum strenua in obeunda morte fratrum cogitatio eadẽ, quos studio summo posteri prosequuti fidem celebrauerũt, extuleruntq;. Igni in fornace traditi, quæ summo cum dolore depasci corpora oportebat, intacta conseruarunt. Exacta autem dominatione populi Assyriæ Daniel ad imperatorẽ Cambisem in Persiam abiit, iterato non absque numine iactu fulminis.



minis. sed illic inuidia atque insidiæ Magorum promptissimi exitii, difficultatum plurimarum accessio, à quibus omnibus adiutrice CHRISTI seruatoris opera saluus, in omni virtute nullo demum negotio præcelluit. etenim Magi Persici quod ter supplicaret interdiu altissimo deo resq; memorabiles adire fœliciter, & absoluere videretur, inuidioſè preces alio vertere, nimirum periculosam imperio sublimem atque immodicam potentiam esse. Qua ratione factum est, vt auxiliator ille Persarum publicus, adiutorq; toties immitium leonum esca fieret. At ille diuaricatus atque deligatus exitio suo non est. Inde immortale decus, gloriamq; attulit, inde nomen & honorem. Ergo versatus in acie ferarum hasce mansuetas atque adeò cicures, efferatos illos qui iri perditum voluerant esse sensit, siquidem omnes voto & modestia demulsit: etsi naturæ conditio ferebat aliter. Quæ perspecta regi Cambysi (neque enim fieri poterat, vt admirabile diuinũmque opus in tenebris & caligine versaretur) eius animum rei nouitate perculerunt. Adductum esse se calumnia Magorum admodum pœnituit. Hic audacior effectus eundem locum ipse adiit, & omnia dispexit. Ibi hominem manibus intentis hymnum dicẽtem CHRISTO: leones illi subiectos, ac quasi vestigium reuerentes intuitus, arripi Magos ocyus auctores iniquitatis indicit, atque leonibus apponi. Qui modo tanquam palpones & adulatores insita naturæ ferocitate prosiliunt, ex more corpora laniãt et miserè disperdunt. Equidem mihi succurrit in mentem, vt externum de CHRISTI diuinitate aliquod testimoniũ commemorem. Siquidem eo fiet, vt improbi mortaliũ animi petulãtiæ morbo grauati dei filium, deumq; modo sua admittant & fidem adhibeant, intelligant. Igitur Eritrea Sibylla quæ seculo sexto à diluuio fuisse dixit Apollinis sacerdotẽ se, ac corona fortasse propterea habuit insignè caput illius dei ritu obseruatrix. Antiquũ tripodẽ circa quẽ versabat anguis amplexata, q sciscitatũ adiissent, oracula edebat amẽtia parẽtũ, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui religioni deuouerant. ex qua impudici animi, frugi nihil euenit vnquam, vt iis quæ de lauro feruntur omnia consonent. Illa igitur aliquando mediis adytis importuno superstitiosè religionis ritu intermisso, afflata proculdubio cœlitus edidit apertè futura de deo versibus. In eorum serie literæ quæ primores (Acrostichis à Græcis appellatur) aduentus Iesu Historiam significant, Acrostichis hæc est:

IESVS CHRISTVS DEI FILIVS,
SERVATOR CRVX.

Versus autem hi qui sequuntur.

Iudicio telluris erit sudoribus omen,
Erumpetq; alto carnem qui iudicet, atque
Suspensum (tanti est regis præsentia) mundum:
Viderit inde omnis vel si perspecta fides est
Siue hæc nulla deum sanctosq; in finibus æui.
Carnis amasius & pulpa vestitus amica,
Hic animis alta è sella ius dicet eritq;
Rerum campus inops, tribuli nascentur, opesq;
Inuisæ fient homini, atque iacebit imago.
Soluentur portæ stygii Plutonis ab illo,
Tum quoduis ista gaudebit luce cadauer.
Vir sacer atq; exlex flamma dignoscitur, atque
Scitur integrum quicquid tamen vsque latebat.
Ducet enim lampas reseratis frontibus intro:
Et multi plangent, multi ringentur, & astra
Inducent choreæ legem, facies tum solis opaca.
Flexum erit & cœlum nulla quoque luce Diana,
Implebit valles & cassa cacumina reddet.
Labentur colles hominum fastidia: toti
Incipient æquor fieri montes. mare demum
Veliuolum nulli cum tellus fulmine arescet.
Subsident fontes, & nusquam fluminis horror.
Suspectum cœlo sonitum dabit ære recuruo
Eiulans tuba perniciem mundiq; labores,
Recludetq; chaos immensum terra dehiscens.
Vndique conuenient reges sedemq; videbunt.
A cœlo riuus flammæ, vndæ sulphuris atri.

Tum



Tum bene iactandum indicium mortalibus atque
Optatum cornu, lignum cum gente fideli,
Res æquè vna piis vita, orbiq; insitus error.
Clara duodenis illustrans fontibus vnda,
Roboreumq; pedum toto dominabitur æuo.
Versibus exscriptus Deus his primo relitura est
Xenophilus nostra caussa rex vltima passus.

Ista diuinitus in animum venit edicere virgini, quam ego profectò beatissimã esse iudico delectamq; à Deo Optimo Maximo cõsilii sui vaticinatricem de nobis. Etsi plurimi seuerè negant hæc esse digna fide, cùm tamen Erytream Sibyllam fateãtur. Atq; illi quidem aliquem suspicantur, huiusce ritus obseruatorem hominem poëticæ non ignarum confecisse versus, sub inde Sibyllæ nomine circunferri quædam quasi vaticinia. quæ reuera adulterina sint, & tamen ad institutendam probè vitam conducibilia, cùm excidio voluptatum homines ad honestatem arripiant & temperantiam. Ad exquisitam autem rationem veritatis, hominum nostrorum diligentia annotatis interuallis temporũ, iam vt nemo aliqua de re posset ambigere, post aduentum CHRISTI poëma compositum esse, & tanquam versus essent à Sibylla dicti, ita falso tenuisse. Nam certum illud est incidisse in poëma Ciceronẽ, idq; factum ab eo latinum cum suis elucubrationibus annumerauisse, qui tenente Antonio rerum summam sublatus est. Iterum Augustum Antoniano bello superiorem euasisse. Ille sex & quinquaginta annos imperauit. Insequutus est Tyberius, quo seculo aduẽtus illuxit, atque sacrosancti ritus inualuit vbiq; loci mysterium. Tum noua populi successio conspirauit, de qua sapientissimum poëtarum Italiæ duntaxat, intelligere puto cùm dicit:

Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Rursus alio quodam Bucolicorum loco
Sicelides Musæ paulò maiora canamus,
Quid esse possit apertius? etenim subiunxit.
Vltima cumæi venit iam carminis ætas

Sub

Subobſcure nimirum Sibyllam innuens.

At minimè contentus eo libentius progreſſus eſt, quia ſuum hac in re teſtimoniũ deſiderari exiſtimat. Hoc verò quale tandem eſt?

Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo
Iam rèdit & virgo redeunt Saturnia regna.

Quænam illa virgo per deos aduentare dicitur, an non illa numinis & ſpiritus ſacri pleniſſima? atqui nihil aduerſatur ea quæ virgo ſit vti affatu diuino fœta videatur. Iterum ille veniet atq; orbem terræ alleuabit. Addit poëta,

Tu modo naſcenti puero quo ferrea primum
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo
Caſta faue Lucina.
Quo duce ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſoluent formidine terras.

Agnoſcimus autem intelligimusq; manifeſtè quæ allegoriâ occultantur. Nam qui vim carminis altius ei ſe repetendam putant illis ſe diuinitas explicat atque aperit. Eadem via poëtæ conſultum probè eſt, vt eum primates in vrbe regia incuſare nequeant, aut inſimulare impietatis aſpernantem leges à maioribus acceptas, omnino religionem conantem circumſcribere et euertere. Propterea veritatem inumbrat, & opinione mea illuſtrem, optandumq; obitum Seruatoris intelleXerat. Vt autem declinaret immanes illos atrocitatis oculos auditorem à noſtra dicendi conſuetudine noluit auertere. Ait ipſe ponendas aras, delubra faciendа, in lucem ædito nuper litandum eſſe. Porrò cætera ordine annectit iis qui ſapiunt. Inquit enim:

Ille deum vitam accipiet diuisq; videbit
Permiſtos Heroas & ipſe videbitur illis
Pacatumq; reget patriis virtutibus orbem
At tibi prima puer nullo munuſcula cultu
Errantes hederas paſſim cum baccare tellus
Miſtaq; ridenti colocaſia fundet acantho.

Sanè vir admirabilis ac vndecunque doctus. Ille ſeculi ſui crudelitatem compertam habens, ait,

Ipſe



Ipſe lacte domum referent diſtenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.

Et certè ſe ita res habet, haud enim regio potẽtatu fides exterreri poterit.

Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores
Occidet & ſerpens & fallax herba veneni
Occidet, Aſſyrium vulgo naſcetur Amomum.

His neque verius eſſe quicquam poteſt, neque ad præſtantiam dei optimi accõmodatius. ipſa CHRISTI cunabula nouum germen odoratiq; flores à Pneumate ſacroſancto, occident venena, occidet ſerpens atque illius os impudens, ex quo primis hominibus impoſuit ab inſitisq; honeſtatis igniculis ad voluptariam vitam auertit, exitium vti præſentiſſimum ſibi adeſſe prouiderent. Nam antequam Chriſtus aduentaret cauſſa immortalitatis hominum meliorum, percellebat omnium animos ignoratio, nulla boni cuiuſpiam expectatione erectos. Hic cùm paſſus eſſet, interualóque ſeparatus à corpore ſenſere homines, quantum in ea reſurrectione ſolidarum virium ineſſet atque roboris, iniuſtitiæ ſi quæ reliqua lex erat tota lauacro expungebatur. His paucis diebus animo bono eſſe iuſſit, excellentis illius, & adeò celebratæ reſurrectionis ſimilem expectare. Proinde meritò dicitur occidiſſe herbam veneni fallacem: mortem ipſam demortuam, iugulatamq; eſſe, teſtata ac conſignata reſurrectio eſt. Aſſyria gens internecione periit. Vnde fides impreſſa ferè eſt. Amomum igitur appellat, ipſum vulgo natũ multitudinem quæ ſe ritui noſtro conſecrarit. Tanq; enim vna radice rami vndiq; erumpẽtes, eximio florũ germine veſtiti modico rore pullulant. Erudita verò impenſè, poëtarum Maro prudentiſſimè quæ ſimili deinceps ingenio conſcripſiſti:

At ſimul Heroum laudes & facta parentis,
Tam legere & quæ ſit poteris cognoſcere virtus.

Heroum laudes opera proborũ actionesq; nuncupans, orbis autẽ machinationem & ſtructurã, integerrimum toto æuo domicilium futurum parentis acta.

fortè

forte leges etiam quibus ecclesia iustitiam æmulata atque temperationem vitæ vtitur, absurdi accipi nihil est. aggeratio vehemens certe & admiranda, acer dissoluto vitæ genere bonorum inter & malorum limites in qua repentinum confertumq; omnem motum deprecatur.

Molli paulatim flauescet campus arista
Quæ dei fruges erunt & ipse legis vsus.
Incultisq; rubens pendebit sentibus vua.
Quod esse exlege vita nostra nullo modo posset
Et duræ quercus sudabunt roscida mella.

Depingens seculi illius stoliditatem atq; duritiã morum. Equidem nihil obest eo versu dei labores accipi, qua de re auditor erudiatur & tolerantiæ fructũ mellitissimum legat.

Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis.
Quæ tentare tethyn ratibus quæ cingere muris
Oppida quæ iubeant telluri infindere sulcos.
Alter erit tiphys & altera quæ vehat argo
Delecto Heroas erunt etiam altera bella
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

O poëta lepidissimè & doctissimè, omnino poëticæ licentia nõ abusus, effecisti quod oportuit. Id enim planè instituisse te non arbitror, vt oracula ederes præsertim cùm esse te vatem noles. etiã periculum quoddam tenuit in eos erutum maximè qui sancta maioribus, esse reprehendenda iudicarent. Tametsi admodũ cautè minusq; temere pro moribus se interpretem veritatis, his saltem qui aliqua mẽte animi sint ostendit. Ille turres ille bella confinxit, ea quæ nunc etiam tota vita nostra versantur. Ad aciem Troianam accingi seruatorem nostrum optimè subindicat. orbis est terræ immensus illa Troia. Itaq; bellum gessit aduersum copias sceleris iniquitatis audaciæ terras occupantes, eam ob rem vt ab altissimo parente cui rationem propriam adiunxerat emissus. Quis poëta præterea ait?

Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas.

Id est, vbi radicitus humanam vitam quæ circumstant



stant euulserit adulta iam ætate vir, vbi terras vniuersè fœdere sanctissimo expolliuerit.

Omnis feret omnia tellus
Non rastros patietur humus non vinea falcem.
Robustus quoq; iam tauris iuga soluet arator
Nec varios discet mentiri lana colores
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos,
Chara deũm soboles, magnum Iouis incrementum,
Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrasq; tractusq; smaris, cœlumq; profundum,
Aspice venturo lætentur vt omnia seclo.
O mihi tam longè maneat pars vltima vitæ,
Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus, huic mater quamuis, atq; huic pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.

Dispice porrò, inquit, elemẽtorum lætitiam. Quæ rudis aliquis homo aut sane male doctus ad natales humanos exigenda censebit, homine parente videlicet. At absque rastris & sementi rationẽ non habet. Æquè illud est, falcis aciem vinea respuet atq; omnem procurationem reliquam. Quæ de nato homine quomodo possint accipi non video. Quandoquidem administra fati natura est hominumq; nutum nihil obseruat. Et exultantes vniuersi partes aduentantem deum, non hominem editum iri in lucem præsagiunt. Ipsius oratio poëtæ vehemens sibi vitæ finem protrahi obsecrãtis est animi cœlitus instincti nota. Quod enim assoleret, à deo vitæ atque fortunarum tutelam non ab homine petimus. Eritrea verò Sibylla deum sic affatur:

Hære cur ad eam me necessitatem vaticinandi adigis?
Illum incertum diem potius suspensumq; humanitati
sineres, vsquedum incipies aduentare. Quę sequuntur adiunxit ad illa superiora Maro:

Universidad de Deusto
Biblioteca



Incipe parue puer risu cognoscere matrem,
Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Incipe parue puer cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Qui fit enim vt illi parentes arriserint? Horum ille deus est immunis à qualitate potentatus. Nulla deformatione corporis exprimi describive nisi certe humani potest. Thalamum incomprehensum esse Pneuma sacrum, ecquis addubitare audeat? Ecquæ appetitio desideriúmve toto genere bonorum quo ab omnibus accurritur, aut quid omnino voluptati cum sapientia commune est? sed ea missa faciamus, iisq; tractanda relinquamus humana qui sapere volent. Alii sunt ingenii excultores animiq; : hisce de factis & dictis expurgari appetunt. Ego verò tuam opem ad ea quæ mihi dicta suntô, religio pietatis & castimoniæ lex imploro : nulla mihi spes, aut expectatio optatior. Nõ est illa subærata pollicitatio quam à doctore immortalitatis accepimus. Adoro vos ô, pietas & humanitas. supplex æternã gratiam merito vestro debere confiteor. Incogitans autem vulgus atq; expers auxilium vestrum, imô deum ipsum propter antiquas in vos inimicitias aspernatur. Ignorat egregiè rationem viuendi & causam, esse se quicquid, ac quantus est omnes etiam improborum quisquilias superioris ope nescit. Huius vniuersitas est huius omnia quæcunque in ea insunt. Meæ fœlicitatis & omnium meorum, nobilitati causas ascribo. testimonio esse poterunt, euentus illi votiui, facta præclara victoriæ trophæa de hostibus. Horum conscia magna ciuitas acclamat atque celebrat : eadem est voluntate vrbis amicissimæ, populus etsi incerta spe deceptus hominem indignum prouincia sibi præfecit. Ille oppido quam facilè suo merito deprehensus ingressionem audere, de qua facere verba nefas illi præsertim qui te alloquitur & ope summa nititur, vt ominari absit omniaq; nomine bono dicere peropter. Ego profecto aliquid habeo, nec informe nec indecorũ dictu. Bellum desperati fœderis



deris atrocissimum, ô religio & pietas sacrosancta ecclesiis à tyrannide inductum est : Nulla tempestate defuêre orbi Romano qui non publicis istis incommodis exultarent ac gaudio dissilirent. Instructus ad ineundam pugnam campus erat, & tu pedem obfirmasti fidemq; in aciem descendens es tutata. Crudelis & acer animus improborum incitatus atque latè diffusus, insignem tum attulit tibi & perennem gloriam. Hoc ipsum erat quamobrem tenerentur reuerentia aliqua spectatores quum tortores & carnifices affligendis omni genere cruciatus horrerent ipsi ac fathiscerent : quum remissa vincula, dissolutus & mollis eculeus, ignis hebes : quum ne momento quidem repressa vel etiam minimum labefactata dicẽdi libertas est. Quid igitur impurissimè adiumenti tibi audacia attulit? quur repente lymphatus extisti? an quia deos honore prosequebaris? Amabò quos esse mihi dices illos, aut tibi vnquam in mentem venit aliqua de natura diuina cogitatio? deos esse tibi iratos putas? Qui si essent eorum demirari consilia magis atque rationem quàm obsequi impudentiæ iubentium iugulum peti optimorum hominum oporteret. etiám ne mihi dicturus es, ita maiores habuisse illa in opinione perstitisse? concedam. etenim hæ leges illorum vitæ persimiles erant, eadem vtrobique amentia versabatur. fortasse arbitrabere in artificum munere fabrorum, inquam & sculptorum facultatem inesse quã dam præcipuam atque vim. Proinde fouisti imagines : omnis illa tua cura omne studium ne sordibus opplerentur. Ita magni primariique dii humana se ope sustinebant, istam diligentiam requirebant.
Quæso nostram modo religionem cum hisce compara. Hic omnium conspiratio, clementia perpetua lapsus inuestigatio. Nam adhortatio exilio antefertur. Hic salutis non atrocitatis clientela, optima fides primum Deum contra, deinde ad hominum societatem natura comparatam assumpta.
Hic eorum miseratio quos à fortuna profligatos esse

Universidad de Deusto
Biblioteca



constat. Vitæ genus simplex & minimè callidum, intelligentia dei maximi, quæ verissima pietas atque religio sanctissima nullo fuco inquinata. sapiens institutum vitæ est, quod ingressi tanquã via publica ad immortalitatem transeunt: id qui instituet ille animum liberum à commercio corporis habebit, ille nunquam desinet & implere munus suum potius quàm errare dicetur. Qui deum confitebitur, in eo se minimè exercebit iracundia: generosè toleranterq; necessario tempori sustinendo sese dabit. Is erit animi bene præparati commeatus. Humanam quidem honestatem diligi à deo nullus ambigit. Est enim perabsurdum hoïes ali quo gradu dignitatis etiam infimo, clientũ officia atq; merita velle beneficentia rependere, deum rerum authorem negligere pœnitus id autem vitam nostram maximè comitatur, ac quoties agere bene volemus aliquid ad esse tum intelligemus. Ille cùm primum accepit, ex merito reponit æstimationis aut fortitudinis, absolutum verò beneficium differt. Hic vniuersa vitę ratio putanda, quæ cum rectè & ordine fuerit immortalem vitam adipiscemur, Improbi scelus suum quisq; luent. Ego te bone vir interrogo, qui inuasisti in labores alienos, qui ecclesiam odisti, qui probè viuentes ad supplicium & pœnam adegisti, quid te secundum vitam facis? Quæ te porrò & quanta vrgent mala quamq; varia? cùm nondum animam egisses & in viuis, tamen haud iam esses, interea loci compertum de tua beatitudine. Cùm Scyticis agris ad internecionẽ Romanus exercitus, atq; adeò Imperium celebrè deperiit, estq; duce te contemptum à Getis. Eandem cædẽ in ecclesia cùm exercuisses supremum iudicium Valeriane sensisti. Ibi turpe mancipium regali purpura Imperatorio ornatu deprehensus es, & à Saporo tandẽ Persarum Imperatore excoriari iussus & salitus, æternum de calamitate propria trophæum permanebis. Et tu seminarium iniustitiæ, nunquid Aurelianæ cùm Thracia furiosè decurreres, insigniter accisus, impio sanguine viæ sulcos referssisti? Diocletianus à proscriptione



pti ne & cæde suo iudicio reus in ignobili quodam hospitio quasi carcere conclusus est, atque pœnas dedit. Illi verò quantũ fuit indicere bellum deo nostro? Commodè. Nicomœdia, quo timorem fulminis omni vita minimè inquit, apponeret. Id antistites historiæ non tacent, in quibus esse non nego. Regiam depopulatus est ignis atque vastè flamma de cœlo tãquam lambendo serpebat. Quorum nihil ab intelligente euẽturum non antea multò prædictum est. Nam neq; reticere neque luctum in tam indignè factis compescere poterant, quin apertè sua publicè liberius, expromentes in congressibus exclamabant. Quæ tanta per fortunas insania? quæ arrogantia potestatis? homines aciẽ explicare deum contra, proteruæ illudere sanctissimæ religioni & ritui purissimo. Nulla causa multitudinẽ virorum optimorum de compacto trucidare. Prò disciplinæ militaris atque modestiæ magistrum. Proh solicitudinem in ciues administrandi exercitus. Gentiles suos aduerso vulnere cædebant, qui iusta pugna nunquam viderant aduersariorum terga. tandem probè vlta est, incommodo tamen aliquo reipublicę prouidentia, quicquid vnquam factum erat impiè. sanè cædis atque sanguinis tanta vis fuit, vt si Barbarorũ esset ad otium fœdusq; sempiternum sufficeret. Omnis istius Imperatoris exercitus in manum venerat hominis inepti qui Romanum regnum arripuerat, isq; innumeris præliis vrbem protegente deo confectus est. Atqui oppressorum voces, appellatio numinis, ingenuitatis amor retinendæ aut reuocandæ, laudes vbi primum euenere desideria atq; libertas affuit, vbi ærũna auulsa, charitatem altissimi dei erga mortales optimè demonstrant. Hi cùm administrationẽ meam laudant hoc afflati numine faciunt, in primis autem Deũ Optimum Maximum actionum mearum principem esse confirmant. Illius est agere benè singulariter: hominum audientes esse dicto. Multo autem sententia mea ingressio pulcherrima cuiusq; muneris, si quis antequam incipiat, ita præmuniat ea quæ fieri summè cu

pit atque prouideat, vt in vtranque demum (quod aiunt) aurem securè dormiat. Atque nemo nescit harum manuum sanctam esse prouinciam, vigere fide contendere precibus,& efficere quod publicè omnibus,ac priuatim singulis vtile sit. Hæ pugnas atque prælia conscripserunt, ipsæ viderunt quum populi nõ absque fato victoria fuit. Annuisse precibus altissimũ norunt. Nanque est illa precandi vis inexpugnabilis ab animo æquo profecta: cuiusmodi si qui sunt à scopo non aberrant. Alias enim repulsam ferre mundum nemo vidit, nisi cum titubanter accederet. Adest æternum propitius hominumq; æquitatem deus accipit. Itaque labi quidem humanũ est, huiusq; ad illum causa minimè pertinet. Omnes homines qui sese student, excellere pietate deo seruatori confiteri, quum salutis ergo tum reipublicæ secundi cursus oportet: insuper obsecrare assiduè atq; obtestari CHRISTVM, qui suam beneficentiam retineat erga nos: ille socius æquitatisq; tutor, ille à nullo superatus; idem iudex optimus, immortalitatis index, æternæq; Vitæ dator.

FINIS QVINTI libri.

Chartæ Tomi Primi.

a. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z. AA. BB. CC. DD. EE. FF. GG. HH. II. KK.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

